REPERTORIUM GENERALE, SIUE RECOLLECTIO RERUM NOTABILIUM, ...

Vincenzo De Vita

REPERTORIVM GENERALE.

SIVE RECOLLECTIO RERVM NOTABILIVM,

occurrentium, tam in Scolis, quam in Palatijs in Practica,

Tam Iuris Ciuilis, quam Pontificij, tam Iuris communis, quam Iuris Regni, & obseruantia hodierna, cum diligentia, & labore, nedum coaceruatum, sed satis concinnè, & nouis additionibus illustratum, & compositum.

A V T H O R E

VINCENTIO DE VITA V.I.D.

Perdifumensis Cilenti, originario Patritio Ciuitatis Rauelli status Amalfi, ad euitandum indefessum laborem, & studium curiosorum Doctorum professionem Iuris Ciuilis, & Canonici exercentium.

Alphabetico ordine positum, cum additionibus spartim, in præcipuas fere omnes Legum, Digestorum, & Cod. materias, magis communiter receptas, Legum, Authenticarum, & omnium earum §§.rum in hoc Volumine insertas, ac præcipua dicta, & relata, ac materias glossarum, & omnium adnotatione digna; cum declarationibus, ampliationibus, & limitationibus, sublimitationibus à DD. traditis.

Et quid in hoc Regno Neapolitano seruatur, & fuerit innouatum, statutum, & decretum per Sac. Regn. constit. Capitula, Rit. M. C. V. Regias Pragmaticas, ac Sacr. Reg. Consil. decisiones, nedum vtile, sed necessarium omnibus Legum professoribus, Iudicibus, Aduocatis, & præsertim Scolaribus prouectis, atque Tyronibus.



NEAPOLI, Ex Typographia Camilli Caualli. M. DC. XXXXIV.

Expensis Thomæ Morelli Bibliopolæ Neapolitani.

ELOGIVM AD AVTHOREM.

Vincentio de Vita
Nostræ Tempestatis Bartulo
Virtutum Asylo
Iuris Prudentiæ nauclero.
Qui
Fluctuantis Iurium Oceanum,
Ac salebrosos, Legum Calles.
Tranquillauit Complanauit,
Cuius
Si nomen attendas
De triumphata imperitia victoria consurge
Si cognomen autem perscruteris
In ipso mortua iura viuere prædicabis
Ab Vrbe, ab Orbe acclamato declamata
Ad suum de iure compendium.
Tanquam ad felicem oram, ac tutum Portum.
Quicumque in vastissimo Iuris Pelago naufragauit times
Confugias, Procellas fugiturus.
Denique si doctrinarum culmen scandere cupis
Lege leges.
Ad vitam; à vita datas.
Vt immortalitatis viuas
Obseruantis ergo
Ioseph Oristanius V.I.D. Neapolitanus.
P.

D. IO. DONATI LINCENTI TARENTINI S.T.P. & V.I.D.
Ad Authorem Exasticon Carmen.

Mortuus ipse valet, sacrarum dicier vsus.
Legum, quas quisquam vix reperire queat
Cæsaris, & Petri per plura volumina sparsas
Cogis, & à mortis conditione leuas.
Quam bene vitalis Mensuram nominis imples
Qui Legum vitam, nomine, reque geris.

Laboriosissimo, & Eruditissimo Viro
VINCENTIO DE VITA V. I. D.
ANTONIVS ORISTANIVS.

Cæsaris explanas, Petrique perardua legis,
Dogmata, quæ nemo pondere sic potuit
Quæstio nulla manet tanto ordine Legum
Quæ non hoc libro sit patefacta tuo.
Vincentis merito nomen tibi conuenit istud,
Cum vincas leges, ardua quoque tenent.

D. IO. PETRVS MASSARIVS S. SEDIS APOST. PROTH.
S.Theol.Profeſſ.& V,I.D: Cento ex Virgilio.

AD ERVDITISSIMVM VINCENTIVM DE VITA
Huius Operis Authorem V, I. D.

V *Ita grauis, magnam ſcriptis fer ad Athera famam,*
I *In dubijs reſponſa petent iuueneſquè, ſeneſquè,*
N *Numina clara colunt VITAM, admirantur, & omnes*
C *Conſilium VITAE præſtabit proſpera cuncta.*
E *Edocet, humanis quæ ſit fiducia rebus;*
N *Non te peniteat duros perferre labores*
T *Tu requies miſeris, ſpes, & ſolatia noſtra,*
I *Iura Magiſtratus releget, ſanctuſquè Senatus.*
V *VITAE opus, inquo omnis domus inclinata recumbit,*
S *Sis felix notus ſuper, & Garamantas, & Indos,*
D *Das VITA auxilium, hæc VITAE compendia quæro.*
E *Europæ, Italiæ his præſtat componere lites,*
V *Victrices ederas cerno inter ſerpere lauros,*
I *Iuſtitiaquèdocent ſceleratam excindere gentem,*
T *Te decus omne tuis, hic vſque ad ſidera notum'*
A *Aſpicimus VITAM, viuuſquè per ora fereris.*

THOMAE DE VITA V.I.D.
Authoris nepos, ad eundem
Authorem.

QVi celebres laudes, celebreſque capeſſis honores.
Dicere, quos paruus, dat tibi Vita liber.
Nō niſi multiuagos, reuocare ad littora fluctus,
Tentat, & œbalijs impoſuiſſe cadis.
Nam ceù, qui numerat, quot fulgeat ignibus Aether
Tu numeras leges, Iuraque ſparſa notas.
Tempus in omne cliens grates ſoluet inde Patronus.
Et te riualem dicet vterque Iouis.

IOSEPH ORISTANIVS I.V.D.
Neapolitanus.

AD legem cupidos
Quiſquis
Se ſe imbuere iuribus Aucta.
Huc properet mente
Hic
Dicta Vincentij Vitæ adſunt
Qui
Inter homines numerandus non eſt
Cura
Quod hominibus non conceditur
Vitam legentibus, iuridicam afferat,
Iſtæ
Iudicando, imperandoque
Ab alto denuo ad terram attraxit aſtream
In qua foro, certando aduerſarios vicit.
Ac circulis diſceptando.
Et inuidiam in emulis afferendo.
Difficillimas leges diſſoluit.
Demum
Principatus, Prouincia, parē vnquā nō habuit,
Tu itaque
Eius Vitæ fructus ſtudendo, me te comedas
Si Iuris Peritiæ, culmen ſcandere optas.

Imprimatur. Alexander Lucianus Vicarius Generalis.

Ioſeph Giannettaſius Can. Dep.

REPERTORIVM IVRIS CIVILIS ET CANONICI.

AVTHORE

VINCENTIO DE VITA V. I. D.

TERRÆ PERDIFVMI CILENTI, ORIGINARIO PATRITIO Ciuitatis Rauelli, Status Amalfi.

ABbas, quę potest facere, & quæ nō potest, & quæ sunt ei permissa, & quas authoritates habet, vid. Reuerend. Episc. Ricc. in resol. 96. p. 2. suæ pr. var. res.

Abbatissæ præsentiam non esse necessariam in contractibus gestis per Monasterium licentia Ordinarij, præsertim in renunciationibus factis per Moniales tēpore ingressus, Merl. in contr. quot. c. 6. latè.

Abitare quis propriè dicitur in loco, quando in eo habitat pro maiori parte anni, & non aliter, & quæ dicitur domus ad hoc, vt sciamus vbi quis dicitur habitare, hodie verò est declaratio antiqua R. C. S. posita in registro eiusdē R. C. quæ in specie cauetur vt supra, vnde dicebat Archid. in c. Romana de sent. exco. in 6. quod habitans ad tempus, non obligatur, l. Ciuitatis, & Angel. consuluit in suo consil incip. quidā Victor, quod habitatio sola, non facit quē sortiri forum, nisi de vero, vel præsumpto animo constet incolatum contrahendi, Gram. in cōs. 159 in princ. Bar. in l. lex Cornelia §. si tamen, ff. de iniur. Bald. in cons. 212. volum. 4. l. necare eod. tit. l. 1. ff. de liber. agnoscend.

Abitatione relicta, veniunt Alimenta, Vrsill. ad Affl in dec. 284. nu. 9. & in dec. 34.

Aborti materia, latè tractatur per Tessaur. in dec. 12. & 13. & si non est sequuta mors fetus in vētre genitus, vel ex proposito sequuta, vel non dolose, sed causa honoris seruandi, ne mulier pregnās videatur. punitur pœna extraordinaria, & sic pæna exilij l. Cicer de pen. in §. fin aūt.

Abortum faciens, vel commictens pro mulieris salute, non punitur, Petr. sup dec. Gram. 2. n. 13

Abortum faciens, & illud occidens, punitur pęna pecuniaria, si anima nō est formata, si verò est formata punitur pęna l. Corneliæ, sed communis opinio est, quod puniatur pęna extrardinaria, quia potest esse, quod ante Natiuitatem moriatur, & non est vere homicidium, Et sic non verus dolus commissus. Afflict. in constit. Regn. incip. terminum vitæ num. 19. Bald in l. quod dicitur ff. de liber. & posthum. Bar. in l. diuus ff. de var. & extraord. cognition. cap sicut il secondo de homicid. Angel. de Malefic. in sua pract. crim. f. mihi 164. num. 10. & 11. D. de Franch. in dec. 592. sed, quod puniatur vti verus homicida tenet Iacob. Graff. in sua decis. aur. super bul. declarat. Papę Sisti V. contra procurantes abortum cap. 64. num. 12. & 13. vers. quod idem, fol. 181.

Absentes publice interest, & vtile est à quibuscumque defendi, l. seruum quoque §. publice vtile ff. de procur.

Absentes causa studij ciuilis canonici sacr. Theolog. & Gramaticæ, dumodo studia non sint in propria patria, & habeant licentiam suorum superiorum gaudent omnes distributiones quotidianas, & præbendas tanquam præsentes, vt gaudent, & præcipiunt cæteti sacerdotes præsētes, D. Epi. Ric. in sua prax. var. res. res. 33. p. 2.

Absentia non conceditur excusatori pro inquisito, nisi tempore, quo fit interloquutoria, Curia sedente pro Tribunali, aliàs comparet excusator post rectam curiam, & lectam, & latam interloquutoriam, non gaudent absentia, Carau. super Rit. M. C. V. 168.

Absens non potest condemnari pęna corporali, l. absentem ff. de pen.

Absens causa studij de licentia sui Ordinarij, pōt percipere omnes fructus, & prouentus ascendentes ad summam ducatorum viginti, vltra oēs fructus, & canonicas distributiones, D. Epis. Ricc. in prax. var. res. p. 2. resol. 70. nu. 1. cap. de cetero, & cap. ad audientiam, cap. tuæ, & cap. relatum, de cler. non resident.

Absentia allegatur cum iuramento in iudicio citationis, dicendo dictum inquisitum, vel debitorem domi citatum, tam ante quam post, & tempore citationis fuisse, & esse absentem à loco citationis, & reperitur in tali loco, & propterea ipsum excusando, petit ad contumaciā non procedi, nec ad condemnationem, sed competentem terminū sibi concedi, iuxta distantiam loci ad denunciandum, & Iudex concedit congruentem terminum iuxta loci distantiam, si non fuit personaliter citatus, si,

verò fuit personaliter citatus, non admittat Iudex talem excusationem, quia præsumitur dolosa, & si comparet actor, vel creditor. & dicit dictam absentiam allegatam non esse veram, capitur informatio, & constito non gaudet dilatione concessa ad comparendum, & in absentia semper ponitur clausula, verum si fuerit visus, & si exclusus est contumax, & allegatur, non admittitur absentia, elapso termino præfixo ad comparendum, iterum vocatur, & contumax efficitur, curia sedente pro Tribunali, Et si citatus reperitur exul, vel relegatus, & allegatur admittitur absentia, pendente exilio non tenetur comparere, sed petere maiori cōdemnatione, Galter. in pr. crim. in fin. consider. 4. add. 4. per totum, fol. mihi 205.

Absentia allegata per citatum ad foriudicandum valet, etiam si non fuerit admissa per citatum ad informandum, ex eo, quod fuit visus recipi debet, Petr. ad Gram in consil. 1. foriudic. n. 3.

Absentia inquisiti non admittitur, quando est calumniosa, dummodo fuerit visus delinquens, iux. cap. Regn. incip. post commissum à delinquente flagitium, & hoc constat officiali per informationem, licet Mer. solet hoc admittere, quando non statim incontinenti post commissum delictum, citatur delinquens, ante citationē, quis discesserit, sed licet per dies quindecim post delictum. Dom. de Franch. in dec. super d. cap. post commissum à deliquente.

Absentia admittitur quando est posita, etiam per simplicem excusatorem Foll. in pr. crim. fol. mihi 62. nu. 9. Iniusto audiatur excusatores.

Absentiam inquisiti, quilibet consanguineus potest allegare, quia est species excusationis, sed quando inquisitus fuit visus tempore delicti, per diem ante, vel post, & cōstat in processum, & statim immediatè capta informatione citatur, non conceditur ei absentia, sed quādo post aliquos menses, vel tempus, vbi est de fuga suspectus, & citatur, conceditur ei absentia supradictis non obstantibus, Dom. de Franch. in dec. 589. 327. Carau. super rit. M.C.V. 266. n 7. incip. Item si aliquis ciuiliter, & cap. Regn. incip. post commissum.

Absentia tam in causa ciuili, quam in causa criminali admittitur Carau. in Rit. M.C.V. 166. n. 15 Cap. Regn. supra citatum post commissum, & Foll. in pr. crim. in uerb. audiantur excusat. ante, & post diem personaliter.

Absoluere debemus esse promptiores, quam ad condemnandum, Gram. in vot crim. 23. nu. 10. cap. in penis de iureiuran. in 6. l. semper de iur. muti. l. merito ff. pro socio.

Absolutionem alicui dat tempus, sicut sententia, l. & si vnus. §. & si ante ff. de vsur. Bald. in l. obseruare §. proficisci, vers. 40. quero ff. de offic. proconsul.

Absolutio à iuramentis, fit ab ordinario loci parte non citata, Ann in singul. 3. Tor. in compen. dec. Regn. inuecto absolutio, Ancharan. in cōsil. 18. Ioseph. Ludouic. in dec. perusin. 28. Thesaur. in decis. 19. & hæc absolutio à iuramentis, quando fit, intelligitur adductus tantùm iuramentis, non amplius, Vrsill. ad Affl. in dec. 320.

Absolutio iuramentorum ad effectum agendi excipiendi mulier, quæ obligatur, & renūciat cum iuramento, omninò est sibi concedenda, & si fuit enormissimè læsa, absque absolutione agere potest, Thesaur. in dec. 223. nu. 18. & quomodo cōceditur hæc absolutio, vide Affl. in decis. 322. num. 5. & 6.

Absolutio à iuramentis non iuuat eam impetranti ad finem rescindendi instrumentum causa mutui simulati, dum pecunia non interuenit, & reus vult per præuentionem euitare pœnam periurij, dùm impetratur per diem, vel per modicum tempus, ante actionem, vel tempus solutionis, quæ debet impetrari per dies viginti, ante tempus solutionis, aliàs non valet nec pœnam euitat, Afflict in decis. 30. & 31. Ricc. in collect decis. 2118.

Absolutus ab expensis, non censetur absolutus à damnis, & interesse, Surd. in decis. 261. Boer. in dec. 62. Rouit. super pragm. 1. de expens. nu. 20.

Absolutio à iuramentis, non tollit vires contractas, nec liquidationem impedit, & si fuerit renunciatum exceptioni præuentionis Dom. de Franch. in dec. 770. Vrsill. ad Affl in dec. 322.

Absolutiones tot esse debent, quod sunt iuramēta commissa in contractum, Petr. ad Gram. in dec 66. nu. 5.

Absolutiones à iuramentis, non valent ad rescindendum contractum, nisi factis legitimis probationibus. Vrsil. ad Affl. in dec. 322. nu. 12.

Absolutiones à iuramentis non suspenduntur per appellationem, sed proceditur ad vlteriora in causa, Dom. de Franch. in dec. 602. nu. 13.

Absolutio à iuramentis non reperitur in casu enormissimæ læsionis, quibusuis amplissimis causis, & roboratis in instrumento non obstantibus, Dom de Franch. in dec. 247. num. 5.

Absolutio quando pertinet ad Papam, ea pendēte, excommunicatus potest comparere in spirituali Curia, & petere remotionem Cedulonū, quia intendit absolutionē procurare, & datur ei terminus vnius, vel duorum mensium, ad procurandum absolutionem, & interim remouentur cedulones, dummodo domi se contineat, & præstita cautione, quo termino elapso, si non præsentat absolutionem, interim affiguntur cedulones, Montem in prax. Cur. Archiepis. c. 28. nu. 10. fol. mihi 109

Absolutio à iuramentis, conceditur absque partis citatione, Montē in sua pract. cur. Arch Neap. in cap. 4. n. 2. f. mihi 47. Et conceditur ista absolutio absenti, & ignoranti absque mandato, & conceditur omnibus exteris, quando quis animo litigandi accedit ad Ciuitatem Neapol. in mer. vel in S.R.C. sic seruatur in Curia Archiepiscopali, & conceditur à quouis Episcopo iurantis, vel sic originis, vel domicilij non autem ab Episcopo illius cui iuramentum fuit præstitum, idem author in c. prædicto nu. 9. 10. & 11.

&

& tot iuramenti absolutiones requirũtur, quod sunt iuramenta, Vrsill. ad Affl. in dec. 220. nu. 5. & dec. 30. nu. 6.

Absolutio excommunicationis ad cautelam potest fieri ab omnibus censuris, excepto à generali interdicto loci, cap. solet, & cap. venerabilibus de sent. excom. in 6. cap. per duas eod. tit. & cap. venerabili, sed non conceditur, quando excommunicatio fuit iusta, vel iniusta, sed solum quando fuit nulla, & dicitur de nullitate, cap. 1. 11. q. 3. Iof. Andr. & Ancharan. in cap. solet, & c. venerabilibus §. sanè, Couarr. in cap. alma mater, de sent. excom. in 6. & causa nullitatis debet exprimi, & habet locum in sententijs latis ab homine tantum, non à iure, vel per statuta sinodalia, Montem. in cap. 5. nu. 1. 2. & 3. pr. Cur. Archiep. fol. mihi 55. sed, in praxi seruatur, quod fiat ista absolutio ex gratia, absque semiplena probatione, cum cautione tantum de parendo mandatis ecclesiæ.

Absolutio à iuramentis ad effectum agendi, excipiendi, vt hodie communiter fit, aliud non operat, nisi vt debitor possit de suis iuribus experiri, quibus probatis, instrumentum non potest præsentari, secundum form. Rit. M. C. V. Vrsill. ad Affl. in dec. 31. nu. 3. & 4. vid. Pascal. de vir. patr. pot. cap. 1. nu. 101. par. 2.

Absolutio à iuramentis, conceditur parte non citata ad effectum agendi, excipiendi, & sua iura præponendi, & non rescindit contractum, nisi periurium tantum, Dom. Anton. Gagliard. in suo tract. absol. à iuram. §. 3. nu. 57. cum seq.

Abundans cautela non nocet tex. in l. testamentũ C de testam.

Actio hypothecaria non oritur absque actione personali, sed postea potest ab illa separari, de Franch. in dec. 110. nu. 24.

Actio in officio se dotis non competit filiæ, nisi mortuo dotãte, id est matre, vel patre de Frãch. in dec. 170. nu. 4.

Actio personalis præscribitur spatio 30. annorũ Gram. in dec. 70. nu. 3.

Actio per litem contestatam mutari non potest text. est in l. edita, vbi glo. C. de eden. quia agẽs vna via, quæ deinde non competit, & competit alia fertur sententiam absolutoria, & litigans condemnatur in expensis, Affl. in dec. 60. nu. 3 vbi Vrsill. nu. 7.

Actio rhedibitoria, quæ datur emptori animalis morbosi, vid. in uerbo vendens.

Actio iniuriarum non tollitur, nec prẹscribitur, si facta remissione, vel par iniuria in foro conscĩẽtiæ non per hoc censetur sublatum ius causandi, nec censetur remissum interesse pecuniarum, respectu damnorum, & interesse, & expensarum ex quo pax dicit solum pro incuria, morte, & vlnere Clar. pr. crim. q. 58. vers. quæro modo, & vers. sed in pæposito.

Actio iniuriarum descendens ex l. Cornelia non finitur anno cum sit perpetua, Boer. in dec. 289 nu. 11. Bar. in l. 2. §. fin. & l. sequuta §. si autem extraneus ff. de adulter.

Actio iniuriarum est mixta, Afflict. in const. Reg. incip. varietas nu. 6.

Actiones suas renunciantes non amplius est dãdus regressus ad eas l. quæritur §. si venditor ff. de ædil. edict.

Actio iniuriarum ciuilis durat per annum continuum, quo elapso tollitur, l. si non oonuitij C. de iniur. criminalis verò perpetuatur, Baiard. ad Clar. iu §. iniuria nu. 53.

Actiones plures habere nostra interest, cum si ex vna succumberemus, ex alia obtinere poterimus l. si actor ff. de furt.

Actiones sunt de iure ciuili. l. quæ §. deinde ff. de orig. iur.

Actio personalis, & ius personale non intendit cõtra singularem successorem. l. 1. §. si heres ff ad Trebell. l. si fideicommissum §. stratarum ff de iudit. notat Bar. in l. creditores in 1. lectura C. de pignor.

Actio inanis est, quam inopia debitoris excludit. l. nam is ff. de dolo,

Actionem cui damus, multo magis exceptionem glos. in l. iudiciali, Cod. de edict. Diu. Adr. Tol. glos. magna in vers. item cui damus.

Actio iniuriarum non datur hæredi necessario. §. non autem omnes de perpet. & tempor. act. Ratio est in l. ininriarum ff. de iniur.

Actione sine nemo experiri potest l. si pupilli §. videamus ff de neg. gest. quam l. inducit Ias. in l. si quis maior nu. 24. Cod. de transact.

Actiones competentes hæredi, vel creditori confunduntur contra defunctum aditione hæreditatis, text. in l. si adulta Cod. de hæred. action. Paris. in consil. 69. nu. 33. & seq. vol. 3.

Actiones omnes tolluntur spatio 40. annorum, etiam substulit restitutionem in integrum aduersus eam ex illa generali clausula, si qua mihi iusta causa videtur l. omnes Cod. de præscr. 40. ann. Alex. in consil. 84. vol. 1. & cons. 169. in fin. vol. 2. Abb. in cap. vigilanti de præscript.

Acta inter alios facta faciunt semiplenam probationem, de Franch. in dec. 158. n. 10.

Actum canonizãt tria v3. volũtas, potestas, & modus Bald. in consil. 326. vol. 1.

Acta vnius causæ, inter quosdam non prosunt in alia causa, nisi quò ad præsumptionem Vinc. de Franch. in dec. 345. nu. 7.

Acta falsificans, celans, vel occultans, & testibus minas intulens, causam ammictit, Vrsill. ad Affl. in dec. 330. nu. 4.

Acta, & sententia lata pro vno, non prosunt alteri, Bar. in l. denunciasse §. fin. ff. de adult. Gomes. in tit. de delict. n. 88. var. res. & hoc locum habet in causa stupri, & incestus, Capibl. de baron. par. 3. nu. 55. cap. 31.

Acta facta post Iudicis inhibitionem, ad quem sunt nulla, quia iurisdictio cessat per dictam inhibitionem, maxime quando continet clausulam limitatam, Ricc. in coll. dec. 2547.

Acta fabricata, & facta post præsentationem, & notificationem prouisionum, sunt ipso iure nulla, Franc. Aret. in consil. 75. in princ. Marant.

dispu t.6.nu.25. ex qua Iudex declaratus, statim quod declinatur definit esse iudex, nec habet vlterius se intromittere de causa, & lite.l.iudicium soluere ff. de iudic. Vinc. de Franch.in dec. 294.

Acta facta à Iudice post inhibitionem superioris Iudicis sibi intimatam, & declinatoriam fori sunt nulla, Ricc. in coll.dec.3389. Farinac.in dec.Rot.94.& 761.Seraphin. dec.654.

Acta facta in vno iudicio, an faciant fidem in alio notat.extr.in c.2. Cod.de æden. vbi Bar.& Alex. dicunt, quod non solùm inter easdem personas,sed, & inter alias,dumodo quæratur, vtrum factum sit secus si quæratur de effectu facti, & idem Bar. in l. cum lite mortua ff. iudicatum solui col.2. Natt.in consil.98.num.5. etiam final.in suis regul.in vers.acta vbi multa, an, & quando acta in vno iudicio facta faciunt fidem in alio. Aduerte tamen,quod vbi editio petitur ad finem indagandæ veritatis, non debet concedi per ea, quæ scripsit Dec. in cap.1. extr.de probat. num.38.& vid.Rimin.in cons. 20.vol.5. & not. quod mutans, vel emendans libellum,condemnatur in expensis, vid.Nact. in consil.16.nu.1.& 2.vbi etiam quid in minore,glos in verbo perpetui, & in l.edita actio C. de elect.

Actor sequitur forum rei l. 3. C. de iurisd. omn. iud.quam tamen regulam limita, vt per Abb. in cap. si quis contra nu.2. extr. de for. comp. Archid.in cap.ex penitentiæ num.2.11.q.1. & per Socc.in cap.cum singulare de for. compet. vbi multa; Add. text. in l.fin. Cod. vbi in rem actio, fallit tamen in casu, de quo per Tiraqu. in tract.de retract lignag.§.8.gl.5. nu.2. & seq.

Actor quando vno modo,& causa petit, & deducit in primo libello, & alter probat tunc obtinere non potest,sed reus absoluitur, & libellus iustificatur ex causa deducta, dum ex alia non adest iudicium.de Pont.in consil.42.n.15. latè. Et sic actio in libello in ingressione iudicij, vel in litiscontestatione: actio non deducitur, si alia actio post litis contestationem deducitur,reus absoluitur de necessitate nn. 21.

Actore non probãte, reus absoluitur l.qui accusare,C.de eden.amplia etiam si confiteatur defectum iuris sui.Abb.in cap.cum super de cau. poss.& proprie DD. in cap. mãdatum extra de rescript.& in cap.cum Ecclesia sutrina extra de caus.poss. & propriet.& cap.illico, vt Ecclesiæ beneficium, & nota,quod actore non probante, reus non tenetur iurare, Parisius in cõs. 154.num.3.vol.4.Add.quod hæc regula habebit locum,& si actor esset valde legalis, similiter etiam si reus assumetre onus probandi,Mãtuan.in cons.230.n.4. & limita dictam regulã, vt per Hippolit. in l.de Minore §. tormenta à num.19.vsque ad num.24. ff.de quæst.an autẽ hoc casu reus debeat diffinitiua liberari, vel absolui ab obseruatione iudicij, vid. latè per Couarr. in lib. 1. var. res. cap.1.nu.8. vbi latè Add.ad materiam omninò videndum Hippo. in sing.169.& 170.& in l.vnius §.in ea causa ff. de quæst. Add.etiam,quod actore nõ probãte, non potest Iudex mandare reo,quod iuret, vel iuramentum referat,idem Hyppol. in l.de minore §.tormenta n.6.ff.de quæst.

Actor tenetur satisdare Reo de lite prosequẽda, vt in auth.generaliter,C.de epis. & cler.tu vid. Ias. in l. sciendum, col. 1.ff.qui satisd.cogan. vbi quærit an hæc auth. habeat locum si actor possidet immobilia,sicut in reo,de quò loquitur auth. offeratur infr. de lit.contest. vid.etiã Salyc.hic in 9.opposit.& Bar.hic,qui dicit hãc auth. non seruari, sequitur Bertrandin. 2. vol. consil.185.n.1.vid.DD. in l.3. supra qui accus. non poss. Ang. in verbo ad quærelam num. 8. Nunquid autem commissarij electi à testatore ad distribuendum ad pias causas,debeant cauere hæredibus de expendenda pecunia, & an de expensis credatur eorum sacramento habes in l. nulli licere, gl. in verbo licentiam vers. sed nunquid isti commissarij, C.de Episc.& cler.& quod simplex patientia in iudicio, non habet vim stipulationis, habes text. in l.omnes §. in hac autem inclita, C.de Episc. & Cler. tu vid. Galiat.in rep.l.1. in princ.num.13.& seq. ff.de verb. oblig.& amplia, & limita, vt ibi late, & singulariter per eum.

Actore non probante reus absoluitur, l.qui accusare C. de eden.

Actore non probante reus absoluitur, l.qui accusare C. de eden. & hoc habet locum, etiam in criminalibus,Rouit.in dec.67.n.1.Clar.in pra. crim.q.62.in princ.de Franch. in dec.138.n.9.

Actor sequitur forũ rei,l.qui accusator.C.de ed.

Actor in causa recõuẽtionis tenetur prestare cautionem de stando iuri, & iudicatum soluendo de Franch.in dec.311.

Actuarii debent esse aduenæ, & non de propria patria, & ità punitur iudicem corrumpẽs, quã Actorem magistrum, de Franch.in dec.98.

Actuarii se subscribant in quodlibet actu, & firment in decretis diffinitiuis interlocutorijs, & examine, non obstante, quod sint firmata à testibus, & in defectum signi Crucis se subscribant,& sic in defectum scribere nescientis sub pena duc.12. pro prima vice, pro secunda vice duc.24. & pro tertia vice sub pena priuationis eorum officii,& dicti actuarii scribant derictus exigentes in pede processus,& notent, quod talis soluit tot,pro tali actu Reg.prag.11.nu.6.& 8.de officialibus.

Actuarius accipiens fideiussorem non idoneum, excusso prius ipso fideiussore tenetur ad omnia damna,& interesse, dumodo non appareat de mandato Iudicis eum cepisse, & sic constare, & quod tempore cautionis habebatur pro idoneo,& soluendo parte præsente,& tacente, & fideliter habetur pro idoneo, si erat de coniunctis,& recusans eum accipere incidit in penam 50. solidorum l.1. ff. in ius vocat. vt eant Gratian. in dec. march.69. per totum, Pasc.de vir.pat.pot.cap.8.nu.135. par.1.

Actuarij

Actuarii possunt vti suspecti recusari solo iuramento, Arn. comment. 13. Alex. lib. 5. consil. 104. Petr. Ancharan. in consl. 251. Afflic. in constit. iustitiarii 3. col. notab. 4.

Actuarius non potest recipere testes absque ordine iudicis, Petr. ad Gram. in dec. 27. nu. 8, Vrsill. ad Affl. in dec. 315. & Scriba, si actuarius est absens, non potest absq; ordine Iudicis aliqua acta scribere, num. eod.

Actuarius testes falsos examinans, punitur pena mortis, secus si nulliter eos examinat, Petr. ad Gram. in dec. 27. nu. 21.

Actuarii dicuntur officiales exercentes iurisdictionem, Vinc. de Franch. in dec. 407.

Actuarij tenentur de proprio, quando ceperunt fideiussores, & postea reperiuntur non soluendo, & sic seruatur etiam in S. R. C. vt testatur Vinc. de Franch. in dec. 480. nu. 3. tex. in l. 1. ff. de magistr. conu. & habetur recursus contra actuarium in subsidium in casu Victoriæ.

Actuarius recipiens fideiussores non idoneos, tenetur fisco, & parti ad interesse, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, nisi eam recipiat de partium consensu, Petr. ad Gram. in dec. 60. n. 11. si autem eam capit de mandato Iudicis, aut cum approbatione, & hoc in fideiussore iudiciali non contractus, & sufficit si tempore fideiussionis, erat fideiussor idoneus, ibid. n. 11.

Actuarius nõ potest testes recipere absq; præsentia Iudicis, vel de eius mandato, Petr. in dec. 60 num 32. & per glos. dicuntur isti actuarii, ergo latrones, & vocantur latrunculatores Tasson. in pragm. de antif. vers. 3. obseruat. 3. nu. 189. Carau. in rit. M. C. V. 311. num. 2. Columbell. aiebat concessum in foro latrocinium.

Actuarius scribens depositionem vnius testis, & alias depositiones testium, dicit tamen deponit, prout alii testes supracitati deposuerunt, hoc facere non potest, & est ei prohibitum, prag. 1. de test. refren. Petr. ad Gram. in dec. 60. num. 30.

Actuarius, vel iudex punitur pena falsi, si articulos demonstrat parti aduersæ, Petr. ad Gram. dec. 103. nu. 36.

Actuarii hodie comprehenduntur inter officiales, & sic gaudent, Rouit. super pragm. de offic. n. 4. Gizzarell. in dec. 24. Capibl. de Baron. p. 2. cap. 29. nu. 8.

Actuarius Episcopi gaudet priuilegio fori, & quãdo illo gaudet, vid. ante inuerboo familia Episcopi, & Capic. in dec. 10.

Accusatio estinguitur spatio 20. ann. quibus ela psis amplius non viuit, l. quærela cum vulgata C. de fals. & sic spatio 20. annorum etiam præscribuntur iura fisci l. 1. §. diuus ff. de iur. fisc.

Accusatio secuta, quæ est remedium ordinariũ, cessat inquisitio, quæ est remedium extraordinarium, maxime si dicta accusatio sequitur coram Iudice alieno, quo casu cessat inquisitio coram proprio iudice ordinario, Bar. in l. siue contra 2. col. circa finem ff. de liber. agnosc. l. post finitam ff. de suspect. tutor. Bald. in l. edita 14. col. C. de eden. Innoc. in cap. super literis de rescrip. Bar. in l. 3. de adult. Bald. in l. ea quidem de accus. Angel. in l. si vacantia C. de bon. vacant. lib. 10. Gram. in consil. crim. 28. nu. 11.

Accusatus non potest accusantem eodẽ iudicio pendente recusare, licet dicat Gram. in sua decis. 53. quod sic, maxime cum ipsum crimen, quod secundo obijcitur sit primo præiudiciale l. præses C. ad l. Flauiam de pelagiar. hodie autem secus est per Rit. M. C. V. in tit. de eo, qui prius curam adiuit, neque potest M. C. V. contra secundo accusantem, ex officio procedere, nisi ex eodem fonte procederent, ponit pract. Niger in cap. Regn. incip. iniunxit num. 29. in nouis l. pelagij la seconda eod. tit. gl. in verbo iusta, & quælibet iuxta causa excusat à dolo.

Accusatóre definiente officium iudicis succedit loco illius, l. congruit ff. de offic. præsid. & quæ allegat Afflict. in const. vt vniuersis nu. 10.

Accusatore desistente, curia procedit ex officio Carau. in rit. 203. in princ. vsque ad n 3.

Accusationes non debent iudices illas de facili admittere, sed caueãt recipere eas ab inimicis, & ab accusationibus ardore vindictæ, sed hodie per Regiam prag. 1. de accusat. & ibi late Dom. Rouit. indistincte reperiuntur accusationes, dummodo suam, vel suorum iniuriam prosequatur exponentis quærelam, & si in causa illa ex officio procedi potest admictuntur etiam inhabiles ad accusandum, Baldaxar. de Angel. in suis add. ad pract. crim. Foll. vers. studeant se bene ornare fol. mihi 4. nu. 11.

Accusatio criminalis præscribitur spatio viginti annorum. l. quærelam C. de fals. Foller. in pr. crim. in verbo foriudicentur, n. 17. sed crimen suppositi partus nunquam præscribitur, n. 18.

Accusare qui possunt. & qui prohibentur, vt possunt accusare omnes, qui suam, vel suorum iniuriã prosequãtur, Tartaglia in pr. cri. f. mihi 5.

Accusatus non potest accusantem reaccusare, nisi de maiori crimine; & commisso post primum delictum, vel eodem die, & de Iur. Regn. præstatur cautio per accusatorem, primo de stando iuri coram competenti, & quocumque iudice, & post finitam primam accusationem incipitur secundæ alias secus, & cõtrarium erat: prius de iur. com. quia finiebatur 2. quærela. & postea incipitur prima, ad principalem loquitur Rit. M. C. V. 193. & 197. Cap. Regn. quod incipit iniuxit in fine, Reg. prag. incip. Ioanna legislatoris est proprium, Gram. in dec. 53. Marant. in sua pract. ciuil. par. 4. dist. 6. nu. 64. constit. Regn. incip. si ciuiliter agens l. 1. C. qui accus. non poss. & non admictuntur nepotes, accusari fratres, pater, & mater, & nepotes, & similes, quia præsumitur præsumpta malitia.

Actum suum quando quis facere potest validũ de iur. com. & de iur. speciali potius censetur vbi iure com. quam speciali, l. cẽturio, vbi add. ff. de vulg. & pupill. substit. l. quamquam Cod. de testam. milit.

Acceptans literas cambij, & promictens eas ad cer-

certum diem soluere, medio tempore scribens moritur, vel decoctus efficitur, tenetur acceptans eas soluere, Vinc. de Franch.in dec.303.

Actum nihil dicitur cum quid superest ad agẽdum, l.cum syllanianum,& ibi gl.& Iaſ. C.de his quib. vt indign.

Accessorium confunditur per principalem, l.hæres à debitore ff. de fideiussor, Afflic.in constit. Regn.si quis aliquem nu. 26.

Accessorium, quod dicitur vid. Boss.in sua pract. crim.in tract.de tortura testium nu.31. Bald.in rub.de controuers.inuest.n.4. Crauett. in cõs. 171.nu.10. Petr.ad Gram.in dec.44.nu.3.

Acquisita in ludo, quis tuta conscientia retinere non potest, Petr.ad Gram.dec.40.nu.2.

Accidentia non præsumitur, glos.in l. si vero §. pro rei qualitate ff.qui satisd cogant.

Adiutorium solummodo vasalli tenentur præstare concessionario, & non concedenti, quia vtilis dominus præfertur diretto, Vinc. de Franch.in dec.131. nu.26.

Adiutorium præstatur Baroni à vassallis in multis casibus,& signanter pro filia maritanda, monacanda, spuria, &c.constit.Regn.incip. quamplurimum, Boer.in dec.127.Vrsill.in dec.265. n.58. & causæ in quibus non petuntur per dominum, hæc adiutoria sunt quindecim idem Vrsill.ad Affl.in dec.61.

Adiutorium, quod debetur dominis, & principibus à suis vassallis pro filiis maritandis,& monacandis, quando & quomodo debetur, & pro filiis maritandis debetur ad rationem carolenorum quinque pro foculario, sed non pro monacanda debetur tanta portio, nec dicti caroleni quinque integri, Ricc.in coll.dec.3489. Affl.vbi Vrsill.in dec.126. 127.& 136.nu.17.& 30.sed dictæ moniali debentur grana 25.

Adiutorium in quinque casibus tenentur vassalli præstare suo baroni seruata forma cõstit. Reg. incip.quamplurimum, Capibl.de baron. super pragm.1.nu.69.& dictum adiutorium debetur pro doctorando filium Baronis secundũ Ann. authoris allegati super pragm. prædicta.

Adiunctus datur commissario examinanti testes in causa ciuili, maxime quando subest causa suspitionis, vel iudex est ignarus examinis, & causa est ardua alias secus,& in istis casibus datus adiunctus Iudici ordinario, & Senatori,& fit mentio in supplicatione de statu causæ, Tesaur. in dec. Pedem.255.nu.1.& 2.

Adiunctorum iudicum de eorum natura, quando censeantur delegati, vel Ordinarij, non potest vnus sine alio procedere, nisi adsit clausula, quod si omnes interesse nequibunt, reliqui expediant Merlin.in cap.29.controuer.forens.

Adiudicatio, seu potius consignatio bonorum exequtorum, post sententiam fit creditori, & mulier ob viri vergentiam ad inopiam, petit pro concurrenti quantitate dotium,& antefati se assecurari super bonis ipsius viri iuxt.notata in l.constante ff.sol.matr. l.vbi adhuc Cod.de iur. dot. Affl. in dec.9.& 199.& 221. Gram.in dec.92. Capic.dec 41.n.13. Vinc. de Franch.in dec.54. Cacheran.in dec.pedem,135.in quibus omnibus locis probatur, quod quamuis hoc casu, non dicitur vera dotis restitutio, quia matrimonium non est solutum, tamen est quædam positio dotium in tuto, ipsius mulieris, super bonis viri, pro restitutione dotium obligatorum, ex quorum fructibus possit se, & eundem virum latitantem ac suos liberos alere, Bald.in cap.contingit,col.2.vers. quid ergo, de restit. spol.& cap. salubriter de vsur. Muscatell. in pract. ciuil.glos.adiudicantur n.52.vers.quintus.

Adiudicatio pignoris, si illud ad vendendum nõ reperitur, potest creditori adiudicari, præuio tamen appretio per duos expertos, Franc. Anton. de iudic. Robert. in tract.liquid.instrum.add. verbo si vero,nu.73.74.per totum f mihi 411.

Aditio hæreditatis, non potest fieri citra ius,& nomen hæredis, & per venditionem bonorum hæreditatis, fit aditio hæreditatis, vel solutionis, &c. & eo ipso quoad quis adit hæreditatẽ, ad onera paterna tenetur, Vinc. de Franch. in dec.80. nu.1.& 10.

Aditio noua in libello, dicitur noua instantia, & nouus terminus est necessarius, Vrsill.ad Affl. in dec.148. nu.5.

Adictio operatur ad augmẽtum, illud idem operatur distractio ad diminutionem. l. si ex toto in princ. & ibi Bar. ff.de leg. 2.

Addictamentum, & quod accrescit est idem cũ re, cui fit augmentatio l. inter §. cum inter ff.de pact. dotal. l. etiam Cod.de iur. dot. Isern.in c. vnic. nu.6.sup. vers.hoc patet, per quos fiat inuestitura, quod bene nota.

Administratio publici officii facta per filiũ famil. non solum obligatur illæ, sed etiam eius pater sciens filii administrationẽ, quæ est munus publicum, dum nõ contradicit, quia videtur fideiussisse pro eo, text. not.in l. 2. ff.ad municipal. & in l.filios in potestate C. de decur.lib.10. Pascal.de vir.patr.pot.cap.6.par.1. nu.81. & seq.

Administrationem bonorum suorum, ingenuis hominibus liberam non esse, indignum est. l. non vsque ff.si à parent. fuerit quis manumiss.

Aduocatorum officium iudex potest interdicere pro insignibus malefactoribus, Gram. vot.cri. 3.nu.7. Bald.in cap.obiectus, qualit.olim feud. alien. prod.

Aduocati non possunt patrocinare secrete in causis, vbi sunt Iudices eorum consanguinei, sed publice patrocinent; vt ab omnibus cognoscantur sub pæna priuationis aduocationis perpetuæ, & pars tenens eum pro Aduocato incurrat in duc. bis mille, & Aduocati publici hoc sciens, tenẽtur reuelare sub pæna suspensionis aduocationis per menses sex, Regiæ prag.1. de caus.deciden. §.5.

Aduocatus non potest petere patrocinium in sua causa præstitum à cõdemnato in expensis text. in §.fin autem l.properandum C.de iudic. latè p me ante in add.ll.ff. & C.in vestro cãæ in fi.

Ad-

Aduocatum quæras in causa propria, dictum est vulgare, & probat Aristot.lib.3.phisic. cap. 12. ibi, atque ægrotantes Medici, alios ad se Medicos vocēt, & Magistri palestre, alios magistros, quasi nequeant verum discurrere, qui de proprijs iudicant, & in affectu sunt constituti.

Aduocati, qui possunt esse, habes in l.2.C.de postul.add.Felin.in cap.suscitatus.extr.de rescrip. n.31.vbi tenet, aduocatum posse esse illiteratū, Bar.in l.1.ff.de var.& extraord.cognit. & quid sit postulare, vide Paul.Citad.in tract.de iur.patron.art.3.par.6.n.100.in 4.vol.tract.Neap. de Monte in tract.de except.art.10. cap.infamis n. 2.vol.13. & multa per Caccialup. in tract. de aduoc. in 5. vol. tract. Add. quod honoraria præstantur aduocatis ex consuetudine fori, ex facundia patronorum, & qualitate causæ, glos. in l.certum modum. in l.3.C.de postul. Et an valeat pactum de quota litis vid. Franc. Marc. in dec.19. vbi etiam quid de procuratore, Godadin.in consil.3.nu.24.& 25.& an propter absentiā aduocati sit danda dilatio, vide Abb. in cap.1. col.2. extr.vt lit.non contest. Bar.autem in l.ait prætor.§.fin.ff.ex quib.caus. maior.& in l.fin.in fin.ff.de vacat.muner.dicit, quod si breui est reuersurus, datur dilatio sin autem queat pars alium aduocatum melius, quā alibi Bart. in l.sed si vnus §.quid autem ff.de iniur.sequitur Felin.in alleg.cap.quod si sunt plures aduocati, propter absentiam vnius, non datur dilatio, si habet alium sufficientem, Angel.in l.icirco in princ. ff.de iudic.Innoc.& Felin.in alleg.cap.per quem etiam videbis, quid in causis summarijs, pro quo vid.Bar.in extrauag. ad reprimendum in vers. sine strepitu, qui dicit, quod non, Add.Caramit.in Rit.207.n.7. an autem medico liceat, ab infirmo recipere promissionem pecuniæ, pro curatione, & an huiusmodi promissio valeat, vid.Affl in dec.123. Et an aduocatus habeat integrum salarium, quando cliens transegit vltra glos in l.vnic.in verbo petere debuisset, C.de suffrag. vid. Luc.de Pen. in l.litibus in fin.C.de agricol.& censit. lib.10.

Aduocatorum materia, & priuilegia, & quod aduocati possunt fabros prope eorum domos habitantes expellere, dummodo faber non sit prior in loco, & dicti aduocati gratis pro pauperibus debent patrocinare, vid.Ricc.in coll. dec.2206 & de salario, quod eis datur, vid.collect.2207.

Aduocatus, qui profert præsente parte videtur pars ipsa proferre l. 1. C. de errore aduoc. & quis aduocatus & Iudex esse nō potest, de nou. in pragm.de antes.vers.3. obseruat.3. nu. 265. l.quisquis C.de postul. l.nemo de assessor.

Aduocatus in fine allegationum iurium, ornet vt sequitur, hæc scripsi vt amico, vel clienti satisfaciam, & aduersarii proteruitas detegatur, hæc ob temporis angustiam, currenti calamo scripsi, cum certo sciam eximios iudicantes, quæ desunt suppleturos, adequatis difficultatibus partis aduersæ, & solutis dubijs per eam figuratis, & prætensis, inter dentes, & ore clauso, suppleat Dominus Iudex, vbi deficit Aduocati labor, qui cum non profiteatur artem diuinatoriam, more Egiptiorum debet excusari, sic sic currenti calamo, & summo digito exaratis.

Aduocatus pro suo patrocinio, & rebus defensis, In eis habet tacitam hypothecam, & cum prælatione omnibus habentibus expressam anteriorem, quia tale officium, & beneficium, dicta bona seruauerit, Bar.in l interdum. n.4. ff.qui pot.in pignior hab. Rip in l.priuilegia, n.32.& & 55. ff.de priuileg credit.

Aduocatus pauperum, non tenetur aduocare gratis coram arbitro, vel Iudice voluntario Ecclesiastico, &c. sed potest defendere causas Ecclesiasticas, quæ pauperum appellatione veniūt, Petr. ad Gram.in dec.85.nu.10.

Aduocatus compulsus à Iudice mandante patrocinium suscipiens, non se præiudicat in suis iuribus contra clientem in causa Petr.in dec.80.

Aduocato non soluit salarium Victus victori, ex quo Aduocatus gratis, & in vanum laborauit, Affl. in tract.iur.prothomis.fol.mihi 93.nu.24.

Aduocati paciscētes cum clientibus certam mercedem in casu Victoriæ si pendente causa partes veniunt ad transactionem, detur Aduocato pro rata mercedis, si non fuit facta transactio in fraudem Aduocati, sed ex bono consilio, consideratis facundia, & laboribus dicti aduocati, secus autem si in fraudē, tota debetur, sed istæ pactiones hodie sunt prohibitæ, & debent esse extra negotium principalem, Vinc. de Franch.in dec.265. Reg.prag.1.de postulando ponit penam remigationis per triennium, siuè Relegationis, & sic prohibentur aduocati contrahere cum eorum clientibus, Pascal.de vir.pat.pot.cap.4.par.1.nu. 11. l.quisquis §.præterea cum glos.Cod. de postul.

Aduocatus partis potest esse testis pro aduersario in rebus, quæ sunt vti testis, ante inceptum patrocinium, non autem Aduocatus, Dominus de Franch. in dec.222.

Aduocatus potest compelli ad suscipiendum patrocinium pro paupere gratis, Cauabr. in tract. sindic.official.num 144.& 145.f.mihi 38.

Aduocati, & Medici, Clientibus infirmis, tres personas representant, primo habet faciem Angeli in necessitate vrgenti, secundo habet faciem hominis medio tempore, in fine causæ habet faciem demonis, & hoc recipitur ab ingrato cliente Vrsill.in dec.123. nu.1.

Aduocatus tenetur tanquam aduocatus causam defendere, & non facere officium procuratoris, nec potest pacisci de quota litis, sed solum potest pacisci nomine Victoriæ, & promittens facere sumptus, & expensas in lite, recuperat solum expensas necessarias, & salarium moderatum, & Andr.vocatus non potest causam deserere, sed cliens potest Aduocatum relinquequere; Vrsill.ad Afflict.in dec.23.nu.5.6.& 7.

Aduocatus non potest esse iudex in eadem causa, in quo fuit aduocatus, quia in ea cadit affectio, sed

ſed benè poteſt eſſe aduocatus, vbi fuit iudex, & ſi fuit aduocatus ad fauorem Titij in prima inſtantia; in ſecunda inſtantia poteſt eſſe aduocatus contrarius, Donat. Anton. de Marin in tract.quotid.reſolut.cap.5. per totum.

Aduocatus fiſci non habet poteſtatem cognoſcendi cauſas, ſed ſolum ponendi iura, & hodie fiunt duo aduocati fiſci, vnus in criminalibus, & alius in patrimonialibus, primo erat vnus tantum aduocatus,& dictus aduocatus fiſci, non poteſt concedere guidaticum, Vrſill. ad Affl.in dec.4.

Aduocatus poteſt eſſe teſtis partis aduerſæ, cõtra quem eſt aduocatus, & pro parte pro qua aduocat,etiam ſi in fraudem eſt electus Aduocatus, ſed debet dicere, quod ſcit de cauſa ſcientiæ, non autem, quod audiuit à ſuo cliente, Vinc. de Franch. in dec.conſil.222.nu.1. & ſic aduocatus non eſt idoneus teſtis, Taſſon. in pragm.de anteſat.verſ.3.obſeru.3.nu.268. Bar. in l.deferre §.idem decreuerunt de iur. fiſc.

Adulterium in viro punitur pena mortis in muliere autem, illa detruditur in Monaſterium, vt penitentiam agat, & de iure com. amictit dotes, & in tali delicto proceditur ex officio per literam arbitrariam,quia eſt crimen publicum, Gram.in dec.31. Clar.in prac. crim.in §. adulterium, mulier fuſtigatur, & exulatur iudicis arbitrio,verſ.ſed quero in fin.de iur.ciuil.

Adulterij actio quærulandi competit fratri, & patri,mariti,Vinc.de Franch.in dec.84.& quomodo probatur,vid.Paſc de vir.patr.pot.cap.2 num.39.par.2. & per totum.

Adulterium per Mulierem commiſſum, illa amictit dotes, donationem propter nuptias, & bona parafrenalia, Boſſ. in ſua pract.crim. in tit.de coit.damn.& punib.nu.54. l.conſenſum de repud.Cod.& quid.de vidua,Paul.de Caſtr. in conſil.121.Iaſ.in l.2.ff.ſol.matr.Alex.in l.cũ mulier. ff. ſol matr. & adulterium non poteſt tranſigi l.tranſigere C.de tranſac. Boſſ.num 2. cod. prædicto tit. & hoc delictum pena mortis punitur.

Adulterium,& oſculum factum per vxorem,illa ſuam dotem amictit, Vrſill.ad Afflict in deciſ. 265.nu.62. Bald.in cap. tuæ de procurat.

Adulterium ex officio punitur ab Ordinariis locorum, ſi eſt publicum, & ter admoniti non deſiſterint, quò ad penam excommunicationis S.Conſ.Trid. in ſeſſ 24.cap.8.incip. graue peccatum, Baiard. ad Clar. in §. adulterium num.14. & ibi num. 15.dicit, quod in ſex caſibus,non licet marito vxorem ſuam de adulterio accuſare.

Adulterij pena in muliere eſt fuſtigationis, ſi vir ſuus nolit de ea vendicare,ad naſi truncationẽ, & adulter punitur pena mortis, tam nobilis, quam ignobilis in Regno Neapolitano in Vrbe vero Romana per motum Siſti V. etiam pena mortis.ſed in ſtatis Eccleſiaſticis, mite punitur, niſi ad penam 25. florenorum, Baiard.ad Clar.in §.adulterium nu.46.

Adulterium non violentum non punitur pena mortis, neo pena corporali, ſed tantum pena extraordinaria,& non habet locum tortura,& pro adulterio attentato, & non conſumato nõ datur pena, niſi extraordinaria, Petr.ad Gram. dec.2. num.3.

Adulterio notorio, poteſt ex officio procedi, & dicitur adulterium notorium quando ex confeſſione incidẽter facta probatur,& ſi quis dormit in ſeſto lecto præſumitur adulterium commiſſum, dummodo non adſit coniunctio ſanguinis, quæ ceſſare facit adulterium, & eius præſumptionem, Petr.ad Gram.dec.31.nu.3. Vrſill in dec.236.nu.6.& licitum eſt viro ſuam vxorem adulteram occidere, non autem eſt licitum vxori occidere virum ſuum adulterum, ratione maioris ſcandali, & incertæ prolis, & quæ ſit pena adulterii, Petr.ad Gram. dec.2.n. 3 & actio ad accuſandum de adulterio,cui cõpetit,Vinc.de Franch.in dec.94. Viu dec.490.

Adulterii accuſationem competere,etiam mulieri per vim compreſſæ contra adulterum, vide Merlin.in cap.58.controuerſ. forenſ.in cauſa Baronis Siciliorum, qui fuit excluſus per M. C.V.& S. C. à petitione, à qua intendebat admicti ad regium generale indultum, ob remiſſionem, quas non obtinuit ab vxore,quia violentia alterat delicti ſpeciem, quod alias eſſet impunibile. & mulier, quam abſque vi fuit cognita amictit dotem, & donationem, & ſecundum opinionem Merlin. mulieres, quam ſuam, & ſuorum iniuriam perſequuntur omni tempore ad quærulandum admictuntur.

Adulterium per quod ſit ſeparatio Thori, Mulier debet habere alimẽta, donec de adulterio non fuerit conuicta, & priuatur dotibus ſuis, Vrſill.ad Afflict.in dec.289.nu. 27.

Adulterii pæna, eſt eadem, quam inceſtus,& punitur adulterium,& inceſtus tam in mare, quã in feminam, in fuſtigationem & bonorum omnium confiſcationem, Theſſaur.in dec.100.n. 2 auth.inceſtos C.de ſecund.nupt.

Adulterii materia latè tractatur per Ricc.in coll. dec.2310.& per Peregr.in dec.92.Gram dec. 31.& quod in adulterio non procedatur ex officio nuper inquiſitionem, nec tranſigitur,ſed de iur. C. eſt pæna mortis in vxore, & viro, & iur. vero authent.quod hodie ſeruatur iuxta auth. ſed hodie, C.ad l.iul.de adult. pena adulterij eſt mortis in viro in vxore fuſtigationis,& detruſionis in monaſterium, vt penitentiam agat de iure canonico excommunicãtur ambo de iure C. videtur ſecundum l quamuis la 2. C.ad l.iul.de adult. & quomodo punitur adulterium de iur.Cataloniæ, traditur viro ſuo.cũ cautione, quod eam perpetuum carceratam detineat.in ſua domo.

Adulterio, mulier deprehenſa cum adulterio in actu,poteſt pater, & vir eam occidere impune de iure regni per conſtit. ſi maritus,dummodo ambo eos occidat, ſi pater eſt inhabilis poteſt mediante peccato, & aſſaſſinio, ad vltimum, &

& iniuriam vindicare, & non tenetur pena assassinij, nec mandans, nec mandatarius, quia potest amicos, & consanguineos conuocare ad ipsum vindicandum, & quomodo & quando probatur adulterium, & de ipsius materia, & vindicta vid. latè Pascal. de vir.pat.pot. cap.5. p.1. per totum.

Adulterij crimen potest Iudex ex officio in eo procedere, tanquam publicum delictum. l.1.§. si publico ff.de adult. Afflict.in rub.42.nu.9.& quomodo proceditur in eo, & de eius pena, vide Boer.in dec.338 & quando amictit dotem, & dec.297.21. & 26.

Adulterium est pæna mortis, Boss.in sua prac cri. in tit. de delict.num.19.& 21.l.quamuis la 2.de Franch.in dec.240. & constit. Regn. asperitatē.

Administratores bonorum Vniuersitatis, sunt hypothecati cum personis, & eorum bonis, pro dicta eorum vniuersali administratione facta, à die administrationis prædictæ Reg. Pragm.11 de admin.vniuers.

Afflictio non est addēda afflictio, vt afflictio ipsa sit cā afflictionis, Fab.d Ann.in consil 48.n.34.

Affectus an puniatur, si non sequatur effectus, vltra tex. in l.si quis non dicam rapere, Cod.de Episc.& Cleric.vid. Afflict.in dec.276.per totā, vt in constit.si quis rapere, & quæ dicam in l.1. infra de rapt. Virg. & quod primi motus, non sunt in potestate nostra, glos. in verbo si quis, & d.l.si quis non dicam.

Affectio non cadit in nummis, l.nummis ff.de in lit iurand.

Afflictus procreauit tres filios masculos in anno 60. & sequentibus, refertur in constit. Reg. incip. post mortem, num.22.& valde mors senis timetur in anno 70.

Affinitas contrahitur, etiam per illicitum coitū, & nefarium crimen, & quis non potest matrimonium contrahere, cum concubina parentū, & cognoscens concubinam parētum, punitur pæna stupri l. liberi concubinas Cod. de nupt. vbi glos. Cappell Tolos.in dec.96.

Affictator, & conductor, remanens vltra tempus affictus in re conducta, videtur tacitè recondu xisse, Alex. in consil.17. vol.4. in princ. & fin. Angel.& DD.in l cum pater §.filiæ ff.de leg.2. Barbat.in suo consil.14.vol.2.col.vlt.& penul. Affl. in dec. 365.

Apocæ bancis directè debitores ipsarum possunt compelli ad solutionem realiter, & personaliter, & non auditur, nisi facto deposito, vel in carcere, & hoc habet locum, etiam in apocis recognitis, ex iudicis decreto interposito in contumaciam conuenti, nolentis eam recognoscere, Vinc.de Franch.in dec sua 502.& habet locū apocis subscriptis tantum manu debitoris; Menoch. in presumpt.66. n.12. & 13. lib.3.Rouit.in pragm.63.nu.2.de offic. quæst. Cæsar in 1.impress.,& sic etiam si debitor allegaret exceptionem declinatoriæ fori, quæ non abdicat iurisdictionem in totum, sed tantum illam redit elegibilem, per exceptionem prædictam, hoc tameu non procedit in apocis scriptis, vel subscriptis per minorem, etiam cum consensu curatoris, & quia minor non potest carcerari, Salic.in l.1.n.10.cod. qui bon.ceder. poss. Rom. in consil.120.n.2.

Aquæ seruitus per censum annotum spatium nō constituitur ius, nisi cōcurrente prohibitione, vel alio actu positiuo, de Marinis in cap.16.n. 7.in quotid.resolut.& quando dominus fundi superioris potest aquam in damnum inferioris diuertere, quia ille est verus dominus aquæ, & non inferior.

Aquæ vsus, vt quis habeat actionem, & ipsius dominium, sat est, vt semel ipsa aqua, vt sit, & queratur ipsius quasi possessio, Vrsill.ad Affl.in dec.67.num.2.Aymod.in consil.124.Alex. in consil.142 1.vol.consideratis diligenter, quod benè hoc.

Aquam auriendi, qui hanc actionem, & seruitutem habet intelligitur de die, non de nocte, & sic qui habet seruitutem pascendi de die, non potest pernoctare, Vrsill ad Affl.in dec.202.n.5

Aquæ sunt Baronis, & Principis, & sic sunt de regalibus, & nemo priuatus potest eis vti, absque licentia, Gram. in consil. crim.9.n.1. Iuc de pen.in l.vsum aquæ, cod. de aquis dutt. l.11.

Arras perdens an teneatur ad interesse, vid. glos. in l.contractus, cod.de fid.instru.& nota quod per dationem arrarum, res non desinit esse integra l.perfectā cod.quan.tic. ab empt.disced. tu vid. Fab.de Mont.in tract.de empt.& vend. 5.9. principali, col.18.vbi multa, Couarr.in epit.de spons.& matrim. cap.3.§.7.num.6. vbi multa de arris, add.quod venditiò, & emptio facta ad mensuram periculum pertinet ad venditorem, antequam mensuretur l.2.cod.de pecicul. & com. rei vendit; ad cuius materiam, vid.Corn. in consil.59.vol.4.Paul.in l.secuda, ff.de leg.1.soc.in consil.32.vol.4. Alex.in consil.8.vol.4.Ias.in cōsil.73.vol.1.Dec. in consil. 179.vol.1.Bertrand.in consil.337.n.3.vol.1.& 5.Paul de Castr.in consil.220.in causa, quæ vertitur vol.2. Item venditio facta ad mensutam dicitur conditionalis, & non perfecta ante mē-

suram

dum actoris intentionem, & sic actor tenetur scripturas reo redere, & non reus tenetur redere actori, secus est in causa fisci, tenetur reus eas redere actori, Gram. in consil. crim. 9. nu. 2. l. nec quicquam ff. de edend.

Armis quis vius, non punitur etiam si fuit persequutus à Curia, & aufugit, vt puniretur si fuisset cum eis inuentus, nec soluit penam, quia inuentio cum armis verificatur in apprehentione, nauté in solo aspectu, tex. in l. si balsatoram, cod. de fideiuss. & mandat l. 1. ff. de acqui. poss. l. nunquã §. texaurus, ff. de acquir. ret. domin. & acquiritur realis, & corporalis apprehentio genericè in omnibus armis, vt ait d. l. ballatoram, non solum de prohibitis, & paruis aschibuscettis, & hoc vt formetur delictum in genere Muscatell. pr. crim. tit. de prohib. asportat. arm.

Articuli sunt pars intentionis actoris, & in Regno causæ hodie incipiunt ab articulis Carau. super rit. 70. n. 3. & melius in tit. 288. nu. 4. et 5. ratio est vt sup. quia sunt pars intentionis actoris, &c. Bald. in l. generaliter, §. sed iuramento; n. 6. cod. de reb. cred. & articuli sunt inuenti ad probandum intentionem actoris; vt clara redatur eius intentio, & vt actio deducta accomodetur, quoties fuerit ineptè interposita. Muscatell. in pr. ciuil. par. 1. glos. petitur à n. 42. vsque ad numerum 50.

Articulis ponitur illud idem, quod fuit positum in prima instantia, quando conuenti petierunt beneficia, & in eis examinant, licet non potest articulari illud idem, & de directo contrariũ, quod fuit per partem ex aduerso articulatum, quia tunc articuli prædicti reiiciuntur tanquã impertinentes Dom. de Franch. in dec. 683.

Articuli nunquam parti aduersæ demonstrantur ante examen, ne de directo contrarium, articulari, & examinati possit, eis visis, & in iudicijs, quantumuis summarijs, hoc fieri nullatenus permittitur à legibus, fundatis siquidem in iure, & æquitate naturali, ne alter alteri insidietur per contrarias probationes receptas a didicitis testificatis, auth. at qui semel cod. de probation. cap. fraternitatis de test. Bar. in extrauaganti ad reprimendum in verbo, & figura iudicij num. 16. Cardin. Zabarell. in Clem. sæpe §. & quia quæst. 12. de verb. signific. & hoc militat, quando maturè, & exactè percuntatur, & non nisi casu, & perfunctoriè vidit processum, Vrsill. ad Affl. in dec. 216. n. 7.

Articuli admictuntur, & recipiuntur ad defentionem in causa criminali etiam post publicatum in causa, Vinc. de Franch. in dec. 470. n. 7.

Articuli impertinentes, & de iure non admictẽdi, quãdo, & quomodo reici debent, vid. Dom. de Franch. in dec. 220. & Capic. in dec. 15.

Articulorum copia, non datur in regno, & cautela est quando presentantur articuli impertinẽtes, dicere iudex, recipiantur articuli, saluo iure impertinentiũ, & de iure nõ admictendorũ, qa quod nõ est probabile, nõ est ponibile, & depositio principalis potest peti, etiam post publicationem in causa factam, quia, quod ore principalis habetur, aliud probari non debet, quia nulla maior probatio est, quam propii oris confessio; Vinc. de Franch. in dec. 220.

Articuli sunt causæ pericula, & in eis consistit periculum causarum, & sunt membra causæ, & formantur à positione, seu à primo libello in ciuilibus, in criminalibus verò, à depositione principalis inquisiti, & articuli differunt à positionibus, quia qui ponit fatetur, qui articulat minimè, & propterea practicantes dicunt, & probare intendunt idest ponit, si pars fatetur, probare intendit si negat, & differunt ab interrogatoriis, quia, qui interrogat, non tenetur prabare, Vrsill. ad Affl. in dec. 7.

Articuli impertinentes sunt illi, ex quibus nullus effectus sequi potest, & eos iudex ex officio reiicere potest, & impertinentes declarare, & in suo decreto dicat, saluo tamen iure impertinẽtium, quod recipiantur, & impertinentes reiciantur, ex quo de iure admicti non debent, Vrsill. ad Affl. in dec. 7.

Articulos impertinentes presentans, punitur in penam tarenorum quinque pars principalis, procurator verò in tarenos decem, si nomine repulsæ, illos presentat, vel in appellatione, Reg. pragm. 12. de ord. iudic.

Argumentum à contrario sensu dicit tex. in l. qui testem §. mulier ff. de testam. & in l. apud antiquos cod. de seru. fregit.

Argumentum à contrario sensu optimum est, quando verba non denotant facti contigentiã. l. p. §. huius rei, ff. de offic. eius, cap. cum Apostolica extr. de his quæ fin. à prelat. Ripa in l. si vnquam in 11. 9. cod de reuocan. donat.

Arguendum nõ est à narratione facti, in iure posita, glos. singul. in l. vnic. in 3. lect. cod. quod. quando non petent. part. & ibi Bar.

Artificium omne per exercitium, accipit incrementum l. legatis seruis §. ornatricibus ff. de legat. 30.

Archidiaconus mortuo Archipresbitero, habet curam animarum Ecclesiæ petr. ad Gram. in dec. 64. num. 1.

Aromatarii nihil vendere possunt, absq; ricecta medici approbati, sub pena quinquennii ad remigandum, & quinquennii medico ad relegandum, & non ordinatur à medico professo Reg. pragm. 3. de pharmacopol. fol. mihi 575.

Arbor, quæ domum vicini afficit, vel eius radices parietem competit vicino actio vtilis, & in factum, & requisito vicino, potest dictam arborem ex stirpe incidere authoritate propria; sed melius est facere authoritate iudicis tex. in l. 1. de arbor. cedend. in l. 1. cod. de interd. Cepoll in tract. de seruit. vrb. pred. cap. 81. per totum, & licet dicat, quod Arbor oliuæ, & ficus, distet pedes nouem, cetera verò, arbores quinque intelligitur hæc distantia inter arbores secundum Cepoll. loco citato n. 2. & dictam l. p. de arbor. ceden. dicit in agris Viu. in dec. 242.

Assen-

Assensus Regius non impetratus à creditoribus vniuersitatis, eis non soluuntur nec tertiæ, nec capitale, vt dictat Regia pragmatica 8. de commissar. ab anno 1613. in antea.

Assensus Regius, non requiritur in venditione, & alienatione feudi plani, & de tabula, quæ excadentialia, siue feudi rustici dicuntur, sed requiritur assensus Baronis tantum, dictis sub feudatarijs, & alienans potest dictam alienationem reuocare, si non obtinuit assensum, vt potest facere alienans feudum quaternatum, qui non obtinuit à Rege assensum, & dictus assensus prestatur tàm in venditione, quàm in pacto de retrouendendo, alias est nullus, Vinc. de Franch. in dec. 126. nu. 4. Affl. in dec. 142. 282. 398. & ibi Vrsill. in dec. 129. e 168. & constit. Regn. incip. diuæ memoriæ.

Assensus Apostolicus in contractu rei ecclesiasticæ alienatæ absque eo per spatium 30. annorum presumitur impetratus, & concessus, quia ius dicendi de nullitate, dicto spatio 30. annorum durat in quolibet actu, & tempus non inducit sollemnitatem, sed eam presumit, etiam contra ignorantem de Marin. in cap. 27. resol. quotid.

Assensus feudalis expeditus per verbum fiat, habet quis tempus duorum annorum ad expediendum in forma Cancellariæ ann. in allegat. 95. num. 8.

Assensus fauore dotis, post mortem alienantis potest impetrari, Vinc. de Franch. in d. 86. n. 1.

Assensus potest intentari in causa dotis post mortem mariti Vrsill. ad Affl. in dec. 111. n. 1.

Assensus post mortem debitoris impetrari potest fauore dotis, sed in alijs rebus, & feudalibus, non impetratur litependente per Auth. non impetrantur successiones, vt in medio litis, Dom. de Franch. in dec. 620. num. 10. secus in antefato.

Assensus in feudo non prestitus à principio emptionis, venditio est nulla, & reuocatur feudũ, de Franch. in dec. 620.

Assensum obtinere, & impetrare promictens, extenditur ad pactum de retrouendendo, Petr. ad Gram. dec. 76. n. 13.

Assensum Regium non requiritur in alienatione sub feudorum, sed requiritur assensus Baronis tantum, Petr. ad Gram. dec. 77. nu. 1. Vrsill. super. dec. Affl. 129. e 278.

Assensus Regius expeditus, vt liceat tali se obligare pro summa in memoriali expressa, vigore cuius, mulier se obligat ad fauorem alterius, sed si est obtemptus ex falsa causa narrata in dicta supplicatione, dictus Regius assensus nõ suffragatur, nec creditori opitulatur, sed tanquam nullus, & inualidus, vt est, nullum operatur effectum, Dom. de Franch. in dec. 623. n. 10. & 11. & falsa causa expressa, à supplicatione apparet, si aliter est.

Assensus Regius, supplet tantum sollẽnitatem contractus, non tamen tollit ius cuiquam, nec sanat nullitates, Dom. de Franch. in dec. 302. n. 11. Capibl. in tract. de auct. Baron. par. 2. c. 73. num. 16.

Assensus Regius super dote, & de concurrentibus in eo, hæc materia discutit per Foll. fol. mihi 112. in verbo obligatio mulierum.

Assensus Regius expeditus in feudis, non valet, nisi fuerit infra nouem menses in Regia Cancellaria registratum in forma probante, cum sigillo pendente, Vrsill. ad Affl. in dec. 398. n. 3.

Assensus Regius conceditur in feudis alienandis, & pro dote, & antefato, & in venditione cum pacto de retrouendendo, quod facta retrouenditione, amplius non requiritur assensus, & de eius materia latè tractatur, per Ricc. in coll. dec. 2209.

Assensus Regius fauore dotis impetratur post mortem alienantis, Vinc. de Franch. in dec. 86. num. 1.

Assensum Regium prestans obliganti, non valenti se obligare, nil noui facit vid. ante in verbo ratificatio.

Assassinium punitur pena mortis, tàm mandans, & pecuniam soluens, quàm promittens aliquid prò assassinio, & sic etiam puniũtur mediatores, ita quod mors non loquatur, sed per solum vulnus, vel si ad actum proximum fuerit deuentum, punitur modo quo supra, Regiæ pragmaticæ primæ, & 2. Cardin. Zapact. de assassin.

Assassinus dicitur ille, qui aliquod homicidium committit, aliquo sibi dato, vel permisso, homicidium mandat fieri, vel eum commictit, & assassinium stat in mandante, & mandatario, dicendo formalia verba, và, & occidi. N. che la casa mia ti sarà sempre aperta, & non ti mãcarà mai, & omne totum, quod facit, facit sub specie premij; & sic assassinium dicitur, tàm in mandante aliquem occidi, quàm in mandatario exequente, Vinc. de Franch. in decis. 176. num. 6.

Assassinium proprie est illud, quod quis suscipiat ab aliquo mandatum aliquem occidendi conuniente pretio, & non aliter, clarè latè loquitur Baiard. ad Clar. in §. assassinium n. 3. & 4. vid. Campagn. in cap. Regn. fol. mihi 44. n. 69. cap. frequens, & est qui pecunia corruptus, aliquem occidit, & non dicitur assassinium, nisi mors sequatur, n. 68. in fin.

Assassini frustra diuiduntur post eorum suspentionem in altioribus furcis, & non traduntur sacræ sepulturæ ecclesiæ corũ corpora Petr. ad Gram. dec. 32. n. 3. & nõ datur remissio causæ Clerico assassino, qui iudici seculari remictitur Saffon. de antefat. vers. 3. obseruat. 3. n. 27

Assassinium commictens in informatione talis delicti, debet constare occisum esse Christianum, alias processus est nullus, sed hoc recessit ab aula, dum constat delictum ipsum esse commissum in terra Christianorum, Petr. ad Gram. dec. 65. n. 1.

Assassinij pena attentantis, & non consumantis, punitur eadem lege, sed non eadem pena, sed mitius

mitius, & sic remigationis perpetuæ in Regijs triremibus Gram. in uot. 20. in fin.

Assertio vulnerati in mortis articulo constituti probat contra offendentem quò ad inditium saltim, Gram in consil. crim. 20. n. 1.

Assertiones inter personas prohibitas sunt suspectæ l. qui testamentum ff. de probat. Bar. in l. sciendum, ff. de verb. signific. Corn. in consil. 167. n. 26. vol. 2.

Assecuratio dotium, & antefati, in casu inopiæ viri potest peti per mulierem, sed non debet occupare omnia bona sui viri in fraudē creditorum, sed vnum tantum eligere pro concurrenti quantitate. Vrsil. ad Affl. in dec. 9. & 199. Capic. in dec. 46. Gram. in dec. 92. de Franch. in dec. 617. & dec. 642. vid. Merlin. in cap. 52. forens. controu. quod dicit mulieri nō competere actionem pro omnimoda dotium consecutione, nisi remedium. l. si constante ff. & l. matrim.

Assecuratio dotium, non est restitutio sed est ponere dotes tuto, pro alimentis viri, vxoris, & filiorū, de Franc. in dec. 54. n. 1. & dec. 617 n. 9.

Assecuratio dotiū, potest fieri, quando maritus ē iuxor, quia tunc dicitur vergere ad inopiam, Petr. super dec. Gram. 11. n. 3. fol. mihi 32.

Assecuratio dotium hodie fit, quia non aufert in totum dominium marito suo, sed ponit potius dotes in tuto Petr ad Gram. dec. 92 n. 10. de Franch. in dec. 617. Affl in dec. 9.

Assecuratio dotium, cui, quando, quomodo, & in quibus casibus datur, & an quādo sunt duo obligati v3. pater, & filius, & vnus ipsorum vergit ad inopiam, an datur assecuratio, & contra quem, vid. Gizarell. in dec. 44. & ibi add. de Angel. & an pendente prouisione facienda, instructo processu, vir moriatur, & sit casus restitutionis, an censeatur vir vergere ad inopiā, & dotes dilapidare n. 23 loco cit.

Assecuratio dotium non transfert dominium mulieri in totum, sed potius dicitur sequestratio, & mulier assecurata pro suis dotibus super feudis sui viri, eo mortuo absque heredibus, restituuntur fisco bona feudalia prædicta soluto ei per fiscum pretio, prò quo fuit assecurata absque interesse, de Marinis in cap. 20. n. 5. & 6. quotid. resolut & Curt. sen. in consil. 27.

Assecurationis dotis, & nauis, materia, hæc latè tractatur per Ricc. in coll. dec. 2124. & 142.

Assecuratio dotis in pecunia debita viro, ipso ad inopiam vergente, & dos in pecunia assecurata, qualiter est tradenda, vid. Affl. in dec. 221. vbi Vrsill.

Assessor repetit à Pretore eius culpa solutum, domodo nō participauerit in tali indebita solutione, Petr. ad Gram. in dec. 71. n. 12.

Assistentiæ iudicium, nata sententiæ; fit appretiū consignatio bonorum obligatorum creditori pro concurrenti summa de Franch. in dec. 130. num. 13.

Assistentia præstatur, quando sic petitur, assistentiam prestari, dum obligauit se ipsum, eiusque bona omnia, heredes, & successores, sub hypothecaria obligatione omnium bonorum in ampla forma, cum constituto, & precario, vt ex ipsius lectura clarè patet, idcirco reuocando dictum precarium, & constitutum, & ad se aduocando, petit dictum heredem vt supra conuentum, iuris, & facti remedijs oportunis condemnari, condemnatūq; coggi, & compelli, iuris remedio oportuno ad solutionem crediti in actis deducti, & vnanimiter hypothecariam assistentiam prestari super infrascriptis bonis, quæ fuerunt in bonis, & de bonis supradicti N. tēpore dicti cōtractus, & in presentiarum detinentur, ac indebitè possidētur, per infrascriptos illicitos possessores, eāq; præstari cum facultate adiudicandi, vel vendendi in forma seruata forma iuris, pro concurrenti quantitate dicti crediti, ac interesse hucusque decursis à die moræ, ac refectionem omnium damnorum, expensarū, & interesse, protestatione præmissa, quod vnica solutione sit contentus petens super prædictis omnibus, & eorum singulis, & vnumquodq; ipsorum, sūmarie, & de plano ipsi ius fieri, iustitiāq; celerem, & expeditam ministrari, vt facti qualitas exposcit, non se obligent.

Assistentia prestatur tantum ex instrumento habente constitutum, & precariū, sed si in instrumento non adest dicta clausula constituti, & precarii, sed tantum simplex hypotheca, non prestatur assistentia, dum solum simplex adest hypotheca idest obligatio omnium bonorum, & actio vnde deducit assistentia, est conditio ex l. fin. cod. de acquir. poss & potest peti, & mulier concedi pro dote recuperanda, dicta assistentia, virtute instrumenti dotalis nō reassumpti in forma probante, iuxta const. Regn. incip. instrumentorū robur, in quo sunt mortui, Notarius, iudex, & testes, Muscatell. in pract. ciuil. par. 1. glos. 1. sententia, n. 160, par. 1. appellationis iudicij.

Assistentia prestita, non retardatur exequutio sētentiæ appellatione interposita non obstante, ad finem retardandi, vel si fuerit dictum de nullitate, quo ad caput adiudicationis tantum prò capitale non pro tertijs, & hoc prestita cautione in casu retractationis, & si principalis est diues, excusatur a fid. & sufficit iuratoria cū obligatione, & hypotheca bonorum, iux. tex. l. quicūq; cod. de fund. patrimon. lib. 11. Pascal. de vir. patr. pot. cap. 8. nu. 145. & sequ. & ann. in singul. 494, & cōmentarij add. ad d. pragm. de assistentia.

Assistentia non prescribitur peti, nisi spatio triginta annorum tex. in l. 1. cod. de condict. ex l. & donec non fuerit elapsum hoc tempus triginta annorum, semper potest agi iure sistendi contra tertium possessorem, & quando prescribitur spatio decem, vel viginti annorum, vid. Affl. in dec. 139. Marant. in sua pract. ciuil. in tit. super petitorio, & possessorio num. 60. & multa priuilegia enumerat Muscatell. in sua pract.

pract.ciuil.glos.1.sententia,num.161.& sequ. per 1.appellationis iuditij.

Aspectus corporis, & personæ, multum operat in minori ętate, & iudicatur secundum aspectum in minorem allegantem se esse maiorē, vel minorem, quantumuis testes deponant super minori ætate.& ex aspectu apparet,se esse maiorē secundūeā iudicatur, quia malitia supplet ętatem Gram.in consil. crim.4. nu.9.

Assisia quantum soluuntur res,quæ venduntur puta calcearijs prò calceis,sutoribus prò vestibus,operarijs prò eorum labore,fabris &c vid. Affl.in costit.Regn.incip.p vniuersas ad legitima, & ponitur assisia p baiulos Ciuitatis, & alia tassata in dictis cōstitutionibus, & quātū soluitur nauis pro corū dietis cāpagn. sup c. Regn.latè.

Associans delinquentem post delictum non dicitur verè auxilium præstare ad delictum, tamen presumitur contra eum consilium,& occulta opes, Petr. ad Gam.in dec.15.n.3. Clar. in pract.crim.q.90.vers in hac autem,

Ascendens non transmittit hereditatem non aditam descendentis,l.quoniam sororem,cod de fur deliber.Crauett.in consil.37.n.4.

Attentamentum in delictis,punitur attentatum, ac si esset cōsumatum,& hoc de iure, maximè in attentando pudicitiā virginis,tunc punitur prò delicto consumato,secus est de consuetudine,Peguer.in dec.7.n.7.& 12. Vrsill.dec.21.

Attestationes in prima instantia, non publicatæ fidem faciunt in secunda instantia,absque alia publicatione, Alex. in l.2.cod.de codē n.25.

Audientiæ Regiæ,ne subeant,nec mittant capitaneis Regijs, & Baronalibus, vt ipsi mictant notam omnium delictorum grauium, quādo occurrunt,nec se intromictant contra eos, nisi in grauamine, & rocturis viarum, & furtis ipsarum Reg pragm.11.n.38.de offic.iudic.

Auditores exercituum, in delictis incipiunt à tortura ob difficultatem probationū tex.aur. in dec.24.num.5.

Augmentum dotis est eiusdem naturæ, & priuilegij,dum prò augmento dantur vxuræ, & hypothecæ Texaur.in dec.45.n.3.

Aufugere nondicitur, qui vadit ad superiores.l. capitalium §. ad statuas ff. de pen. l. quis sit, vers.item nec eu m.ff.de edil.edict.

Auarus semper eget, & nulla maior pena datur auaris, quàm pecunia curauit super Rit.21.n. 3.& 4.fol.mihi 20,

Auctor laudatus debet defendere causam, & quando comparet non auditur interminis, in quibus reperitur, sed ei conceditur beneficiū proprobatione, Vrsill. ad Affl.in dec.15.n.1.

Author laudatus, quomodo debet se gerere in iudicio, cum authore laudante possessore rei, qui possessor debet restituere rem, & hoc facilius impetratur à possessore,quàm ab authore laudato emptore, qui tenetur ad estimationē restituere expensas, & fructus de Franch. in dec. 462.

Author laudatus clericus, si remissionem ad iudicem ecclesiasticum petit,proceditur in causa cum laicis, & remittitur clericus ad eius ecclesiasticum iudicem competentem, Vrsill.ad Affl.in dec.380.n.8.

Author laudatus clericus potest forum declinare ad suum ecclesiasticum iudicem, & petere, vt coram eo lis agatur, Ricc.in coll.dec.22.& 83,Gram in dec 21. Capic. in dec.87.

Author laudatus debet sequi forum laudātis rei, Io.Vinc.de Ann.in singul.45.vol.2.quæ regula limitatur in clerico, & Neapolitano,Gram. in dec.21.Capic.in dec.197.Vrsill.in dec.380. num.8.de Franch.in dec.416.add.ad Cappell. Tolos.in dec.360.Capibl. in p.1. super pragm. 8.de auct.Baron.par.3.n.100. Auditores, vid. texaur.in dec 213.& in l.venditor.ff. de iudic. & sic clericus non potest declinare forum, cū potius voluntarius, quàm necessarius defensor dici potest, & hoc quando est actiua, secus si passiua, quia tunc non transit ad clericum, qui forum declinare potest, Affl.in dec.127. Boer,in dec.69.n. 27.

Auth. quæ supplicatio, cod de precib. imper. offer.ad illius plenam discussionem, vid. Affl. in dec.23.28.24.251 & 261.& in prelud.constit. 9.10.Ias.in l.4.§.condemnatum ff.de re iudic. Lanfranc.in cap.quoniā cōtra extr. de probat. col.15.in fin.& vid. Paris.in tract de sindic. in § an si statuto 2.col.& limita vt ibi,& an sufficiat cautio iuratoria, in dec.de fin. 189. quid si procurator infra decem dies non reclamauit Affl. in dec. 344. vid. Ruin. in consil. 30. in fin vol.3.

Auth.quas actiones, cod. de sacrosf.eccles.DD. notant ex hac auth. quod propter idemptitatem,siue maioritatem rationis, non debemus inducere legem correctionem, nec ostendere de vno casu, vel persona ad aliam, etiam si sit in l. expressa ratio, quando sunt correctoria penalia, vt in proposito per tex. singul. iuncta glos. in verbo eisdem in Clem.2. de etat.& & qualit.quam ad hoc magnifacit Alex.in l.si cōstante col.3.ff.sol.matrim.& Abb.in proem. decretal.col.6. quamuis arguat prò,& contra, & non videatur firmare pedes, facit consil.9. Abb.vol.2.& D.Innoc.in cap.sedes de rescipt. add. prò materia videndum Nicolaum Euerardum in sua censura legali. An autem possessio sinè traditione transferatur, ad Socc.leuiter attingit in l.3.ff. de acquir. poss.n. 18. ad id vid.etiam Abb.in cap.2.n.6.extr.de consuetud. Auerte quod sententia glos. in verbo tē, vers.item quid si vni,eccl.in dicta auth.si quas actiones. non habet locum in donatione tacita, vel presumpta, vt Specul.in tit.de locat.§. nunc aliqua, vers.52 & Bald.ibi in add.tu vid. Tiraquell. in suis consuetudinibus de ll. connubialibus glos.3.n.53.add. an & quando dominium sine traditione, queritur eccles. videndum Angel in suo consil.129.Barb.in cap. ex literis, extr.de consuetud.n.76. & sequ. &

vtrum

vtrum ista lex habeat locum in publicatione nulla facta traditione, vid.Iaſ.in §. ſed iſte nu. 34.inſtit. de action.Bald. in conſil.280. vol.3. col.3.& non ſolum legata, nulla facta traditione,ius eorum tranſit ad eccleſiaſticum, ſed etiam iura ſubſtitutionis fidei commiſſariæ, vid.Alex .in l. centurio, col 24. verſ. ſubdit mola hic ff.de vulg.& pupill.add.quid ſi fuerit appoſitum conſtitutum,vid. Socc. iu conſil. 18.col.8 in fin.vol.2 & Bald.in conſil.337. nu.12.vol.1,Paul.de Caſtr.in conſil.11.vol.2. Dec.in conſil.564.nu.5. e 6.Bald.in conſil.9. vol.1.Paul.de Caſtr. in conſil.98. vbi dicit, ꝙ conſtitutum in hoc caſu nil operatur,quia circa idem concurrerent duo fictiones, add. ad materiam huius authenticæ,Pariſ.vol.1. conſil.77.n.6.7.e 9. vbi multa.

Auth.hoc niſi,cod.de ſolution.dicit,quod debitor citatus ſuper tenore publici inſtrumenti,ſi comparet in vltimo peremptorio, & offert creditori,omnia ſua bona mobilia,ſtabiliaquè prô exequutione creditoris, tenetur creditor ea acceptare, & debitor euitat carcerem, & liquidationem.

Auus non tenetur dotare ſuam neptem, nec tenetur ei alimenta preſtare, ſi habet patrem diuitem,Vrſill.ad Affl.in dec,179.n.2.

Auus maternus,patruumà ſucceſſione excludit, Texaur.in dec.3,de Franch.in dec.680.& ſemper perſona proxima excludit extraneum, & admittitur per auth. defuncto, cod.ad ſenat. conſult.Tertull.& ſic ratione gradus, & ſexus prerogatiua, proximior ſemper ſuccedit, & auus excluditur a filij ſucceſſione, per intermediā perſonam nepotis, filij filij ſui, & auus maternus excludit fratrem conſanguineum tantum, non fratrem vtrinque coniunctum.

Auia materna ſuccedit in bonis nepotis,ex linea materna peruenctis, & è conuerſo in linea paterna obuentis,Bar.in conſil.215.Guid.pap.in conſil. 15.vol.1.Iaſ.in l.poſt dotē ff.ſolut.matr.

Auxilium non preſtans mulieri acclamanti,& vim patienti noctis tempore, punitur pena quatuor auguſtalium,per viam compoſitionis dumodo voces acclamantis audiuit, & excuſantur claudi,ſurdi, dormientes,&c. & hodie auxilium præſtatur etiam clerico oppreſſo, & alio,conſtit.Regn.incip. quicunq; mulierem.

Auxilium, & opem preſtitum, dicitur quando quis armatus aſſiſtit propè delinquentem, vt delinquens audacior fiat,etiam ſi arma,quam habet, non mouet, Petr. ad Gram. in dec.25. n.3. Viu. in dec.287.

Auro, & argento legato, pecunia non continetur,Corn.in conſil.49.vol.3,Dec.in conſil.381. vol.2.& conſil.47.vol.3.l.4 ff de alim.legat. & vide per me ante in add.ad l. plautius ff. de aur.& arg.legat.

B

Balius eſt ille,qui datur pupillo in bonis feudalibus,ſeu ꝓ feudo ad differētiā tutoris, & habet ſalarium Iux.conſtit.Regn.incip.minoribus Vinc.de Franch.in dec.122.n.5.

Balius cauere tenetur,& facere inuentarium pupilli ſui,Petr.ad Gram. dec.55.n.14.

Baiuli locorum in quibus caſibus debent procedere, & quam penam imponere poſſunt, vid.conſtit Regn. incip ad officium, & conſt. baiulus.quæ dicit, quod baiulus debet furem captum cum furto iuſtitiario loci aſsignare, & pena per eum impoſita non debet excedere auguſtalem,& habent aſsiſiam, & exactionem penæ ponderum, & menſurarum à venditoribus,rerum,& locatoribus operarum.

Bannum factum in Ciuitate, quòd nullus audeat ludere ad cartas, ſeu ad alios ludos ſub certa pæna;Bald. notab. colligit ex tex. auth. interdicimus, cod. de epiſc.et cler. quòd non ſolum incidit in penam ipſe ludens, ſed etiam inſpiciens ludere, refert, et ſequitur Bertach. in verbo iurans,Hyppol.in ſingul.552.licèt dicat;quòd dictus tex. non fundat intentionem Bald.vid. Pariſ in tract;de iudic.col.5.in fin.in magna impreſsione,Alberic.in tract. ſtatut.1. in 2.par.9.117.

Banna non ligant abſentes, forenſes, ignorantes, et perſonas alterius iuriſdictionis, vel ſi bannientis expirata eſt poteſtas Cacher.in dec. pedem. 179.n.18.Vrſill. ad Affl.in dec.290.et quos ligant, & non ligant dicta banna, vid. Rendell.de paſc.et foreſt. fol. mihi 207.

Bannum,ſeu prohibitio officialis, tantum durat, quantum durat eius officium, Affl.in dec.290. num.2.Add.ad dec.Guid pap.474.

Banna prætoria debent firmari ab aſſeſſore, ſi capitaneus non eſt doctor,et affigi in valuis,et locis publicis eminentibus,et populoſis Ciuitatis, et debent eſſe in ſcriptis, et coram teſtibus,et fiat de eis adnotatio, ideſt relatio,et accuſentur contumaciæ ne allegetur cauſa ignorantiæ,Vrſill.ad Affl.in dec.290.n.7.

Banna M.C V. ſunt edicta pretoria, quia recognoſcunt ſuperiorem et durant durante corū officio, vt ſunt banna officialium Baronaliū, habentium merum, et mixtum imperium, quæ durant etiam durante eorum officio, ſeù dominio officialis electi, et banna prædicta non ligant ignorantes, et abſentes, Vrſill.ad Affl.in dec.290.n.3.4. & 5.

Banna non ligant forenſes, et ignorantes, maximè ſi facto banno, vaſſalli faciunt aliquem actum contra formam banni, preſente, et patiente officiale,præſumitur remiſſum, Vrſill. ad Affl.in dec.290.n.5. et bannum publicum non ligat abſentes, nec exteros illius banni ignorantes de Franch. in dec.521.

Bannum non poteſt prò lege allegari, et banna expirant,maximè quando non habent cauſam ſucceſsiuam, vel finito officio promulgantis, cap.31.n 41. Capibl. in tract.de auct. baron.p. 2.et cap.88.et pragm. fin. de exul.

Banniti non poſſunt facere teſtamentum, et factum eſt nullum, et poſſunt offendi impunè, et

et eorum bona possunt à quomodolibet occupari, Petr. ad Gram. dec. 85. n. 13.

Banniti possunt occidi cum armis prohibitis, & deferens arma prohibita isto casu nō punitur, Petr. ad Gram. dec. 101. n. 1.

Bannitus nulliter bannitus, non potest impunè occidi, sicut occidi potest legitimè bannitus, Petr. ad Gramdec. 27. n. 15.

Bannitum occidens, non punitur iuxta constit. Regn. penam eorum, quia etiam pater, vxor, & cæteri parentes, possunt eum occidere, eos tamen se defendendo, non aliter, & patriam, & & premiū consequuntur, dumodo facianthoc prò fisco, ad estirpandū malefactores, non pro alia causa inimicitię, de Franch. indec. 276. n. 4

Bannitus, & foriudicatus, potest ab omnibus offendi impunè tanquam hostis patriæ, sed non ab inimicis suis, quia si illi eum offendunt, puniuntur, Arn. in soliloqu. 40. Bald. in l. decuriones, cod. de infam. in fin.

Bannitus, simplices contumaces, & foriudicati, non possunt ab aliquo, nec à patre, & matre receptari, nec eius victum, & alimenta præstare, nec aliud, & emptores ipsorum bonorum, reuelent Curiæ statim bona prædicta empta sub pena ducatorum sex millium, pragm. 2. & 3. de recept. malefact.

Bannitum occidens, si occisor est inimicus post bannum in Regno estantem, quòd qui bannitum caperet, vel interfecerit, sit indultatus, & interficiens sub spe futuræ impunitatis, scilicèt quia capiet postea bannitum, non proptereà erit indultandus, sed puniendus, Rom. in l. si verò, §. de viro 23. sol. matr. Bar. in l. 1. §. 1. ff. si quis testam. liber. esse Iuss. fuer. l. si vnic. ex argentar. §. illud ff. de pact.

Barones possunt eorum iurisdictionem tantum excitare, non autem exercere, nec rescripta expedire, dicendo, quòd summariè, & sine scriptis causa expediatur si de iure dicta causa ordinariè est tractanda, Baro non potest alterare, vel dispensare super regulis iuris, nec potest mandare officialibus, vt quid faciant, vel non faciant, Capibl. de auct. Baron. par. 2. cap. 42. n. 14 & sequenti.

Barones possunt cognoscere de contrauentionibus Regiæ pragmaticæ de administr. vniuers. Rouit. super pragm. 5. eod. tit. num. 2. & sequ. fol. mihi 26.

Barones non possunt per medium suorum officialium cognoscere eorum causas proprias, quas habent cum eorum vassallis, quia sui officiales statim efficiūtur suspecti, Capic. in dec. 124. toto tit. ne quis in sua causa iudicet.

Baro potest facere mandatum penale suis subditis ne litigent coram alio domino, Vrsill. ad Affl. in dec. 265. n. 39.

Baro potest relegare vassallum suum, prò debito inquisitum in vna ex terris suis de Franch. in dec. 526. & potest detinere iudicem secundarum causarum in vna ex terris suis, nec potest in eis carceratos extrahere à propria eorum terra, absque legitima causa.

Baro est primus ciuis vniuersitatis, Vinc. de Franch. in dec. 197.

Baro potest imponere aliquam seruitutem vassallo suo, idest in rem vassalli, saltim durante vita dicti vassalli, Vrsill. ad Affl. in dec. 290. nu. 3. & dec. 380. Rom. in consil. 59.

Baro habens feudum cum vassallis, & terram, tenetur ad onera Reg. & ad releuium in casu mortis. Vinc. de Franch. in dec. 131. n. 9.

Baro dicitur ille, qui habet ciuilem iurisdictionē non qui habet criminalem, & criminalis iurisdictio nihil operat in materia adiutorij, Dom. de Franch. in dec. 131. n. 9.

Baroue foriudicato, venit publicatio bonorum, si non habet successorem, seù heredem, si habet non venit, quia succedit filius, seù heres de iure successionis, sed ex l. feudi succedit fiscus, quia foriudicatus, prò mortuo habetur, & succedit fiscus dominus directus, de Franch. in dec. 213. num. 30.

Barones non possunt exercere iurisdictionem, merum, mixtumq; imperium, neque matrimonia impediant contrahi, ne fideiussores cogant ad eos fideiubendum vassallos, neque collectas, & gabellas imponant sine Regio assensu, neque faciant clausuras forestis vniuersitatis, Regiæ pragmaticæ 8. 9. 10. & 11. de Baron.

Barones vti primi ciues, possunt vti nemoribus, & comunis Ciuitatis, moderatè tamen, & vassallos non possunt impedire emere, & vendere, panem coquere, oliuas terere, tabernas, & & hospitia facere in eorum domibus, & vbi volunt, non in eorum furnis, tappetis, & tabernis, &c. nisi hoc ex speciali priuilegio ius prohibendi habeant tantum, quia libera est vassallorum libertas, pragm. 12. & 13. & 14. de Baron.

Barones non possunt vendere officia capitaneatus suarum terrarum, sub pena vnc. auri centū, priuationis per annos tres ab electione officialis in dicta eorum terra, facienda electio per Regiam Curiam, & quòd officialis perdat pecuniam, & priuetur ab exercitio officij similiter per tres annos pro prima vice, prò secunda vice in perpetuum, pragm. 23. de Baron.

Baro non cōtribuit in collectis ex negotiatione, quā facit in feudis vt maiores fructus percipiat, Guid. Pap. in dec. 11. de Frāch. in dec. 128. n. 3.

Baro, qui plures habet terras, de iure tenetur, ius, & iustitiam reddi facere vassallis per officiales in propria patria vassallorum, & non permittere, quòd eum maximo dispendio vagentur de vno loco, ad alium, Domin. de Franch. in dec. 166. n. 6. l. ius pluribus, ff. de iustit. & iure Affl. in constit. Regn. incip. magni camerarij 9. not. Capic. in repetit. cap. imperialem 1. not.

Baro ciuilis potest cōparerere pro suo interesse, quando Baro iurisdictionis criminalis maletractat suos vassallos Fab. de Anna in singul. 61. causa fuit decisa in S. R. C. inter Abb. Casan. Dionē. in ciuilibus, & Ill. Ducē populi in crim. in an. 1550. proponere pōt grauamina vassalli.

Baro potest recipere ab vniuersitate munus, quod vniformiter per ciues ei prestari solet singulis annis. cui vniuersitati prò tali munere Baronis Regiæ pragmaticæ non obstat, vt obstat prò omnibus alijs muneribus. Dom. de Franch. in dec. 172. n. 13.

Baro prò bonis burgensaticis, quæ tenet in terra sua, tenetur ad onera fiscalia, non vt ciuis, sed vti bonatenens, de Franch. in dec. 197. n. 19.

Baro dicitur primus ciuis in terra sua, & ne dum primus ciuis, sed pater quia sic erga suos subditos debet se habere, vti pater erga suos filios, de Franch. in dec. 197 n. 17. Guid. Pap. in dec. 431. n. 3. & 4. Marin. Frecc. in suo tract. de subfeud. in 18. auctorit. Baron.

Barones Regni non possunt procedere contra eorum vassallos inquisitos ad torturam ex processu informatiuo, sed si id procedere vellent contra delinquentes graues adeant S.E. & Collaterale Consilium Tasson. super pragm. de antifat. vers. 12. obseruat. 1. n. 120.

Barones, qui Capitanei dicuntur, vt a-t Capic. in dec. 27. possunt cogere vassallos salario mediante ad sibi seruiendum cum proprijs animalibus, & si habent eorum animalia, & detinent in subsidium vassallorum, vt ne maius cōmodum sentiant in locando alteri per maius lucrum, quia si locant, ciues non tenentur, & dicti Barones habuerunt merum imperium tempore Regis Alfonsi primi, Dom. de Frāch. in dec. 111. vid. pragm. prim. de Salar. cor. qui mict. prò seru. Cur.

Baro non potest esse iudex in causa propria, quā habet cum suo vassallo, etiam dato adiuncto consultore, vt fuisse decisum refert Vrsill. ad Affl. dec. 265. n. 35. & de priuilegijs Baronum, & de eorum petitione remissionis causas latè loquitur Ricc. in coll. dec. 1799.

Barones habent eorum priuilegia, & solent expedire prouisiones Regii Collateralis, quod subditi pro primis, & secundis causis, nō adeāt ad Regia Tribunalia, relictis ordinariis iudicibus, sed solet hodie M.C.V. prò recurso ad eā habito expedire prouisiones, quod non molestentur, cum proprium sit Principis subiectū succurrere, vt ne procludatur viam aditus ad superiores, Petr. ad Gram. in dec. 30. n. 2. Boer. in dec. 215. Vrsill. ad Affl. in dec. 155. Boer. in dec. 114. Foll. in pract. crim. in vers. aud. excusat. n. 162. Vrsill. ad Affl in dec. 265.

Barones Regni non posse suos originarios vassallos adstringere, & reuocare ad inhabitandum in propria patria ad ornatum constit. Regn. Quisquis burgensibus, vid. Merlin. in cap. 83. per totum Forens. controu. referentē causam cū Barone Caballini, qui obtinuit decretum Regiæ Audientiæ Hidruntine, quod vassalli originarii redirent ad inhabitandum in dicta eorum patria, & oportet, quòd sit vassallus angarius, & perangarius in priuilegio, vt possit ad inhabitandum cogi num. 23. Capic. dec. 118.

Baro non potest suam iurisdictionem exercere, sed tenetur deputare capitaneum, & capitaneo deputato, non potest ab eo causas auocare alteri delegando, de Franch. in dec. 511. Frez. in tract. de subfeud. auct. 15. lib. 3. fol. mihi 427. n. 37. nec valet rescripta expedire certam tribuētia, sed tantum simpliciter dicere iustitiam faciat, nisi tantum iudex ordinarius, sit alicui ex partibus suspectus itaquod cognitio suspitionis pertitet ad Regios officiales, & coram eis preponitur attamen Baro sic prouidere solet, Rouit. super Pram. 2. num. 3. in tit. vbi quis de delict. conuen. deb. Carau. super rit. M.C.V. 265. sed aliquando S.R.C. nomine ipsius Baronis allegati suspecti, qui baro suspectus allegatus, non potest prouidere de officiali nō suspecto, solet iudicem non suspectum deputare, Petr. ad Gram. dec. 30. nu. 7.

Barones Regni, qui sunt vassalli alterius baronis, non esse exemptos ab eius iurisdictione, sed posse ab eo cognosci, & puniri, examinatur materia ista per Thor. in 2. par. sui compendii dec. regn. in verbo Baro extra, & refertur per Merlin, in cap. 69. forens. controu. & dicuntur Regii officiales, & vti Neapolitani per aliquā opinionem nō cognoscuntur, vt dicit Capibl. in pragm. 12. de *Baron*. nu. 3. qui prò delictis commissis in baronia cognoscuntur per præsides Prouinciarum, per delicta extra *Baroniā* promer. sed contrā.

Barones Regni, qui superiorem recognoscunt, habent curiæ coadiutorem, sed non fiscum, Petr. ad Gram. dec. 14 n. 9.

Barones possunt prohibere, ne eorum vassalli adeāt ad Regia tribunalia omissis eorum primis, & secundis iudicibus, & in dies expediuntur prouisiones per Collaterale, sed si dicti vassalli adeuut ad Regia tribunalia eis relictis, non per hoc exigitur eis pena, sed M.C.V. expedit prouisiones prò recursu habito nō molestetur, Petr. ad Gram. dec. 30. nu. 2. Vrsill. ad Affl. in dec. 155. Foll. in pract. crim. vers. aud. excusat. n. 162. Boer. in dec. 215. & 114. Vrsill. prædictus in dec. 165. n. 101. Campagn. super cap. Regn. incip. ad regale fastigium, & in cap. salubrem, quòd est proprium Principis succurrere subiectos, & illos ab omni oppressione protegere, nec præcluditur viā aditus ad Regios superiores.

Baro potest cognoscere de contrauentione bānorum, & asportatione armorum prohibitorum, preuia persona sui capitanei, quem deputare tenetur, Petr. ad Gram. dec. 30. num. 4. de Franch. in dec. 474. Foll. in pract. crim. vers. audiantur excusatores n. 132.

Baro non potest facere gratiam suo vassallo, post sententiam latam, nisi sit baro, qui non recognoscat superiorem, sed benè potest ante sententiam, vel appellatione pendente post sententiam parte concordata de Franch. in dec. 270. vid. latè Ann. singul. 458. in add. super eā per Fabium, & Tasson. super pragm. de antifat. vers. 3. obseruat. 2. num. 41. concordat Bar. cum

cum dec.Dom. de Franch.in tit.de remed.sola clem.princip.num.51.

Barone inquisito suspenditur eius iurisdictio, Petr.ad Gram.dec.40.n.8. Gram in consil.ciuil.162. Capic.in dec.31.n.vlt. & dec.185.

Barones non possunt cognosci per iudices ordinarios, Petr.ad Gram.dec.60 n.14.

Barones potius tenentur vassallis, quàm exteris concedere territoria ad colendum; Petr. ad Gram.dec.67.num.1.

Baro tenetur soluere bonatenentia, prò suis bonis burgensaticis Petr.ad Gram.dec.67.nu.10.

Barones tenentur soluere collectas pro suis bonis emptis, & donatis à vassallis, Petr. ad Gram.dec.77.num.5.

Barones maletractātes eorū vassallos,debēt eorū iurisdictione priuari, Petr. ad Gram.dec.104. n.1.Gram. & Boer. in dec.304. & de gestis per eorum officiales malè, baro tenetur in suam conscientiam, & tenetur eligere bonum officialem, & eum bonum inuestigare, Petr. in dec.prædicta, num.3.

Barones tenentur iurare obseruantiam priuilegiorum, & consuetudinum suis vassallis, & si denegat iurare, potest iustè eisdem denegari possessio,quòusq;baro ex sui parte adimpleat & ius debet esse equale, quod vassalli iurent, domino fidelitatem,& quòd dominus confirmet, & iuret vassallis obseruantiam suorum priuilegiorum, quæ validatur,& est abundans cautela,sed non est necessaria,sed censetur ius antea quesitum,solum ex iam dicta confirmatione,Capibl.in suo tract.de auct.baron.par.2. cap.35.n.13. & sequ.

Baptismus contrahit cognationem spiritualem, inter baptizantem, & baptizatum, & tenentē, baptizatiq; patrem, & matrem, Sac.Consil. Trid.in sess.24.c.2. Nauarr.in manual.c.22. n. 37.& compaternitas contrahitur per procuratorem,adeò vt detur cognatio spiritualis,Petr. ad Gram.dec.71 n.26.Cappell. Tolos.in 9.157

Baptismus tollit omnem penam spiritualem, & & delet omnem maculam, & omnia peccata, & Iudeus,seù infidelis post baptismum,non tenetur confiteri sua peccata præterita, cum per illud omnia peccata sunt elisa cap.tres sunt de penit.dist.1.cap. non ex quò,de consecrat.dist. 4. & non debet concedi volenti perseuerare in peccato, & baptismus est ianua omniū sacramentorum, & non baptizato, non confertur sacramentum vllum, & an fetus,vel monstrum, medium extrà vuluam, & medium intrà,sit baptizandus, Cappel.Tolos.in dec.156. Nauarr.in consil.30.& baptizans semper debet esse maior baptizato 18. annis, Petr. ad Gram. dec.71. per totum. à n.19.

Baptizari potest infans, non solum dum stat in medio vuluæ matris suæ,verum etiam,in vtero,vel quando aliquod principale membrum habet foras vuluæ; boni patres, & cautæ matres in hoc debent esse diligentes, & sic protestari; & coram domino dicere,ego te baptizo, dum mulier est in actu pariendi, Vrsill.in dec 151.num.17.Cappell. Tolos.in dec.156. Tiraquell. in repet. l. si vnquam de reuoc. don. in. verbo suscepit liberos,n.132.& sequ. & secundum Theologos.

Baptizatum scienter rebaptizans, punitur pena mortis,vt in toto tit.cod. ne dic.sant. baptism. reiter.& an,& quando sacerdos possit eos baptizare, de quibus dubium est an fuerint baptizati vid.Franch. de pau.in tract. de visitat.9.8. num.10. in 2.par. 3.vol.tract.add.ad materiam Bertach.in tract de Episc.§.circa n.7.in 2.vol. tract. & qual. de inr.canon. & ciuil. puniatur rebaptizans scienter, vid. bapt.de sanct.blas. in tract.de contradict.iur.contradict.181.

Baraptaria prohibetur exerceri,sub pena vntiarū auri quatuor,& carceris mentium sex, Regia pragm.3.§.4. de meretric.

Bartoli opinio seruatur tanquam principalior in controuersijs opinionum DD. & secundum eam iudicatur, & stat statutum ex Regio decreto in Ispania, & Lusitania,& bonus Bartolista est optimus Iurista, Gram. in consil. crim.4.num.7.

Bastardus,qui nō succedit patri,non potest arma agnationis deferre,nec insigna facere, non est nobilis, nec ei potest iuramentum deferri iuramentum suppletorium de iure, secus si est de cōsuetudine, Vrsill.ad Affl.in dec.196.n.9.

Bastardus an dicatur de familia, Bald.in l. fin. cod. de verb.signific.n.4. constit.regn. in add. ad glos.col.2. num.10,

Beda, Beda tace, quia nunquam Italia erit in pace, cum poeticis carminibus ibi positis, dicto Bedæ oranti prò pace Italiæ, quæ prius erat domina prouinciarum, nunc verò est ancilla ancillarum effecta, Vrsill. ad Affl.dec.150.

Bellum mouens quomodo punitur, & quando videtur bellum mouere, & quot debent esse vexilla militaria, & cogi homines armati militare sub ordinibus præfectorum, & campanas pulsantes more bellico absque publica auctoritate ad homines conuocandos puniūtur pena vltimi supplicij, & si nō essent supradicta requisita non datur bellum motum, sed potius vis publica, Constant.in l.vnic. vt arm. vsus n.11.lib.11.& Tasson.super pragm.de antifat.vers.3.obseruat.3.n.166.

Beneficia,quæ requirūtur in causis,per minores, & priuilegiatos, peti non possunt post conclusionem in causa factam,nisi infra dies triginta, de Angel. in add.ad dec. Gizarell.21. & Reg. prag.Cardin. Zapact. emanata sub die 27. mēsis Maij 1621. quæ fuit sancta,dum imponit finem litibus,alias lites essent immortales.

Beneficia non conceduntur in causis summarijs, Capic.in dec.13.Ann. in alleg.84. in fin. Ricc. in coll. dec.187. in fin.

Beneficij appellatione, venit pentio, quæ inter beneficia connumerantur,de Pont. in consil. 24 n.12.col.1. par.1.

Beneficia duo incompatibilia,aut dignitates, vel

Baro potest recipere ab vniuersitate munus, quod vniformiter per ciues ei prestari solet singulis annis. cui vniuersitati prò tali munere Baronis Regiæ pragmaticæ non obstat, vt obstat pro omnibus alijs muneribus. Dom. de Franch. in dec. 172. n. 13.

Baro prò bonis burgensaticis, quæ tenet in terra sua, tenetur ad onera fiscalia, non vt ciuis, sed vti bonatenens, de Franch. in dec. 197. n. 19.

Baro dicitur primus ciuis in terra sua, & ne dum primus ciuis, sed pater quia sic erga suos subditos debet se habere, vti pater erga suos filios, de Franch. in dec. 197 n. 17. Guid. Pap. in dec. 431. n. 3. & 4. Marin. Frecc. in suo tract. de subfeud. in 18. auctorit. Baron.

Barones Regni non possunt procedere contra eorum vassallos inquisitos ad torturam ex processu informatiuo, sed si id procedere vellent contra delinquentes graues adeant S.E. & Collaterale Consilium Tasson. super pragm. de antifat. vers. 12. obseruat. 1. n. 120.

Barones, qui Capitanei dicuntur, vt a-t Capic. in dec. 27. possunt cogere vassallos salario mediante ad sibi seruiendum cum propriis animalibus, & si habent eorum animalia, & detinent iu subsidium vassallorum, vt ne maius cõmodum sentiant in locando alteri per maius lucrum, quia si locant, ciues non tenentur, & dicti Barones habuerunt merum imperium tempore Regis Alfonsi primi, Dom. de Frãch. in dec. 111. vid. pragm. prim. de Salar. cor. qui mict. prò seru. Cur.

Baro non potest esse iudex in causa propria, quã habet cum suo vassallo, etiam dato adiuncto consultore, vt fuisse decisum refert Vrsill. ad Affl. dec. 265. n. 35. & de priuilegiis Baronum, & de eorum petitione remissionis causas latè loquitur Ricc. in coll. dec. 1799.

Barones habent eorum priuilegia, & solent expedire prouisiones Regii Collateralis, quod subditi pro primis, & secundis causis, nõ adeãt ad Regia Tribunalia, relictis ordinariis iudicibus, sed solet hodie M.C.V. prò recurso ad eã habito expedire prouisiones, quod non molestentur, cum proprium sit Principis subiectũ succurrere, vt ne procludatur viam aditus ad superiores, Petr. ad Gram. in dec. 30. n. 2. Boer. in dec. 215. Vrsill. ad Affl. in dec. 155. Boer. in dec. 114. Foll. in pract. crim. in vers. aud. excusat. n. 162. Vrsill. ad Affl in dec. 265.

Barones Regni non posse suos originarios vassallos adstringere, & reuocate ad inhabitandum in propria patria ad ornatum constit. Regn. Quisquis burgensibus, vid. Merlin. in cap. 83. per totum Forens. controu. referentẽ causam cũ Barone Caballini, qui obtinuit decretum Regiæ Audientiæ Hidruntine, quod vassalli originarii redirent ad inhabitandum in dicta eorum patria, & oportet, quòd sit vassallus angarius, & perangarius in priuilegio, vt possit ad inhabitandum cogi num. 23. Capic. dec. 118.

Baro non potest suam iurisdictionem exercere, sed tenetur deputare capitaneum, & capitaneo deputato, non potest ab eo causas auocare alteri delegando, de Franch. in dec. 511. Frez. in tract. de subfeud. auct. 15. lib. 3. fol. mihi 427. n. 37. nec valet rescripta expedire certam tribuẽtia, sed tantum simpliciter dicere iustitiam faciat, nisi tantum iudex ordinarius, sit alicui ex partibus suspectus itaquod cognitio suspitionis pertitet ad Regios officiales, & coram eis preponitur attamen Baro sic prouidere solet, Rouit. super Pram. 2. num. 3. in tit. vbi quis de delict. conuen. deb. Carau. super rit. M.C.V. 265. sed aliquando S.R.C. nomine ipsius Baronis allegati suspecti, qui baro suspectus allegatus, non potest prouidere de officiali nõ suspecto, solet iudicem non suspectum deputare, Petr. ad Gram. dec. 30. nu. 7.

Barones Regni, qui sunt vassalli alterius baronis, non esse exemptos ab eius iurisdictione, sed posse ab eo cognosci, & puniri, examinatur materia ista per Thor. in 2. par. sui compendii dec. regn. in verbo Baro extra, & refertur per Merlin, in cap. 69. forens. controu. & dicuntur Regii officiales, & vti Neapolitani per aliquã opinionem nõ cognoscuntur, vt dicit Capibl. in pragm. 12. de Baron. nu. 3. qui prò delictis commissis in baronia cognoscuntur per præsides Prouinciarum, per delicta extra Baroniã promer. sed contrã.

Barones Regni, qui superiorem recognoscunt, habent curiæ coadiutorem, sed non fiscum, Petr. ad Gram. dec. 14 n. 9.

Barones possunt prohibere, ne eorum vassalli adeãt ad Regia tribunalia omissis eorum primis, & secundis iudicibus, & in dies expediuntur prouisiones per Collaterale, sed si dicti vassalli adeuut ad Regia tribunalia eis relictis, non per hoc exigitur eis pena, sed M.C.V. expedit prouisiones prò recursu habito nõ molestetur, Petr. ad Gram. dec. 30. nu. 2. Vrsill. ad Affl. in dec. 155. Foll. in pract. crim. vers. aud. excusat. n. 162. Boer. in dec. 215. & 114. Vrsill. prædictus in dec. 165. n. 101. Campagn. super cap. Regn. incip. ad regale fastigium, & in cap. salubrem, quòd est proprium Principis succurrere subiectos, & illos ab omni oppressione protegere, nec præcluditur viã aditus ad Regios superiores.

Baro potest cognoscere de contrauentione bãnorum, & asportatione armorum prohibitorum, preuia persona sui capitanei, quem deputare tenetur, Petr. ad Gram. dec. 30. num. 4. de Franch. in dec. 474. Foll. in pract. crim. vers. audiantur excusatores n. 132.

Baro non potest facere gratiam suo vassallo, post sententiam latam, nisi sit baro, qui non recognoscat superiorem, sed benè potest ante sententiam, vel appellatione pendente post sententiam parte concordata de Franch. in dec. 270. vid. latè Ann. singul. 458. in add. super eã per Fabium, & Tasson. super pragm. de antifat. vers. 3. obseruat. 2. num. 41. concordat Bar.

cum

cum dec.Dom. de Franch.in tit.de remed.sola clem.princip.num.51.

Barone inquisito suspenditur eius iurisdictio, Petr.ad Gram.dec.40.n.8. Gram in consil.ciuil.162. Capic.in dec.31.n.vlt. & dec.185.

Barones non possunt cognosci per iudices ordinarios, Petr.ad Gram.dec.60 n.34.

Barones potius tenentur vassallis, quàm exteris concedere territoria ad colendum; Petr. ad Gram.dec.67.num.1.

Baro tenetur soluere bonatenentia, prò suis bonis burgensaticis Petr.ad Gram.dec.67.nu.10.

Barones tenentur soluere collectas pro suis bonis emptis, & donatis à vassallis, Petr. ad Gram.dec.77.num.5.

Barones maletractãtes corũ vassallos,debẽt corũ iurisdictione priuari, Petr. ad Gram.dec.104. n.1.Gram. & Boer. in dec.304. & de gestis per eorum officiales malè, baro tenetur in suam conscientiam, & tenetur eligere bonum officialem, & eum bonum inuestigare, Petr. in dec.prædicta, num.3.

Barones tenentur iurare obseruantiam priuilegiorum, & consuetudinum suis vassallis, & si denegat iurare, potest iustè eisdem denegari possessio,quòusq; baro ex sui parte adimpleat & ius debet esse equale, quod vassalli iurent, domino fidelitatem,& quòd dominus confirmet, & iuret vassallis obseruantiam suorum priuilegiorum, quæ validatur,& est abundans cautela,sed non est necessaria,sed censetur ius antea quesitum,solum ex iam dicta confirmatione,Capibl.in suo tract.de auct.baron.par.2. cap.35.n.13.& sequ.

Baptismus contrahit cognationem spiritualem, inter baptizantem ,& baptizatum, & tenentẽ, baptizatiq; patrem, & matrem , Sac.Consil. Trid.in sess.24.c.2. Nauarr.in manual.c.22.n. 37.& compaternitas contrahitur per procuratorem,adeò vt detur cognatio spiritualis,Petr. ad Gram.dec.71 n.26.Cappell. Tolos.in 9.157

Baptismus tollit omnem penam spiritualem , & & delet omnem maculam, & omnia peccata, & Iudeus,seù infidelis post baptismum,non tenetur confiteri sua peccata præterita, cum per illud omnia peccata sunt elisa cap.tres sunt de penit.dist.1.cap. non ex quò,de consecrat.dist. 4. & non debet concedi volenti perseuerare in peccato , & baptismus est ianua omniũ sacramentorum, & non baptizato, non confertur sacramentum vllum, & an fetus,vel monstrum, medium extrà vuluam, & medium intrà,sit baptizandus, Cappel.Tolos.in dec.156. Nauarr.in consil.30.&baptizans semper debet esse maior baptizato 38. annis, Petr. ad Gram. dec.71. per totum. à n.19.

Baptizari potest infans , non solum dum stat in medio vuluæ matris suæ,verum etiam,in vtero,vel quando aliquod principale membrum habet foras vuluæ ; boni patres , & cautæ matres in hoc debent esse diligentes, & sic protestari; & coram domino dicere,ego te baptizo, dum mulier est in actu pariendi, Vrsill.in dec 151.num.17.Cappell. Tolos.in dec.156. Tiraquell. in repet. l. si vnquam de reuoc. don. in. verbo suscepit liberos,n.132.& sequ. & secundum Theologos.

Baptizatum scienter rebaptizans, punitur pena mortis,vt in toto tit.cod. ne dic.sant. baptism. reiter.& an,& quando sacerdos possit eos baptizare, de quibus dubium est an fuerint baptizati vid.Franch. de pau.in tract. de visitat.9.8. num.10. in 2.par. 3.vol.tract.add.ad materiam Bertach.in tract de Episc.§.circa n.7.in 2.vol. tract. & qual. de inr.canon. & ciuil. puniatur rebaptizans scienter, vid. bapt.de sanct.blas. in tract.de contradict.iur.contradict.181.

Baraptaria prohibetur exerceri,sub pena vntiarũ auri quatuor, & carceris mentium sex, Regia pragm.3.§.4. de meretric.

Bartoli opinio seruatur tanquam principalior in controuersijs opinionum DD. & secundum eam iudicatur , & stat statutum ex Regio decreto in Ispania, & Lusitania,& bonus Bartolista est optimus Iurista, Gram. in consil. crim.4.num.7.

Bastardus,qui nõ succedit patri,non potest arma agnationis deferre,nec insigna facere, non est nobilis , nec ei potest iuramentum deferri iuramentum suppletorium de iure , secus si est de cõsuetudine, Vrsill.ad Affl.in dec.196.n.9.

Bastardus an dicatur de familia , Bald.in l. fin. cod. de verb.signific.n.4. constit.regn. in add. ad glos.col.2. num.10,

Beda, Beda tace, quia nunquam Italia erit in pace , cum poeticis carminibus ibi positis, dicto Bedæ oranti prò pace Italiæ, quæ prius erat domina prouinciarum , nunc verò est ancilla ancillarum effecta, Vrsill. ad Affl.dec.150.

Bellum mouens quomodo punitur, & quando videtur bellum mouere , & quot debent esse vexilla militaria , & cogi homines armati militare sub ordinibus præfectorum , & campanas pulsantes more bellico absque publica auctoritate ad homines conuocandos puniũtur pena vltimi supplicij , & si nõ essent supradicta requisita non datur bellum motum , sed potius vis publica, Constant.;in l.vnic. vt arm. vsus n.11.lib.11.& Tasson.super pragm.de antisat.vers.3.obseruat.3.n.166.

Beneficia,quæ requirũtur in causis,per minores, & priuilegiatos, peti non possunt post conclusionem in causa factam,nisi infra dies triginta, de Angel. in add.ad dec. Gizarell.21.& Reg. prag.Cardin. Zapact. emanata sub die 27. mẽsis Maij 1621. quæ fuit sancta,dum imponit finem litibus,alias lites essent immortales.

Beneficia non conceduntur in causis summarijs, Capic.in dec.13.Ann. in alleg.84. in fin. Ricc. in coll. dec.187. in fin.

Beneficij appellatione , venit pentio , quæ inter beneficia connumerantur,de Pont. in consil. 24 n.12.col.1. par.1.

Beneficia duo incompatibilia,aut dignitates, vel

Canonicatus curata, & quod primũ beneficiũ sufficit ad victum, hoc non obstante, quis in eodem tecto detinere non potest, absq; Summi Pontificis dispensatione, & quòd petat imponi impositionem in secundo beneficio Ricc. in prax. var. resolut. par. 2. resolut. 100. cap. conquerente de cler. non resident. cap. non potest de preben. in 6. Tasson. super pragm. de antifat. vers. 3. obseruat. 3. n. 266.

Beneficium Senat. Consult. Maced. non habet locum in filio famil. clerico in filio famil. milite, & in filio famil. aduocato, vid. Ricc. in par. 2. prax. for. Eccles. variar. resolut. resol. 121.

Beneficium concessum alterius cõtemplatione, si istud tollit, tollitur, & aliud l. filio, §. matri, ff. de adempt. legat.

Beneficium alicui à Summo Pontifice concessũ vel à Principe, sine iniuria tertij, dicitur concessũ, l. nec auus, cod. de emancip. liber. argum. l. ex facto in princip. ff. de vulg. & pupill. & vt nus ledat ius comune, l. si quando cod. de in offic. testam.

Beneficium ad beneplacitum concessum, morte estinguitur, cap. si gratiosè, de rescript. lib. 6. argum. l. 4. ff. locat.

Beneficia conceduntur in causa liquidationis fructuum, sententiæ condemnatoriæ latè, quæ fecit transitum in rem iudicatam, & ab ea potest appellari, quia infertur nouũ grauamen, Vrsill. ad Affl. in dec. 35.

Beneficia in causa vnius personæ, bis tantũ conceduntur, & minor litigans per procuratorem, habet etiam beneficium in causa, non obstante iuramento, & in causa possessorij, habetur minor, loco maioris, tamen habet etiam beneficia restitutionis. Vrsill. in dec. 114. n. 1. & 2.

Beneficium primum in causa petitum, terminus ipsius est medietas primi termini, tamen prorogatur secundum loci distantiam, Vrsill. ad Affl. in dec. 124. n. 1.

Beneficium à iure concessum minori, dicitur etiam concessum maiori, & terminus, qui datur minori, est communis, & intelligitur etiam quod possit examinare articulos, & testes presentare in causa principali, & primis articulis concernentes, Capic. in dec. 170.

Beneficiatus in morte equiparatur vsurario, & sic de distributionibus quotidianis, potest in suo articulo mortis disponere, & ad heredes transeunt, & fructus beneficij remanent Ecclesiæ, & fructus pentionis nõ solutæ remanẽt heredibus pensionarij, Ricc. in prax. var. resol. for. eccles. par. 2. resolut. 117. n. 4. & 5.

Bestia quis coiens, furcis suspenditur, vna cum dicto animali bruto, Petr. ad Gram. dec. 32. n. 6. Ricc. in coll. dec. 280.

Beneplacitum astringitur per mortem concedẽtis beneplacitum, cap. si gratiosè, de rescript. in 6. l. 4. ff. locat.

Beneplacitũ morte finitur Ias. in l. post dotẽ, col. 2. ff. sol. matrim. Bell. in cõsil. 8. n. 17. Affl. in dec. 101. Frecc. in suo tract. de subfeud. fol. mihi 155. n. 9. Socc. Iun. in consil. 63. n. 10. & sequ. vol. 2. l. locatio la. 2. ff. locati.

Birruarij negligentes capere debitorem, vel delinquentem, puniuntur arbitratione prò criminali similitudine supplicii, Viu. in dec. 202. Petr. ad Gram. dec. 41. n. 16.

Birruarij debentportare insigna, ne detur delinquentibus iustæ causæ ignorantiæ excusatio. Petr. ad Gram. dec. 41. n. 1. & 3.

Birruarii relaxantes delinquentes sub cautione, puniuntur pena priuationis officii, & exilii, Petr. ad Gram. dec. 41. n. 15. Iodoch. in pract. crim. lib. 11. t. 15. de citatis realiter, 1. capturan. 12

Bibere, seu poculum vltrà tertiam vicem, non tangant clerici, tex. est in cap. quando 2. 4. dist.

Bigamia non potest Episcopus dispensare, tàm si ordines suscepit, & mortua est vxor, quàm prò suscipiendis vid. de Malin. in cap. 38. quòd. resolut, per totum, & Sac. Consil. Trid. cap. 6. sess. 23. de reform. vbi latè, & loquitur etiam de minoribus ordinibus.

Blasphemia quotmodis fit, & de eius grauitate, & requisitis, vid. Boer. in dec. 301. & iuxta causa iracundiæ excusat à pena ordinaria pragm. & delicti, dumodo blasphemans non sit persona solita blasphemari Merlin. c. 97. Forens. cõtrouers. & solitus accipitur in duobus actibus, non per vnicum actum.

Blasphemãs calore iracundiæ, vel ebrietatis mitius punitur, excusatur etiam à dolo, sed non à culpa, sed si ab alio inebriatur, imposito sale in vino, &c. excusatur à dolo, & culpa, Clar. in pract. crim. 9. 60. §. fin. vers. præterea quarto, Boer. in dec. 301. Cepoll. in cõsil. crim. 76. Viu. in dec. 275. num. 28. Petr. ad Gram. in dec. 60. latè Affl. in constit. blasphemtibus, n. 5. Dec. in consil. 163. n. 10. Farinac. in 9. 20. crim. n. 47. lib. 1., & vt blasphemans excusetur, ita sufficit eum à pena ordinaria excusare, blasphemiæ, & iracundiæ, & excusatio debet esse ex causa iusta, secus si ex causa iniusta, & leui, vt per dictã dec. Viu. 275. fuit quis blasphemans Deum condemnatus per triennium ad exulandum extra Prouinciam, Vicc. in dec. 352. num. 8. & 388. Rouit. super Pragm. prim. de blasphem. n. 12. excusat calor iracundiæ à pena ordinaria, & peccat venialiter blasphemans, & si plures vices eodem tempore blasphemat, vnica reputatur blasphemia, & est vnica confiscatio bonorum, refert nunquam vidisse seruari, sed tãtum mutilatio lingue, & remigationis, & vna pena non confunditur cũ alia, & de iure com. blasphemia est mixti fori secus est de iure Regni, per Regiam pragm. 3. de iurisd. ad inuic. non turb. Tessaur. in dec. 78. & calor iracundiæ debet esse ex graui causa, & iusta, & quod blasphemans, non sit persona solita blasphemare, Thessaur. in dec. 241. Caball. in resolut. crim. casu 296. Ricc. in coll. dec. 75. & quod nõ gaudeat Ecclesiastica immunitatede Franch. in dec. 504. Gram. in consil. crim. 15.

Blasphemantes Deum, B. V. M. & suos Sanctos in Cata-

Catalago positos, & Apostolos sint in penam remigationis annorum quatuor, linguæ perforationis, & confiscationis omnium bonorũ suorum prò tertia parte, constito solũ per duos testes, nullo facto processu pragm. 1. & 2. & 5. de blasphem. etiam si maledixerit Deũ & Sãctos suos, Boer. in dec. 301. & Gram. in dec. 50.

Blasphemia, falsitas, vitiũ nefandum, & adulterium, non possunt transigi, nec componi, l. trasigere cod. de transact. prag. 4. de blasphem. & constit. Regn. incip. blasphemantes, & pena blasphemiæ, hodie etiam linguæ perforatio, & remigationis, sed bonorum confiscatio hodie non seruatur, Merlin. c. 97. n. 1. Forens. contr.

Blasphemia est, si quis maledicit verbis vt. al dispetto de Dio, Gram. in dec. 50. Angel. de malefic. in sua pract. crim. fol. mihi 117. in verbo iniuriosa, num. 12. & 13.

Blasphemantes Deum, vel eum maledicentes dicendo rinego Dio, non credo Dio, & similia sunt verba hæc blasphemiæ, & puniuntur de heresi, Montem. in sua pract. cur. Archiep. cap. 23. n. 11. fol. mihi 146.

Blasphemans, si statim, quod blasphemauit se penituit, percutiendo pectus, vel os dicendo, Dio me lo perdoni, vel aliquid simili agendo, ex illa subita correctione, euitat penam blasphemiæ, quia esset euidens argumentũ, quod ex lobrico linguæ blasphemauit, Baiard. ad Clar. in sua pract. crim. in §. blasphemia. nu. 23. Alex. in consil. 15. ante fin. vol. 3. Felin. in cap. auditis, col. 18. de prescript. Cepoll. in consil. 79. Farinac. in 9 crim. 20. n. 44. cum sequ. dicit, quot modis blasphemãs à pena blasphemiæ excusari potest, Decian. in tract. crim. c. 5. par. 2.

Blasphemiæ pena, excusatur, quis per iram, Petr. Gram. in dec. 11. n. 8. Affl. in constit. Regn. incip. blasphemantibus, nu. 5. Clar. in pract. crim. 9. 6. vers. est etiam.

Blasphemia est dicere alla porta de *Dio*, & est grauissima, & in blasphemia non datur repulsa testium, nisi ex causa inimicitiæ capitalis, nec datur Guidaticum, & indultus, sicut in crimine sodomiæ, per Reg. pragm. 3. de sodom. & hoc procedit in quauis blasphemia, vt ait muscatell. de blasphem. n. 52. sed Affl. in constit. blasphemantes, dubit. 97. n. 9. & blasphemia est dicere malannaia, diminutiuo. Petr. ad Gram. dec. 50. n. 15. & 16.

Blasphemię crimen, facto cõmictitur, vt est spuere in faciem Sanctorum, seù illos percutere, & in illos lapides proicere, quos casus in heretica prauitate connumerantur, & in his casibus, per ocularem inspectionem assumitur informatio de delicto in genere, alio verò modo, blasphemia non habet delictum in genere, sed hoc crimen per duos tantum testes habiles, vel inabiles, cuiuscumque dignitatis, etiam infames criminis, & alio defectu notari probatur, dumodo non sint inimici capitali inimicitia, cap. in fidei de heret. in 6. cap. per tuas in 1. extr. de simon. l. famosi, & l. in questionibus, ff. ad l. Iul. maest. Gram. in consil. 15. nu. 12. in criminalibus, & repulsa in hoc crimine non admictitur, sicut in cæteris delictis, sed solum ex capite inimicitiæ capitalis contra testes, & pena contra blasphemantes, nullo modo ab officiali, & iudice potest commutari, indulgeri, agratiari, guidari, siuè aliter componi, & per Regiam pragmaticam contra istos blasphemantes est imposita pena, primò perforatio linguæ cum acu ferrea, seu cum clauo, secundo punitur tertia parte omnium suorum bonorum, tertiò per quatuor annos condemnatur ad remigandum, vltra dictas penas, & indistinctè seruatur, sed in muliere, & nobili dicitur, quòd in locum penæ triremium, illa detruditur in monasterium, vel exulatur iudicis arbitrio, & nobilis relegatur in insulam, per tantundem tempus, mulier ignobilis fustigatur primò, & postea exulatur, vel in monasterium detruditur iudicis arbitrio, Gram. in dec. 2. & 3. n. 5. Muscatell. in pract. crim. de blasph. per totum, & blasphemia non potest per barones componi, Capibl. de baron. p. 2. c. 29. nu. 6.

Bonorum possessio, competit transuersalibus, & debet peti intra centum dies, l. 2. cod. qui admicti ad bon. poss. possunt, & si illæ cui competit hæc bon. poss. ignarus erat de morte defuncti, & transierunt centum dies, non excluditur, cum fuerit ignorantia facti, secus si esset ignorantia iuris, veluti si sciebat mortem defuncti, vel ignorabat intrà quantum tempus petebatur hæc bon. poss. tunc enim non excusatur, l. 1. ff. de iur. & fact. ignor. & an in bon. poss. agnoscenda, requiratur consensus patris, vid. Bar. in l. qui in aliena. ff. de acquir. hered. n. 1. & 2. & Ias. in l. fin. cod. qui admicti ad bon. poss possunt; & an hæreditas non adita transmictatur, vid. Gulielm. de bened. in repet. cap. Raynutius, extr. de testament. col. 1. & 2. & vid. Crot. in l. frater à fratre col. 3. de materia trãsactionis vid. dictum Gulielm. in d. cap. fol. mihi 40. col. 3. num. 101. & Bald. in l. cum antiquioribus cod. de iur. delib. n. 8. add. quod nec mulieri prodest ignorantia iuris, l. iuris, cod. qui admicti ad bon. poss. prò cuius ornatu, vid. quæ ponit Rip. in tract. de peste fol. 19. nu. 101. cum sequent. in impressione magna. An autẽ mulier, vel rusticus, vbi obseruauit aliquam sollemnitatem à l. requisitam in aliquo actu, possint se ex iuris ignorantia iuuare, vid. latè per Abb. Brun. in tract. de for. & sollemn. in ver. quas res personas, & quos casus comprehendat dispositio, col. 24. vers. rusticus autem.

Bona vendita mercatori, non soluto pretio, & sibi consignata, prò illis soluendis tali tempore, an ipso decotto effecto, vel fugitiuo, comparentes alij sui creditores anteriores, vel posteriores, pretendentes super illis bonis satisfieri non possunt, quia bona ipsa prius sunt obligata venditori illarum domino, qui eas pro pretio non soluto ab emptore capere potest, & præfertur cæteris aliis creditoribus, Giurell. in de-

in decisione 59. & ibi de Angelis add.

Bonorum cessio, materia latè tractatur per Ricc. in coll.dec.292. & negans debitum, ad dictũ miserabile beneficium non admictitur, sed aliquando solet admicti Affl. in dec.296.

Bonorum maternorum, filius est vsufructuarius tantũ, vid. Ricc. in coll.dec.202.l.cum oportet cod.de bon.quælib.& l.1.cod.de bon.matern.

Bona dicuntur secundus sanguis hominis, glos. in iuncto tex. in l.aduocati cod. de aduocat. diuers.iudic.

Bona debitoris, quæ sunt ipsi hypothecata, competit etiam creditori actio hypothecaria prò debito, quod consequi debet, & debitore suo; l.nomen, cod.quæ res pignori obligari potest, & ibi Bar. l. grege cum pignore, ff. de pignor. Vinc.de Franch.in dec.75.n.8.

Bonauacantia in Regno, tàm feudalia, quàm nõ feudalia ad Fiscum spectant de Franch.in dec. 125.num.12.

Bonus in vno, præsumitur bonus in alio, & sic malus,&c.Petr.ad Gram. dec.18.n.7.

Bona pupillorum, non possunt obligari sine decreto Curiæ, de Franch.in dec.302.n.10.

Bona nostra, sunt secundus sanguis noster l. 1. verbo dignitas ff. de postul. Vrsill. in decis. 289.num.34.

Bona minoris, alienari non possunt absque decreto iudicis, secus quando adest voluntas testatoris, quod alienetur Petr. in dec.15. n.17.

Bonefidei possessor, quis dicitur, & an teneatur ad fructus, & an fructus compensentur cum meliorationibus. Petr.ad Gram.dec.79. Vrsill. in dec.87 de Franch.in dec.31.

Bono viro, credendum est, glos.in l.Titio, ff. de condiction. & demonstration. quod dictum Bald.reputat singularem, in cap.Sanctorum de. præscription. hypol. in sua pract. crim. in principio n.8.& 12.

Boue à maiore, discit arare minor, iuxta illud Virgilij in bucol.relatum per glos.in cap.sedes Apostolica, in vers.& viliores de rescript.nam ab Ioue principium musæ, Iouis omnia plena.

Boues aratorij,& nõ aratorij,& quęlibet animalia vaccina, etiã prò fiscalibus,& in specie prò debito alieno obligatis, nõ possũt exequi, pragm. 84.de offic .S.R.C.fol.mihi 537.sub pena ducatorũ bis milliũ, c.Regn. incip. pridem. Tasson. de antifat.vers.3.obs.3.n.316.& pragm.1.& 3.de best.vaccin. & cap.Regn. pridẽ fuit innouatũ, l. exequtores, c.quæ res pignor.oblig. poss.

Boues prò iustitia exequenda,& asinos, quis iudex eos capere potest, sed non eos, quos ad centimulos deseruiunt, qui centimulus habet hoc speciale priuilegium,& boues ipsi vti prò exequtione iustitiæ, non amplius sunt apti ad arandum, sed officialis damnum bouorum resarcire tenetur, Petr. ad Gram.dec.75.n.2.

Bos, seù manigoltus, quis coggi potest ad dictum officium, possunt coggi personę viles, & obiectæ, & hoc salario mediante, Petr. ad Gram. dec.82.num.15.

Boues ad pedagium, vel ad fatigam dans, tenetur crimine vsurarum, Rouit. super pragm. 1. de vsur.num.35.

Breue Apostolicum, non publicatur in hoc Regno, & qualibet parte ipsius absque licentia Regia,& solito Regio exequatur, si secus, officiales locorum tàm Regij, quàm baronales capiant diligentem informationem,&S.E.transmictant ad finem prouidendi. Reg. pragm.6. de citation.

C

CAlor iracundiæ durare præsumitur per triginta dies, Baiard. ad pract. Iul. Clar. in §. homicidium, n.20. Gram. vot.32.num.14 per quod spatium temporis supersed. in exequtione sententiæ Principis.

Cadauera laicorum,& defunctorum, nullo modo prò capiendis informationibus à curijs laicalibus exumentur à sepulturis, postqnã Ecclesiasticæ sepulture fuerunt traditæ, vt rescripsit Sacr. congregatio Episcopo callienti sub die 22.Nouembris 1619.& ante 24. horas, vel circa, cadauera interfectorum non sepelliantur, sinod.Capudaq.fol.mihi 81.cap.10.

Cadauer mortui debet exumari à sepultura Ecclesiæ ad inspectionem Iudicis laici pro capiẽda informatione,& Iudex Ecclesiasticus, non potest licentiam denegare, & oportet, quod causa mortis sit proxima, Monte. in pract. cur. Archiepisc. in cap. 41.n.10. fol. mihi 271. & sicut iudex laicus præstat bracchium iudici Ecclesiastico, ita vt Ecclesiasticus tenetur bracchium suum impertire.

Cadauer sepultum potest iudex secularis exumi facere à sepultura, Clar. in 9.55. vers. quomodo autem Farinac. in pract.crim. in tit.de inquisit.9.2.n.5.Baiard.ad Clar.in d.94.nu.4. & Episcopus tenetur licentiam concedere ad finem cognoscendi, Nauarr.in consil.19.de hocid.Petr.ad Gram, dec.33.

Cadauera mortuorum, & captæ super terram, vbi resident eorum cineres deponantur in sepulturam, & subtus terram, constit. Pij V. fol. mihi 925.

Camberlingum eligere spectat ad baronem dum isti camberlinghi vacant ad officium pertinentem ad iurisdictionem, seù ad exequtionem iustitiæ, meri, aut mixti imperij, sed quando vniuersitas habet legitimam consuetudinem eligendi, electio, seu monitio spectat ad vniuersitatem, qui camerarius ab ea salarium consequi debet potestatem denũciandi crimina, contumaces, & malefactores capiendi,& officium suum obligat etiam si sui consanguinei essent inquisiti, eos capere, & denunciare, & sua iurisdictio, cum illa iurisdictione gubernatoris Ciuitatis, est cumulatiua, non autem priuatiua,& ambo possunt nocturno tempore, custodes,& familiam mittere pro custodia dictæ Ciuitatis, & si dictus camerarius malefactores prescrutare neglexerit, vel dissi-

dissimularet, punitur tanquam preuaricator, & graui pena, Capibl. in tract. de Baron. p. 2. c. 70. n. 3. & per totum.

Cambij materia, & de pecunijs banci falliti, creditores hypothecarij comptores, seù mensurarij falliti, qui sunt creditores ex alijs causis, & respectibus, quam ex rationibus dicti banci præferatur creditoribus, qui tantum sunt creditores ex rationibus eiusdem banchi, vt puta ex eo, qui in eo pecuniam deposuerunt, an è contra creditores ex banchi rationibus tantum præferātur alijs creditoribus hypothecarijs; qui ex alijs causis, & rationibus creditores sunt, & de modis acceptationis literas cambij, & de risicò acceptantis, & de hac materia latè Pascal. de uir. patr. pot. cap. 8. par. 1. n. 71. & sequ. & Peguer. in dec. catalon. 38. p totū, & Mastril. dec. 9

Canonicatu admictuntur licterati sicut nobiles, & simul concurrentes, nobiles. & licterati præferuntur plures voces habentes, Abb. in consil 57. preclarè scribitur apud Iob. col. 8. vers. præterea pondero, vol. 2. l. societas in glos. suppleat. ff. prò socio.

Canone non soluto, agitur actione hypothecaria contra tertiū possessorem. vid. Petr. ad Gram. in dec. 49. n. 5. Affl. in dec. 95.

Canonem emphiteuticum quis non soluens per triennium in profanis, & per biennium in ecclesiasticis cadit à iure suo, l. 2. cod. de iur. emphiteut.

Canonicus duas babens prebendas in eodem tecto, & in eadem Ecclesia, vnam tantum habet vocem, de Franch. in dec. 259. n. 20. cap. 1. §. fin. de Fil. presb. in 6.

Calumnias, & dilationes reseruare est officiū Iudicis, glos. in l. 1. cod. de dilation. vers. flagitare.

Canis honoratur respectu domini sui, prouerbiū Affl. in constit. obseruat.

Canities sapientiam designat in dubio, de quo scriptum est canities hominum prudentia est scilicet presumpta, Neapod. in proem. consuetudin. Neapolit. fol. mihi 22. nu. 270. vbi inter alia dicit, quod melior est puer pauper, & sapiens, quàm Rex senex, & stultus.

Cantabit vacuus coram latrone viator Vinc. de Franch. in dec. 88. n. 2.

Capitanei nouæ militiæ, & milites delinquentes, si delinquunt capitur informatio à Iudice ordinario loci, & assecurator de persona, denuntiet, & transmittet Auditori Prouinciæ electo, & delegato prò recognitione causæ criminalis Capitanei, ex parte generalis Auditoris exercitus. pragm. 16. n. 11. de milit.

Capitanei nouæ militiæ non eligunt Surgentē, nec Alferium, sed tres tantum nominet, vnus quorum eligitur à S. E. & ad relationem Surgentis maioris, magis habilis, & idoneus Reg. pragm. 17. n. 15. nou. milit.

Capitanei, nouæ militiæ, quando eunt ad capiendum rollum, seù monstram generalem, seù visitationem, milites per eorum repartimenti Terras, nihil recipiant ab Vniuersitatibus, nec à militibus, sed tantum lectos, & domos à dictis Vniuersitatibus, & alia eorum victui necessaria, salario tamen mediante, pragm. 17. num. 34 de milit.

Capitanei Terrarum, iustitiam regentes, non tenentur de sententia, & male iudicatum per eorum consultorem, si consultor fuit electus à domino, vel à terra prædicta, aliàs electus ab ipso tenetur, Par. de put. in tract. sindic. official. in verbo an potestas, fol mihi 88. à tit. col. 4. l. si procurator, ff. mandat. §. tutores l. pobl. l. argeutum ff. commodat.

Capacitas serui dependet à capacitate domini l. si mihi, & tibi, §. regula, ff. de legat. 1. in princ. instit. de stipul. seruor.

Capud censetur dignius corpore l. cum in diuersis, ff. de relig. dom. & sumpt. funer.

Capitulum Regni incip. detestantes, dicit, quod potest procedi ad causæ decisionem, non obstante, quod sint omissæ sollemnitates iudiciariæ, dumodo alias debito modo super negotio principali liqueat, de Franch. in dec. 245. Vrsill. ad Affl. in dec. 283.

Capitulum sede vacante, non potest conferre beneficia ad Episcopi collationem pertinentia, nisi presentati à patrono tantum, tunc habet confirmaionem, & illud potest conferre, cap. illum de sede vacant. lib. 6. cap. cum olim de Maiorit. & obedient. & cap. hisque.

Capitula matrimonialia, possunt liquidari per generum contra socerum, ex quo in eis adest iuramentum, & pactum de capiendo, testatur Dom de Franch. in dec. 366.

Capitulū detestantes, stat insertum in Rit. M. C. V. 171. & 288. & quod in Regno, in causis decidendis, & iudicandis per Iudicem, iudicātur secundum dictum capitulum ob multas rationes, & causas, & præsertim ad euitandum dispendia litiū inter partes, & odia, & rācores.

Capitula matrimonialia, quamuis non stipulata, sed solum firmata inter partes, currit hypotheca à die promissionis, hodiern. ad Surd. dec. 55. n. 3. & sequ.

Capitulum sede vacante, non potest infra annū à die vacationis Episcopatus, concedere dimissorias ordinationum, minus ordinis primæ tonsuræ, sub certa pēna ambobus imposita Ricc. in resol. 106. par. 2.

Carceratus aufugiens à carceribus quomodo punitur, vid. Gram. in vot. 37. n. 8. vbi etiam si aufugitur per carceris fracturam, vel finestram, & quid si recurrit ad superiorem; & quid si erat indebitè carceratus, vot. 40. nu. 8. Affl. in constit. Regn. incip. castellani.

Carceratos non potest baro custodiri facere à suis vassallis eorum risico, & periculo, sed eos custodiat periculo suo, cum sua familia, nec potest extrahere à propria terra, etiam in vna ex terris suis absque causa legitima, posita per Dom. de Franch. in dec. 526.

Carcerati pauperes, debent habere alimenta à creditore, renuntiatis prius illi omnibus corū

bonis

bonis, Ricc.in prax.for.Eccles.par.2.resol.34.

Carceratus fugiens fractis carceribus, de rigore iuris, capite punitur, Clar.in pract.crim. lib.5. §.fin.q.21.vers.3.autem, sed Senatus hoc non seruat, nisi contra contumaces, & talis, qui à carceribus aufugit habetur prò confesso, & conuicto, prò eo delicto de quo est imputatus, tex.est in l.eos,qui ff. de custod.reor. & captus post fugam, non statim condemnatur, sed tamen grauius torquetur, Gram. vot. 37. & ista lex locum habet contrà eum, qui fractis carceribus,cippis, & ferris cum conspiratione, & quod fuga à carceribus facit contrà suā personam probationem,habet locum contra legitimè detemptum,& fugiens à carceribus, & statim ad eos rediens, non punitur tanquam affractor carcerum Clar. in pract.crim.in fin.nu. citatæ quæstionis.

Carceris custos,siue castellanus,qui habet salariū prò custodia castri,& carceratorum etiam prò leui culpa sua commissa tenetur, si carcerati aufugiunt. Vrsill. ad Affl.in dec.130.n.5.

Carcer perpetuus est interdictus.per tex. in l.aut damnum §.solent, ff.de pen. quæ pena carceris datur ad continendos homines, non autē ad eos puniendos, sed Bald. in l. incredibile, cod.de pen.tenet, quod Iudex ex causa potest condemnare ad perpetuum carcerem, Affl.in constit.his, qui per inquisitionem,n.10.

Carcer de iure Canonico,est ad penam,c.quamuis de penit.in 6. de iure ciuili datur ad custodiam,l.aut damnum,§.solent ff.de pen.

Carceres frangens, etiam cum conspiratione, ab eis aufugiens, mortis pena non punitur, Vrsill. in dec.404. n.16.

Carceratus de facto potest de facto liberari,nemine citato tex.est in l.fin.§.nullo ff.de lib.hom. exib. Affl in constit. magister n.6.

Carcerum constructio, spectat ad vniuersitatē, sed custodia carceratorum pertinet ad barones,vel ad Regem, si terræ sint demaneæ, & Vniuersitas representatur per electos,& sindicum Ciuitatis, & sic ciues non possunt compelli ad custodiendos carceratos de Angel. ad pract. crim. Foll. not. capiat de pers.fol. mihi 37.n.76.& refert causam fuisse decisam in S.C. in anno 1569.per Io.Andream de Curte cum Vniuersitate Atripalde, & eius domino Principe Eccell. patrono.

Carcerati non possunt consignari sindicis Vniuersitatis eorum risico, sed feminæ benè possunt, in defectu domorum particularium, & feminæ de iure com. non carcerantur prò debitis ciuilibus,de Angelis in suprascripto loco citato fol. mihi eod. 37.

Carcerati non possunt per barones plures terras habētes extrahi à carceribus, eorum patriæ ad alias terras, Reg.pragm.Ferd.I.nisi quando esset causa satis ardua, & dubitatur de fractione carceris,& erectione carceratorum, ex multitudine delinquētiū,de Franch.in dec.526.n.8.

Carceratio Clerici infamat, & Episcopus capturam facere nisi potest,ni probato negotio principali,aliàs est excommunicatus,quia populus scandalizatur, & inreparabile damnum affert, & quando potest inquisitum ipsum carcerare, & ad informandum citare, vel citet ad deponendum vt testis, si sperat ex sua depositione indicia maiora,& postea excommunicatus remanet carceratus, Montem. in sua pract.cur. Archiepisc.fol.mihi 228.n.4. & 5.cap.33.

Carceratam mulierem, carnaliter cognoscens punitur pena imposita in dec. Boer.317. Petr. ad Gram.dec.41.n.18. Clar.in sua pract.crim. §. fornicatio vers.cum carcerata,Menoch. de arbitr. Iudic. casu 282.

Carceratus bannitus,non potest offendi,dum est sub protectione Curiæ;l.fin. cod. de custod. reor. Clar.in pract.crim.§. homicidium, vers. quæro etiam Petr. ad Gram.dec.41.n.17.

Carcer est mala mantio, & est species seruitutis, l.item apud Labeonem §. quæstionis ff.de iniur.l.Titio centum §.Titio centum, il 2.ff. de condition. & demonstration. l.2. ff. de liber. hom.exiben.

Carceratus in Camera, si ab ea sub verbo custodis, asserentis de licentia Iudicis discessisse, nō frangit fideiussionē, Petr.ad Gram.dec.14.n.1.

Carcerati possunt ad inuinem fideiubere, dum sunt habiles facultatibus Carau. super rit.M. C.V.160.n.11. & non sunt testes idonei in delictis exceptuatis,sed in ordinario delicto possunt deponere,liberati prius ab eorum delicto Merlin. cap.98.for controuers.n.1.

Carceratus criminaliter, potest pro debito ciuili recomendari, Scaglion. super rit. M. C. V. 163.num.21.

Carceres nobilium, & ignobilium, quomodo sunt diuersæ, quando in carcere carcerati delinquut, de Franch.in dec.630.

Carceris custos tenetur, si eius familia carceratū dimiserit, Petr.ad Gram.dec.3.n.14.

Carcer cedit in penam, vel diminuitur delictum per longam carcerationem idem S.C. sic sententiādo determinat,de Franch.in dec.317.n.5

Carceratio non datur, nisi in casibus vbi venit imponenda vltra relegationem,infra verò, offerens cautionem excarcerari debet constit.Regn. incip. humanitate, & ibi Affl.cap. Regn.item statuimus,vt nullus iustitiarius fallit si est confessus,& in decē alijs casibus,quos ponit Foll.in sua pract.crim.fol.mihi 153.& si comparent ante contumaciam, fallit etiam, quando quis non potest dare fideiussores,tunc debet stare carceratus, & sic prò debito ciuili iurato rit.M.C.V.incip.item seruet ipsa curia.

Carcerati tentantes frangere carceres, non sequta fuga, puniuntur arbitrio Iudicis, Montem.in cap.49.fol.mihi 185. Boss.in sua pract. crim. in tract. de carcerato, n.50. Farinac. de carc.n.20 9.30. Boer.in dec.315.Foll. in pract. crim.vers.& si confitebuntur n.49.

Carceratus faciens contractum indebitè,non tenet,nec cautela illa valet, quia omne, quod

ipse

ipse sit, videtur causa metus facere, per cruciatum carceris, & nihil est ad vtilitatem carcerantis Vrsill. in dec. 149.

Carcerare ad custodiam potest pater filium suũ, & maritus vxorem suam in camera, & non tenetur, nec punitur pena priuati carceris, quia possunt corrigere, & habent leuem correctionem erga eos tantum, & eis non interdicitur, nisi excessus modi in corrigendo, Vrsill. in dec. 149. num. 4.

Carceratus iustè potest facere compositionem, & per procuratorem componere, aliàs si iniustè, recuperat omne, quod perdidit, per dictum contractum nulliter factum, Vrsill. ad Affl. in dec. 149. n. 3.

Carceratus pauper, potest per Iudicem liberari, si non sunt ei subministratę expensę per creditores ad quorum instantiam, in carceribus detinetur, vt testatur Affl. in dec. 71. vbi Vrsill. & Boer. in dec. 303. licet Affl. prædictus non concludat, in dicta sua decis. si non sunt cessa bona creditori, per eundẽ debitorem, Franc. Antonius de Iudic. Robert. in suo tract. de liquid. instrum. fol. mihi 410. in verbo sed hic, n. 72. & constit. Regn. humanitate facta bonorum discussione, & cessione.

Carceratus si à Iudice detinetur postquam dedit fideiussores videtur dictam cautionem fideiussorum, quam præstitit eicere Vrsill. in dec. 130. n. 4. & de perpetui carceris condemnatione vid. Tasson super prag. de antifat. vers. 2. obseruat. 2. nu. 55. & const. Regn. incip. hij, qui per inquisitionem, & dictus Tass. vers. 3. obseruat. 5. n. 76.

Carceratus quando detinetur pro criminis inuestigatione, tunc detineri potest, l. 2. de exiben. reis, vel quando est condemnatus, & detinetur, vt soluat condemnationem, vel sequitur exequutio vid. Foll. in sua pract. crim. fol. mihi 157. n. 10. vel carcerentur.

Carceratum cognoscens, punitur ac si cognouisset honestam mulierem, Foll. in pract. crim. fol. mihi 159. n. 25 vel carceretur.

Carcerare non debent officiales eorum subditos, iuris ordine non seruato, & si processerint ad carcerationem, eos habilitent, prag. 1. de custod. reor. constit. Regn. incip. humanitate nobis, in cap. Reg. ab illo incohandum.

Carceratus prò causa criminali, idoneè cauens, non detinetur de persona, sed sub fideiussoribus relaxatur, const. Regn. incip. humanitatẽ, de iure com. est contrarium, sed per dictam const. est emendatum, & sufficit, si incontinẽti offert dare fideiussores Ioann de Imol. in l. si dubitetur in princ. ff. de fideiuss. Alex. in l. mora soluit matri, Bald in l. 1. cod. de vsufr. & dicta constit. humanitatem, Anibal Troisius fol. mihi 36. col. 2. n. 3. super pragm. inoleuit.

Carcerati pauperes debent habere, & recipere panem Curiæ vnt. 24. pragm. 6. de carcerat.

Carceratus debet stare sub custodia clauis, taliter custoditus sub claue, quod non eat, quò vult. aliàs non dicitur carceratus, Carau. super rit M. C. V. 166. n. 27.

Carceratus, vt in vinculis dicatur, est ille, qui stat in carceribus sub claue, non autem in domo carceratus, vt debitor carceratus vigore instrumenti exceptionem potest allegare, & nõ dicitur carceratus quando debitor suam domum detinet loco carceris, Franc. Ant. de iudic. Rubert. in tract. de liquid. instrum. fol. mihi 385. n. 20. per totum.

Carceratus quis aliquem, ne à Curia puniatur, potest se defendere, quòd credebat tempore capturæ eum esse banditum, & foriudicatum Arnon. in cautel. 29. l. 1. cod. ad l. Cornel. de sicar.

Carceres nõ debent esse subterraneæ, & graues, sed moderatæ, & comodæ carceratis sub pena ducatorum bis millium prò prima vice Baronibus eas sic detinentes, prò secunda vice ducatorum quatuor millium, prag. 19. de Baron.

Carceratus repertus mortuus, facit inditium cõtrà custodem carceris, etiam si fuit repertus occisus, Boss. in sua pract. crim. in tit. de carcer. & carcerat. fol. mihi 24 col. 2. n. 8.

Carceris custos, qui custodiam tenet, debet tàm de die, quàm de nocte, custodire, l. 2. vers. & sestinent, cod. de offic. pret. pret. Afric. quem tex dixit Aureum Alex. in apostilla ad Bar. in l. si quis non dicam rapere, supra de epist. & Cler. in apostilla incip. custodire, & add. quod qui tenetur ad custodiam, præsumitur esse in culpa, si non custodiat, Angel. in tract. Malefic. in verbo fama publica 12. vers. quid si statuto.

Carceratum pro debito ciuili, eximens à manibus familię Curiæ, punitur per biennium ad remigandum, & ad debiti solutionem, id est ad interesse partis, & si est nobilis pena relegationis, & vocatur crimen l. Iuliæ de vi priuat. de Franch in dec. 442. Petr. ad Gram. dec. 41. dicit, quod punitur pena vltimi supplicij, & vide eam, & eximens indebitè captum, non incidit in penam dumodo non sit captus per magistrum iuratum, qui habet tacitum mandatum, & condemnatus pena capitali, carceratus, punitur pena criminis lesæ maiestatis Petr. ad Gram. loco citat.

Carcerare nemo potest contrà formam cap. & constit. Regn. & non detinetur quis de persona idonea cauens, dum non incipit constare de delicto, Reg. pragm. 1. de custod. reor. cap. ab illo incohandum, & constitutione Regn. humanitate.

Carcerati affractores carcerum, cum roctura cõspicatione, attentantes, vel actum perficientes, & fores, vel compedes frangentes, in penam triremium in perpetuum puniuntur, etiam si sint solum prò delictis inculpati, & delicta nõ sunt probata Peguer. in dec. 1.

Carceratum ciuilem eximens à manibus familiæ Curiæ, punitur pena pecuniaria, vltra debitum, & interesse partis, & si eximit carcera-

tum prò pena capitali, vltimo supplicio tradatur, Viu. in dec. 92.

Carcer est mala mantio, & squallor, & quando, quis aufugere tenetur, & multa de materia carcerationis, tractat Viu. in dec. 201.

Carceratus etiam iniustè, non potest à custode carceris relaxari, nec carceratus prò debito ciuili ad partis instantiam, accedente consensu creditoris satisfacti, absque iudicis licentia expressa, nec milites Audientiarum, & eorum Capitanei Campaneæ, absque licentia præsidum, & Auditorum, possunt carceratos relaxare, Viu. in dec 202.

Carcer quid sit, & quænam personæ possunt carcerari, an mulier, senes, frater, socer, & DD. & quando, & quibus casibus, carceratus sit relaxandus fideiussoribus, & an possit recomandari, & quando relaxandus, an fugere possit absque peccato, quando gaudet immunitate, quomodo fugiens puniatur, & de eripiente carceratum, vid. Ricc. in coll dec. 2215.

Carceratam mulierem Iudex cognoscens, vel litigantem volentem, non tenetur ad penam, Boer. in dec. 317. latè.

Carcerati, qualiter, & qui debent liberari in die fæstiuo, & pascali, vltrà tex. in l. nemo la 1. cod de Episc. audient. vid. Vital. in suo tract. clausul. 213. & 284. Ias in l. præscriptione, cod. si contra ius, vel vtil. publ. in fin. & Gulielm. de Cur. notat quod non valet indultum Principis, de secunda condemnatione, nisi prius de prima mentio facta sit. vnde Barb in cap. super literis extr. de rescript. inquit Bononiæ fuisse quendam decapitatum, quia in secundo indulto, de primo nullam mentionem fecerat, tu vid. Gulielm. de Bened. in repet. Cap. Rainutius in 2. p in verbo mortuo, itaque testatore il primo n. 111. & sequ. Affl. constit. in consutilem, col. penult. in fin. & in constit. asperitatem 3. not. & in constut. ad legitima pondera, vid Couarr. in lib. 1. var. resolut. cap. 20. n. 8. & omnino Boer. in dec. 217. vbi multa, & Carrer. in sua pract. §. circa, n. 107. vbi latè. Neuiz. in consil. 68. nu. 45. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 203. n. 3. & sequ. & Rom. in consil. 235. an, & quando gratiam comprehendat delictum non detectum, & quando interpetratur, vip. Grat. in 2. vol. resp. 144. & concessa prò maioribus delictis, an ostendatur ad minora, Boss. de remed. & Clem. in princ. n 69. & 70. & ibi n. 6. quod debet latè interpretari, & de indultu vid. latè Aymon. in consil. 2. n. 14. & 15. & 16. quid si pecunia intercesserit, Grat. 2. vol. respons. 74. nu. 31. & sequ. Paris. in verbo composito, cap. an si compositio, Boer. in dec. 287. & an consuetus delinquere, sit ad compositionē admictēdus, Afflict. in constit. incōsutilem col. penult. & in constit. si damna clandestina 10. not. add Boer. in dec. 217. n. 22 quòd sufficit in genere cogitatum fuisse, & in Regno consuetus delinquere, punitur ordinaria pena delicti, neque per consuetudinē delinquendi agrauatur, vt refert Gram. in dec. 10. n. 5. & per quot vices dicatur inducta consuetudo delinquendi, vid. Gram. in vot. 17. n. 21. & sequ vid. Plac. in epit. delict. lib. 1. c. 38. n. 4. vbi multa, & idem Gram. in consil. 34. & qualiter agrauatur delictum ex consuetudine delinquendi Affl. in constit. inconsutilē, num. 58. Barb. in l. 1. col. 8. ff. de verb. obligat. vbi beneficium concessum delinquenti, non porrigitur ad solitos delinquere, & vid. Crot. in repet. l. si is qui prò emptore, col. 46. ff. de vsucap. & ibi an beneficium concessum delinqnentibus, porrigatur ad eos, qui sunt in carceribus, Hyppol. in singul. 378. & vid. Gram. in dec. 16. vbi, quod in S. C. huiusmodi opinionem non sunt approbatæ.

Carcerari non potest ille, qui non potest torqueri per probata, & examinata in informatione, prò qua inquiritur, Gram. in vot. 34. n. 22. add. rit. M. C. V. incip. accusatur aliquis, sub Rub. incip. detinetur inquisitus.

Carcerarius tenetur de sua negligentia in custodia carceratorum commissa, quæ est culpa, & maxima culpa, dolus est, quando prò custodia carcerati pretium recepit, tunc tenetur de periculo succedente, Gram. vot. 29. n. 3. l. magna de verb. signific. l. merces. §. culpæ ff. locati, & latè Gram. de custod. carcerat. tract. in voto prædicto.

Carceratus indebitè, à carcere aufugiens, ad nihil tenetur, nec in aliquam penā incurrit, Gram. in vot. crim. vlt. n 8. Alex. in consil. 144. 2. col. vol. 2. incip. post reditum, & consil. 142. eod.

Cerceres duos separatos debet habere Baro, id est vnus ciuilis, & alius criminalis, & expensæ in constructione carcerum criminalium, ad Barones, quibus sunt prouentus pertinent, ciuilis verò pertinet ad Vniuersitatem, Capibl. in tract. de Baron. singul. 15.

Carcer quomodo datur, & quando datur ad custodiam, & quando ad penam, & carcer debet esse comoda, & non subterranea, & periculosa, & carcerati in dictis malis carceribus, impunè possunt frangere tales carceres, & carcerati prò delictis paruis aliquando condemnantur, quod carcer cedat in penam, quando carcer est ad custodiam, quousque rei condemnentur ad debitas penas, Capibl. de Baron. pragm. 19. n 1. & seq. & pater potest filium suum carcerare, & Patronus seruitorem, & his hæc potestas conceditur, & non alteri, sub pena priuati carceris, & hic dicitur carcer domesticus, & etiam furiosi possunt in domo carcerari, & possunt adire Iudices prò eos carcerando, & tenetur Iudex tale votum sequi, & carcer post condemnationem, tenetur condemnatus in exilium, in tempore exilij excomputare, & custos carceris tenetur denunciare infirmitates carceratorū infirmorum, & carcerati ipsi, tenentur habere acta gratis, & accusator, & creditor, expensas subministrare dictis carceratis pauperibus, aliàs Iudex factis tribus monitio-

nitionibus creditori, & capta informatione paupertatis, poterit carceratum ipsum liberare, idem Auctor n.16.

Causa non debet agitari coram eo Iudice, qui fuit aduocatus alterius ex litigantibus glos. in dicta auth. Clericus, in verbo alia ratio, add. videndum Felin. in cap. inrefragabili n.9. de offic.ordin. quod limita dũmodo propalauit animum suum, add. quòd licet aduocatus alterius partis posit à me tantum recusari, non tamen ego possum recusare illum, qui fuit meus aduocatus, si efficiatur Iudex, licèt propalauerit ei omnia secreta, ratio quia iudicet per probata, glos.in cap.dilecto, de test. in verbo recusatus, limita etiam quod quamuis aduocatus aduersarij mei, est commensalis Iudicis, vel familiaris, non potero eum recusare, tex.in cap.1.vbi glos.extr. de offic.Iudic. Ita si aduocatus aduersarij mei in testem producatur l.fin.ff. de test.cap.fin. de test.in 6.iud. aliquas limitationes per Bald. positas in cap. ex literis, ex tr.de transact. Et nota, quod ex confectione, vel probatione criminis contrà Clericum facta coram Iudice laico, suus Episcopus, non propterea potest illum condemnare, sed benè potest absoluere, vt in glos. etiam si reus in dicta Auth.Clericus, Barbat.tamen in cap.ac si Clerici.n.9 extr. de Iudic.id reuocat in dubium, tu ibi eum videto.

Causa breuis, & parua, dicitur à duobus Augustalibus intrà constit. Regn.incip dilationes, in tit.de dilationi, & dicitur causa modica, & breuis, quando prò re consequenda plus expenditur, quàm est valor rei, Bar.in l.mediterraneæ cod. de ann. & tribut. lib. 10. Gram. in consil.crim.50.

Causæ hodie in Regno incipiunt ab articulis, & quilibet articulus est pars intentionis actoris. Carau. super rit. M.C.V.70.n.3. & melius in rit.288.n.4.Bald.in l.generaliter §.sed iuramẽto n.6.cod.de reb.cred. & articuli fuerunt inuencti ad probandum intentionem actoris, vt clara redatur intentio, & actio adducta accomodetur quoties fuerint inepta præposita, Muscatell. par.1.glos. petitur à num.42.vsque ad num.50.

Causæ ingratitudinis, per quas pater potest filiũ suum exheredare sunt positæ in cap. Quintauallis de iureiuran. in glos in verb. exhæredare, & in §. causas auth. vt cum de appell. cog. glos. col.8.& qui iurauit stare mãdato alicuius, nõ tenetur parere, si præcipit illicita, in primis si filius parentibus manus intulerit, secundò si grauem iniuriam eis fecerit, tertiò si criminaliter eos accusauerit de causa, quæ non sit aduersus Principem, & Rempublicam, quartò si cum maleficijs versatur, quintò si vitæ parentum fuerit insidiatus, sextò si vxori, vel concubinæ eius fuerit immistus, septimò si ex dilapidatione filij, grauem parentes dispendiũ substulerit, octauò prò persona, vel debito eius in quantum potest, fideiubere noluerunt, hoc tamen, quod de fideiussore dicitur, ad filios masculos tantum pertinet, nonò si prohibuit eos facere testamentum, decimò si contrà voluntatem parentũ inter arenarios, & mimos perseuerauerit, cùm pater non fuerit illius professionis, vndecimò si filia vitam luxuriosam egerit, cùm parentes vellent eam prò posse dotare, nisi neglesserint eam maritare, vsq. ad 25.annos, duodecimò si parentibus furiosis debitam curam non impenderint, decimo tertiò si parentem captum de carcere neglesserit, hoc totum habes in allegatis iuribus, versus bis septem causas exheres filius esto, si patrem feriat, vel medicat ei, carcere detrusum, si negligit, aut furiosum criminis accuset, insidia, sine paret, si dederit grauia sibi damna, ne hoste redemit, testari prohibet, aut dat arenæ iocum si prauos sequitur, vel armat genitoris amicam, non ortodoxus filia quandò cohit, hos versus habes in summula pauperum, vid. latè Pascal.de vir.patr.pot.p.2.cap.5.per totũ, & §.cal. auth. vt cum de appell. cognosc. qui narrant 14 causas exheredationis, & alias quãplures vltra eas, & per iniuriosum verbum, & quod in testo exheredationis, debet exprimi causa, & per heredem institutum probari locus, & tempus &c.

Causas, quas habet pater exeredandi filios suos, sunt 14.& septem sunt causæ, quæ dantur filijs exheredandi parentes, de quibus habet testamenti factionem, §. causas, auth. vt cum de appell.cognoscim.

Causæ, in quibus vertitur interesse Regij fisci, in Regia Camera Summariæ, sunt agitandæ, tex. est in l.vnic.cod. de offic.com.rer. priuat. per quem tex. fuit decretum per magnificũ Ioan. Donatum de Marra, & illustriss. Principem Hostiliani, à quo petebatur comitatus Aliani, quod causa debeat agitari in Regia Camera Summariæ.

Causæ infrà vnciam sunt Summariæ, & possunt in dies, eas sine scriptis Summariæ expediri, rit.M.C.V.131.& 115.sed isti ritus, habent locum in Regijs Tribunalibus, quia in Curijs Regni proceditur dato termino in causa.

Clericus non potest conueniri coram Iudice laico, nec ciuiliter, nec criminaliter, tex est in l. statuimus, cod. de Episc. & cleric. cum quo concordat tex. in cap. si diligenti, extr. de for. compet. & hoc adeo verum est, quod clericus etiam sponte, non potest conuenire coram Iudice laico, etiam si iurisdictionem prorogauit cum iuramento, quinimò, ne quidem cum consensu Episcopi, glos & Abb. in cap. significasti col. fin. de for. compet. & hoc non solum si conueniatur actione personali, verum etiã si reali Abb. in cap. Ecc. S. Mariæ de constit. col. antepenult. & in cap. qualiter, & quando de iudic. & est tex. in cap. fin. de iudic. in add. prò materia videndum Affl. in dec. 85. Capic. in dec. 12. Affl. in dec. 230. 24. & 2. Item quod per solam citationem quis dicitur trahi, Abb. in c. significantibus in 2. notab. de libell. oblat. add. ad materiam Tomat. in tract. de collat. fol. mihi 247. n. 3. & seq. vbi latissimè.

Clerici remissio, quomodo, & quando fit, & debet clericus habere seruitium, quod sit frequentatum, & continuum, & sufficit, quod habeat seruitium in aliqua Ecclesia, quam in descripta, & clerici non possunt permittere se cognosci à Iudice seculari, dum non potest se preiudicare, quia etiã volentes, non possunt clerici in Iudicem laicũ consentire, quia hoc priuilegium est concessum in fauorem totius ordinis clericalis. Ricc. latè, & abundanter de hoc loquitur, in coll. dec. 2606. S.C. Trideut in sess. 23. c. 6. dicit, quod quando reperitur in clerico beneficium, vel seruitium continuum, cum habitu decenti, Ricc in dec. 154. p. 4. 290. par. 4. & 7. dec. 3.

Clericus non trahitur ad Iudicem secularem, nisi prò feudalibus, cap. Regn. incip. item statuimus fol. mihi 313.

Clericus effectus post delictum commissum debet cognosci à Iudice Ecclesiastico quò ad personam tantum, quò verò ad bona à Iudice seculari, Dom. de Franch. in dec. 209 & 384.

Clericus in sacris ordinibus constitutus delinquens, condemnatur prius à Iudice Ecclesiastico, & degradatur, & postea remittitur Iudici seculari, in casibus in quibus Ecclesiastici sunt tradendi Iudici seculari, vt suam exequatur sententiam mortis, & corpus clerici non diuiditur in frustra, vt corpora aliorum seculariũ, ratione Sacramenti præteriti, & caracteris, de Franch. in dec. 571. Gulielm. de benedic. in repet. cap. Raynucius vers. vxorem nomine Adelasiam dec. 2. num. 443. fol. mihi 89. detest. vers. & si videret.

Clericus potest donare suæ concubinæ, prò quãtitate seruitiorum dumodo tempore donationis, non stet in concubinatu, seu peccato, aliàs secus Vrsili ad Affl. in dec. 202. n. 1. & sic Aduocatus, & Doctor.

Clericus si prò fori varietati citatur à laico, vti clericus, tenetur comparere cum bullis originalibus, & datur terminus super clericatu, aliàs non auditur, & statim dato termino, censetur remissus, secus comparere tenetur, si citatur vt clericus, rit. M.C.V. 235. n. 10.

Clerici, & eorum vestitus, quod sit decedens, & ne clerici sint venatores, nec lusores, & de eorum etate, & Canonicatum obtinendum, vid. S C. Trid. in sess. 24. cap. 12. fol. mihi 289.

Clerici studentes possunt beneficia curata obtinere, cum licentia ordinarij, & non residentes ratione studij, &c. Concil. Trid. in cap. 1. de percept. fruct. rat. studij fol. mihi 390. incipiens sanctissimus.

Clericus, nec directè, nec indirectè potest trahi ad seculare iudicium, & etiam clerici volentes, non possunt in Iudicem laicum consentire, litigando coram eo tacitè, vel expresè, & citatus, & bannitus per iudicem laicum, non tenetur comparere, Gram. in dec. 61. n. 16. & 4.

Clerici non admictuntur ad postulandum in iudicijs secularibus seruata forma constit. Federici 85. nisi prò ipsis causis, suis proprijs, consanguineorum, & affinium, Ecclesiarum, & miserabilium personarum, & patrocinans eas, tenetur gratis patrocinare, & defendere, Reg. pragm. 2. de postul. & 21. de offic. S. R. C. fol. mihi 525. & per alijs causis nõ admictuntur sub pena vnius libræ auri fisco. &c.

Clerici, qui clericaliter viuunt, non tenentur cõmunicare in collectis, prò bonis Ecclesiasticis, & patrimonialibus, prò portionibus ad eos legitimè tangentibus tantum, & prò feudalibus vt ex cõuenctione habita inter Regem, & Romanam Ecclesiam, ad iudicia secularia non trahantur, vt fugientes ad Ecclesiam, non extrahantur inuisi nisi in casibus à iure expressis Reg. pragm. 1. de cler. & diacon. saluatic.

Clerici incorrigibiles, qui se immiscent negotijs secularibus sordidè trina monitione moniti, tenentur cum alijs in collectis communicare, pragm. 1.

Clerici coniugati, & primæ tonsuræ, non gaudẽt priuilegijs clericalibus, nisi personaliter deseruiant Ecclesijs, & diuinis officijs, & habitu, & tonsura, continuo deseruiant, aliàs tanquam laici reputantur, & si hoc faciunt, gaudent priuilegio clericali pragm. 1. de cleric.

Clerici arma prohibita portantes ter moniti disarmentur, quia arma clericorum sunt lacrimæ, orationes, & ieiunia, & antemonitiones prædictas, non disarmentur pragm. 1. de cleric.

Clerici, Doctores, & Aduocati, possunt concubinis eorum bene donare, sed post mortem possunt repetere, vid. Vrsill. ad Affl. in dec. 102. per totam.

Clerici tàm minores, quàm maiores, non possũt deponere coram iudice laico, absque licentia sui Prælati Arn. in coment. 94. rit M.C.V. incip. item quod clerici, nec etiam coram Iudice Ecclesiastico non suo, absque dicta licentia, Bald. in cap. 1. 2. col. extr. de iuram. calumn.

Clericus morans in excommunicatione per annum

num, potest beneficijs ommibus priuari, si fuit prò causa criminali excommunicatus, secus si fuit prò causa ciuili, Arn. in soliloqu. 100. 11. q.3. cap. rursus, & cap. quicunque, & cap. contumaciæ de heret. lib.6. cap. contingit de dolo, & contum. Rom. in singul. 303. interfui interrogatus.

Clericus pauper prò debitis non potest cogi, nec sententia excõmunicari, cessis bonis creditoribus, & præstita eis iuratoria cautione, si peruenerit ad pinguiorem fortunam, deducto tamen, ne egeat; quòd sunt 25. vt dicit Panormit. dummodo vt debitor confiteatur omnia debita, c. 3. incip. Odoardus de Alution.

Clerici seruare leges laicales, iure diuino, & humano, quatenus ad pacem, & tranquillitatem Reipublicæ spectant, quia non obstante clericatu sunt membra Reipublicæ, & tenentur in his casibus parere mandatis Principis aliàs &c. & si carius eo tempore eorum bona vendunt, mortaliter peccant, & magis clerici, quàm laici tenentur seruare caritatẽ, Dom. de Franch. in dec.9. n.4.5. & 6. Couarr. in lib. var. resolut. 3. cap.4. vers. 25. Abb. in cap.1. col. fin. glos. fin. de empt. & vendit.

Clerici tempore necessitatis, possunt bona Ecclesiæ vendere, ne famæ pereant, Dom. de Franch. in dec.9. n.4.5. & 6. Ioan. de platea in l. fin cod. de quib. mun. seù præstat. ne. n. lic. se excus.

Clericus citatus in curia laici, super tenore publici instrumenti, si comparet in prontu cum bullis originalibus, & declinat forum, remictit ad Iudicem Ecclesiasticum suum competentem, etiam si contraxit laicus, & postea effectus est clericus Franch. Ant. de iudic. Robert in tactide liquid. instrum. fol. mihi 408. add. verbo vndecimo n.71. per totum.

Clericus, qui commisit delictum tempore sui clericatus, & effecto laico, an posit cognosci à Iudice laico, dic quod non, quia S.R.C. remisit quendam ad Iudicem Ecclesiasticum, Gram. in dec.10. Bald. in l. affinitatis cod. comun. de success. idem Franch Ant. de iudic. Robert. de liquid. instrum. vbi sup.

Clericus prò rebus Ecclesiæ, & prò offensionibus eius personam factis, habet fori electionem Dom. de Franch in dec.597.

Clericus citatus ad concurrendum cum alijs creditoribus, ad concedendum dilationem quinquennalem alicui debitori, non potest petere causæ remissionem ad suum competentem iudicẽ Vrsill. ad Affl. in dec.380 n.7.

Clericus falsum deponens coram iudice laico, debet puniri à Iudice Ecclesiastico, cui remicti debet, & punitur pena publicationis bonorum, Vrsill. ad Affl. in dec.230.

Clericus delinquens, habens quæuis priuilegia, ab Episcopo loci puniri potest, tanquam delegatus Sedis Apostolicę S. C. T. in sess. 6. cap.3.

Clericus beneficiatus in minoribus constitutus, non incedens in habito, & tonsura continuè non admictit priuilegium clericatus Vrsill. ad Affl. in dec. 24. num.8. & 19. constt. Clem. VII. & Pauli III. secus habetur in clericis simplicibus, & clerici Neapolitani, etiam gaudent vti beneficiati, vt ex allegatis.

Clerici senio confecti, infirmo equiparati, qui nõ possunt celebrare lucrantur nedum partem præbendæ, sed etiam quotidianarum distributionum fructus percipere possunt, & sic causa studij impediti, sed non quotidianas distributiones, vid. ante in verbo Sacerdos vbi latè, & de Marinis in c.40. quotid resolut. Ricc. coll. dec.583. Sayr. dec.3. de cler. non resid. vbi Nauarr consil.3. aliàs. 12.

Clericus, qui enormibus delictis se immiscens, etiã trina monitione præcedente, hodie amictit priuilegium fori, Vrsill. ad Affl. in dec.24. n.5. & dec.285. 365. & 380.

Clerici ratione feudi, quod habent, sunt subditi Regis Gram. in dec.61. n.17. fol. mihi 123. col. 3. & non possunt consentire in iudicium laicale, etiam volentes prò cæteris causis, aliàs per eorum Episcopum puniuntur.

Clericus si nolit respondere in examine sibi facto per Iudicem secularem, est cogendus per dictum Iudicem, etiam si est Sacerdos, vt seruat M. C. V. Foll in pract. crim. vers. & si comparent ante contumaciam fol. mihi 150. nu.9.

Clericus contumax reputatus per Iudicem secularem, si non comparuit, quandocumque se præsentat, & demonstrat se esse clericum, fit remisio ad suum competentem iudicem Vrsill. ad Affl. in dec.133 n.3.

Clerici per mensem sunt suspensi, si Missam vel diuina officia celebrant, vel eam audiunt cum excommunicatis, in Ecclesia, & si infra mensem celebrant, vt supra, efficiuntur irregulares. Montem. in sua pract. super bulla Gregor. XV. bulla Bonifacij XIII. cap. Episcoporum de priuilegijs in 6. quorum absolutio illi reseruatur, quorum, vel cuius sententiam contenserunt.

Clericus non incedens in habitu, & tonsura, si delinquit, & non fuit à suo Episcopo ter monitus, gaudet priuilegio fori, & si militiæ describitur, non admictit priuilegium clericalem Montemar. in cap.7. fol. mihi 69. n.3. & 4. Abb. in cap. cum contingat de sent. excom. cap. in studientiam, in 2. eod. tit. sed S. C. Trid. & Sac. Congregatio censet, quòd monitio non requiritur quia hoc, voluntariè fit, non autem causa timoris, paupertatis, vel propter calorẽ, cap.1. de constit. in 6. & vnica ammisio habitus, non priuat clericum priuilegio fori, sed est necessaria tanta perseuerantia, vt publicè laicus estimetur, & pluries fuit decisum, quòd clerici etiam de prima tonsura, non incedentes in habito, & tonsura, in Regno Neapolitano, gaudent priuilegio Neapolitano, Clar. in pract. crim. 9.36. vers. hæc autem, fol. mihi 212. col.1. Gram. vot. crim.33. in fin. & adest constitutio Pap. Clem. & Pauli.

Cle-

Clerici coniugati canonis, & fori priuilegio potiuntur.non alio,& priuilegium fori,quo potitur Clericus coniugatus non procedit in ciuilibus, dum seruatur in practica, quod Iudex laicus condemnat clericum coniugatum prò causa ciuili, & Iudex ecclesiasticus eam exequitur,& carceratur,& oportet quod sit in possessione clericatus, vt gaudeat clerici priuilegio,& potest cogi ad subeunda munera vniuersitatis,& sindicus,erarius,electus,& similia,& si apparuerit debitor in rationibus redendis, potest per officialem laicum puniri Ricc. in resolut 391.prax.eccles.par.2. & 169. par.3.& resolut.117.n.3. par.3. & potest prò liquidatione instrumenti, qui sapit criminalitatem, conueniri coram Iudice ecclesiastico, de Marinis in cap.58.per totum quotid. resolut.

Clericus beneficiatus,ob non recitationem diuini officij, per decennium priuatur à beneficio, Montem. in pract.cur. Archiepisc.cap.78.fol. mihi 422.

Clericus beneficiatus incedens armatus, vt miles non potest à Iudice laico puniri, Clar.in q.36. vers.hæc autem fol.mihi 113.Carau. super rit. M.C.V.65. Bulla Xisti V. de habitu, & tonsura,& si clerici in minoribus,non deferunt vsq, ad talos,non gaudent priuilegio fori, & clericatus, & statim intelliguntur priuati absque alia Iudicis sententia declaratoria, licet de iure com. semper est necessaria sententia declaratoria, & iste rit.65. seruatur in clerico comparente personaliter per M.C.V.

Clerici gaudent Ecclesiastica immunitate prò eorum domibus cautum est in vtroque iure per tex.expressum in.l.1.cod. de Episc. aud. & cap.1. de immun.Eccles.& cap.Regni incip.itē statuimus,quod dominus secundum ordinem nigr.96.vbi Rex Carolus II.expressè prohibuit ne prælati,religiosi,& aliç Ecclesiasticç personç sine eorum voluntate munus hospitandi liberè cogantur,ne lectos, & alias res ipsarum, qui hospitandi sunt,accipere possint,& in hoc Regno Neapolitano exempti sunt ab onere hospitandi milites, & birruarios parentes, & fratres clericorum, de Marinis in controuers. quotid.cap.167 Arnon.singul.83.& hoc dummodo clerici cu ra parentibus,& fratribus,siue nepotibus commorantes,sacris sint ordinibus insigniti,secus autem, si in minoribus Carol. de Grass. de effect.clericat.3. à n.122.

Clericus delictum committens tempore clericatus, & effectus laicus, punitur à Iudice ecclesiastico, quia attenditur tempus delicti Gram. in dec.10. & committens delictum tempore laicatus, & condemnatur, pendente condemtatione, efficitur clericus, punitur à iudice ecclesiastico, & hoc fauore Ecclesiæ Dom. de Franch.in dec.395. Montemar. in sua pract. c. 9.n.1.& 2.fol.mihi 18.Bald.in l.affinitatis,cod. comun.de success.& iudex ecclesiasticus, non tenetur stare processu iudicis laici Montemar. in cap.9.n.3.fol.78.etiam si clericus frangit relegationem, & efficitur laicus, non punitur à iudice seculari,sed Ecclesiastico,quia mutatio fori post sententiam, non mutat prioris iudicis iurisdictionem l.cum quædam puella ff.de iurisd.omn.iudic.quia iurisdictio iudicis ordinarij durat, vt iudex possit perpetuo suam tueri sententiam, & carcerem non obseruantes, ne redatur elusoria,l.1.ff. ne vis fiat ei, l.egi, & l. harum.ff.si seru.vendic.

Clericus reconuenctus coram iudice laico, non potest iudex laicus suam exequi sententiam, cõtra clericum,sed Episcopus facit præceptū habita notitia de hoc, sub pena excommunicationis, quòd non molestet clericum in personam,nec in bonis, qui Ecclesiasticus iudex, visa sententia iudicis laici, ipsum exequi facit aliàs iudex laicus incurrit in excommunicationem, cap. si quis suadente diabolo 17.q.4. Montem.in cap.12.fol.mihi 89. Viu.in dec.46 vol.1. Abb. in cap. postulasti. de for. compet. Hostiens.in cap.1. de mut.petit. cap. seculares de for.compet.

Clerici sodomitæ, & nefarij crimin is degradentur,& priuentur officio clericali,& omni officio,beneficio,& dignitate, & degradentur per eorum Iudicem Ecclesiasticum, & traduntur iudici laico, quòd eos supplicio tradat, Bulla Pij V. 70.in n.incip. horrendum.

Clerici ad inuicem percutientes, ille clericus est excommunicatus, qui prius prouocauit, dumodo prouocatus non excesserit modum in se defendendo, & prouocatus semper causâ defensionis dicitur percutere Montem.in cap. 28.n.10 fol.mihi 209.Marsil in consil.137.nu. 8.Clar.in §.fin.q.60.n 14.Felin. in cap significasti de homicid.

Clericus prima tonsura, non habet caracter impressum, quia prima tonsura non est ordo, sed dispensatio ad ordines, cum in ipsius tonsione nulla datur potestas tonso, D Thom.4. sentent.dist.24. Ioann.de Tur. Crem. in c.clerici,col.1.vers.ad 2.& 3.23.dist.& pendente clerici discussione, si est clericus, vel non, interim manutenetur in statu clericatus,in quo rereperitur,cap.si iudex laicus de sent.excom.in 6.& ibi Archaran.3.notab. & tonsura bastardo collata,non tenet,absque Summi Pontificis dispensatione, & clericus prima tonsura nō gaudet priuilegio fori, si non habet beneficium ecclesiasticum,vel continuè in habitu,& tonsura incedat,& M C.V.stat in possessione circa ritum 65.circa clericum,& si clericus non stat in possessione clericatus,vel quasi, non seruatur ius canonicum, secus si stat in possessione Dom.de Franch.in dec.189.

Clerici doctores, quomodo debent præcedere & sedere cum aliis clericis in choro, & processionibus si sunt in dignitatte doctoratus,sed inferiores ordinis,quia sunt post ordinati, Vrsill. ad Affi.in dec.1.Girard. in consil. 33. nobiles.

Clericus simul cum laico del inquens, laicus punitur à iudice suo laico,& clericus à suo iudice Ec-

Ecclesiastico,& vnus non trahit alium, nec laicus habet fori declinatoriam, Vrsill. ad Affl. in dec. 214.n.8.cap.interrogatum 2.q.5.

Clerici coniugati, gaudent duplici tantum priuilegio, primo gaudent quò ad personam per c. si quis suadente diabolo 17.q 4. si cum vnica tantum,& virgine contraxit,& quòd non possit conueniri coram Iudice laico, in ceteris verò, tanquam laicus reputatur,& ista duo priuilegia fallunt per sex fallentias, quas ponit Foll. in sua pract.crim.fol.mihi 112.col.2.n.163.audiantur excusatores.

Clerici quomodo gaudent priuilegio fori, & si sunt clerici saluatici, vel primæ tonsuræ, debēt continuo in habitu clericali decente, tonsura, & seruitio diuino seruire, aliàs tanquam laicus reputatur,& cognoscitur tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus Capic. in dec. 161. per totam latè loquitur.

Clerici non possunt comparere coram Iudice laico, sinè licentia eorum superioris Iudicis Ecclesiastici, Arnon.in coment.87.

Clericus filius familias, non potest à patre ob causam necessitatis famæ vendi,& alienari, Vrsill. ad Affl.in dec.241.n.1.

Clericus prò delictis ad mortem condemnatus punitur pena vt laicus, quod laqueo in eius gutture furcis altioribus suspendatur, sed non diuiditur eius corpus in frustra ratione pristini Sacramenti reuerētiæ,& caracteris,& prius degradatur,& quomodo fit degradatio, Dom. de Franch. in dec.571.n.15. cap. cum non ab homine de iudic.

Clericus non possit esse procurator laici, vide latè per Cappel. Tolasan.in dec.121.

Clericatus in Regno Neapolitano, quomodo probatur, vid. Petr. ad Gram.in dec.81.n.2.rit. M.C.V.135.& nullus clericus primæ tonsuræ gaudet priuilegio clericali, nisi habitum deferat clericalem, & alicui Ecclesiæ de mandato sui Episcopi inseruiat.S.C.Trid.in cap. nullus sess.23. Mascard. de probation. lib.1.conclus. 392.cum sequent. Farinac.in sua pract.crim. in tit.de inquisit.q. 8.num.45.& 70.Clar.in q.36. vers. hæc autem in fine.

Clericus effectus post eius obligationem, dum tempore obligationis erat laicus, & post antequam veniret dies solutionis efficitur clericus,& petit remissionem suo Iudici competenti, prouidetur, quò ad bona procedatur in curia seculari, quò verò ad districtionem personæ remittitur sub Iudici competenti clerico, Dom.de Frach. in dec.656. n.1.

Clericus potest in suis proprijs possessionibus opera rusticalia exercere, quæ alibi exercere prohibetur, Petr.ad Gram.dec.100. nu.4. Guid. Pap.in dec.392.

Clericus sponte soluens collectas, peccat tantum sed non est excommunicatus, sed exigens à clericis est excommunicatus, & clericus ligatur de statuto de compromittendo, iuxta regni prag.de arbitr.& habent pascua tantendi cum eorum animalibus, dum sunt de vniuersitate Petr ad Gram.dec.101.n.1.11.& 12.

Clericus si suam, vel suorum iniuriam prosequatur, potest accusare citra penam sanguinis, & hac protestatione non obstante, Iudex potest deuenire ad condemnationem, Petr.ad Gram. decis.20.n.7.& 8.

Clericus aliquem conueniens, & paulo post cedit liti, non potest reconueniri, sed reconuentus remictitur suo Iudici Ecclesiastico, Dom. de Franch. in dec. 399. Vrsill. ad Affl. in dec. 173.sed statim conuenctus remictitur suo Iudici Ecclesiastico, & potest reconueniri, non autem post, Carau. super rit.M.C.V.67.

Clericus potest à laico reconueniri vsque ad cōclusionem in causa,& ad sententiam Dom.de Franch.in dec.376.

Clericus non excusatur à recitatione diuini officij, propter leuem infirmitatem, quia leuis infirmitas, non habetur prò infirmitate, Petr. ad Gram.in dec.34.n.33.

Clericus prò iniuria sibi illata, potest agere in curia seculari, citra penam sanguinis criminaliter contra laicum, etiam si certo scit, quòd curia secularis venit ad penam sanguinis, Mōtem.in sua prax.cur. Archiepisc. in cap.41. nu. 1.& 2.fol.mihi 268.

Clericus in curia seculari, non potest comparere, procurare, & patrocinare etiam in casibus sibi à iure permissis, sine licentia sui ordinarij in scriptis prius obtenta, in quibus casibus denegari non potest, & sit dicta licentia ad cognoscendum causam, an licentia sit concedēda, prò causis suis proprijs, Ecclesię propinquorum, & miserabilium personarum, Montem. in pract.prædicta, cap 41. num. fol. mihi 268. Couarr. in Clem. si furiosi de homic. p.2.§.5.

Clerici non comprehendnntur sub prohibitione, quod filij fam. non possunt contrahere sine consensu, & præsentia paterna; & clericus filius fam. potest libere testari absque consensu patris cuius patria potestate dicitur, licet exiuit per clericatum, & semper patris potestas quando allegatur debet probari in vinculis, si de liquidatione instrumenti, tractatur, Palc. de iur.patr.pot. cap.6.p.1.n.11.35.& 37.

Clerico quis iustum proiciens, non est excommunicatus, si cum nō percutit Petr.ad Gram. dec.44.n.3.& excommunicatio non cadit, vbi non est peccatum mortale n.4.

Clericus, vt perdat fori priuilegium, requiritur trina monitio, tex.est in cap.audientia, de sent. excom. de Franch.in dec.464.num.6.hoc non procedit in eo, qui dimisso habito, est inueteratus agressuris,& tirannijs.

Clericus, qui non deseruit in diuinis, non lucratur fructus beneficij, & clericus propter delictum beneficio priuatur,& antequam beneficio priuatur, debet citari Vrsill. in decis. 289. n. 1.

Clericus viuens cum fratre laico prò comuni,& in diuiso, sine frande frater laicus non tenetur com-

communicare in collectis, quia est franchus per personam sui fratris clerici, Arnon. in soliloq.83.

Clericus propter assassinium per eum commissum, est ipso iure beneficio clericali priuatus in alijs vero delictis requiritur sententia condemnatoria, sed cautela est ad euitandum priuationem beneficij, quòd dictus clericus renuntiet alicui amico suo dictum beneficium, Arnon.in singul.22.

Clerici carceratio informat,& Episcopus captutam facere non potest, nisi probato prius negotio principali, aliàs est excommunicatus, quia populus scandalizatur, & irreparabile damnum affert, & quomodo potest ipsum cauere, & quando, & dictum inquisitum ad informandum citare, vel citet ad deponendum vt testis, si sperat ex sua depositione indicia maiora, & postea excommunicatus remanet carceratus, montem. in sua pract. cur. Archiepisc.fol.mihi 128.n.n.4.& 5.cap.33.

Clericus coniugatus, quomodo gaudet priuilegio clericali, dictis clericis coniugatis concesso,vid.Tartagl. in sua pract.crim. fol. mihi 26. n.4.cap. Viu. de cleric. coniugat. in 6. vid. de Marin.in cap.58.ni fallor resol. quotid.

Clerici coniugati, non incedentes in habito, & tonsura, & ingerentes cum laicis ad negotia laicalia,& cetera facientes,vt laici statim absq. alia monitione intelligũtur priuati,secundum doctrinam Conarr.in suo lib.pract.quæst.cap. 32.num.1.

Clerici citati ab Episcopo, vel ab eius Reuerendo Vicario, possunt se grauare, & habere, recursum ad curiam Metropolitanam, & eam eligere in superiorem,& forum, à quibus possunt obtinere prouisiones, & literas inhibitoriales,directas Episcopo prædicto,& eius curiæ grauantibus,& inhibere in forma, S.C. Trid. in sess. 24.de reform.cap.20.

Clericus coniugatus non gaudet fori priuilegio, nisi in criminalibus conuenitur per Iudicem secularem, præter instrumenti liquidationem, & potest coggi ad subeunda munera vniuersalia,& clerici ordinarij,qui habitum, & tonsurã non deferunt clericalem vel Ecclesiæ de mãdato Episcopi non inseruiunt, vel beneficium Ecclesiasticum non habentes, non gaudent, S.C.Trid.in sess.23.cap.6.de reform.Squillant. de priuileg. cleric. fol. mihi 244. priuilegio 7. vid.Ganant. in verbo clericus, quod gaudet etiam in ciuilibus per nouum decretum Sacræ Congregat. emanatum in controuersijs Regni Neapolitani in anno 1631.27. Februarij

Clericorum saluaticorum numerum, qui esse potest in loco, & terra vid. Bull. Gregor. XV. insertam in meo lib. Squillant. de priuileg. cleric.fol.mihi 253.col.1.quod sint quatuor in Catredalibus Ecclesijs, duo in Ecclesijs, collegiatis,seu parochialibus in ceteris vero vnus.

Clericus venator, quibus penis punitur, & quãdo,vid.Ricc.in coll.dec.2006.par.5.

Clerici non tenentur soluere collectas prò bonis matrimonialibus, & prò eis donatis, si ad sacros ordines peruenerunt, secus si sunt in minoribus ordinibus tantum, tunc soluunt collectas prò bonis prædictis donatis, vt per Regiam Camer.Summar. est prouisum in anno 1571.& 1614.Ricc. in prax.for. Eccl. resolut.167. n.2. per extensum narrat.

Clerici prò eorum bonis patrimonialibus, gaudent priuilegio, quo gaudent in rebus Ecclesiæ cap.fin.de vit.& honest.cleric. lat. in auth. quas actiones.cod.de Sacrosanct.Eccles.& Abb.in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. vbi glos.in ham.n.7.

Clerici non debent collectari prò bonis patrimonialibus, & Ecclesiasticis, quæ bona patrimonialia clericorum sunt tacitè hypotecata Ecclesiæ prò mala administratione clericorum in dictis bonis Ecclesiasticis, Abb. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit.n. 1.vbi glos.

Clericus vt fori priuilegium perdat,sex sunt necessaria, primò vt non incedat in habito, secundò quòd immiscat se oneribus, tertiò quòd in illis frequentauerit, quartò quòd in illis sit deprehensus, quintò,quòd sit monitus, sextò quòd post monitionem fuerit incorregibilis, licè hæc duo vltima sint dispectata in clerico in minotibus, sed prima quatuor omnino requiruntur, de Pont. in consil. 24.num. 5.volum.1.

Clericus potest reconueniri etiam post litem cõtestam in curia seculari,vid Pascal de iur.Patr. Pot.cap.8.num.4.par.1.& Vrsill.in dec.173.& Gaspar.Tesaur.in dec .Forens.98.lib.1.

Clerici per bullam Pij V. possunt dotare eorum filias spurias, de bonis patrimonialibus, & Ecclesiasticis introitibus eorum portionibus,dumodo moderatè eas dotent Ricc. in resolut. 32.par. 2.

Clericis ab eis repellitur onus iniquæ exactionis acerbitas lib 2.cod.de Episcop.& cleric.

Clericorum res,eodem gaudent priuilegio,quod gaudet Ecclesia,glos.fin.de vit.& honest.cler.

Clericus in criminalibus delictis,absque licentia sui superioris in testem admicti non potest,per tit.M.C.V.& si eis dictum accipitur, actus est nullus,Gram.in consil.crim.3.n.8. & 11.

Clericus reconuenctus coram Iudice laico,& de eius materia,vide latè Affl.in dec.173. vbi Vrsill. nec clericus potest se submittere Iudici laico cap.si diligenti de for.compet.Pascal. de Patr.Pot cap.6.par.1.num.clerici 16.

Clerici in sacris ordinibus constitut i, qui post trinas canonicas monitiones eis factas, à consortio mulierum non desistunt, excommunicantur,& feminæ canonicè puniuntur, idest vel in monasterio ponatur, vel in seruitutem redigatur, vel excommunicatur, vt per cap. 2. extra de cohabit.cleric.& mulier.vbi glos.cõtra autem clericos inferiores quomodo sit procedendum,habes in cap.si autem, eod.tit. S. C. Trid. in sess. 25. cap. 14. de reform. vbi

de

de pena supradictorum distinctè loquitur.

Clausula, quæ ponitur in libello, non se abstringēs ad probandum, est necessaria, & de necessitate, & necessarium est illam ponere, l. Actor, & l dinus, & ibi glos.& Bar. C de probat. quod in reo, non est necesse, quia pluribus remedijs licet contrarijs vti potest, cap. nullus pluribus vbi Din. de re Iudic. in 6.

Clausula si non valet iure testamenti, valet iure codicillorum, quid importat, vid. Fulgos. in consil. 80. & lex quæ generaliter loquitur, in dubio includit casus aliàs priuilegiatos, Dec. in l. pen. §. supra de iurisd. omn. iudic num. 2. l. 1. nu. 6. C. de eden. l. pactum, quod dotali, C. de pact. n. 1. Dec. in consil. 48. nu. 2. vol. 1. l filius famil. eod. tit.

Clausula omni meliori modo, debet poni in omni actu, & de ista clausula, multa scripsit Felin. in c. cum super de offic. deleg. Dec. in consil. 14. & 77. l. 1. ff. de Codicill. l. fin. § idem C. eod.

Clausula per Iudicem posita in sententia, stantibus actis, vel alio in apparente, durat per biennium, vel per decennium, Tesaur. in dec. 81. n. 1.

Clausula posita in fine scripturæ, refertur ad omnia superiora l. talis scriptura ff. de leg. . .

Clausula insolita, & inusitata, an inducat maiorem suspitionem, Alex. in cons. 27. vol. 5. glos. in l. quæ sub condictione ff. de condiction. instit. Ias. in l. vnic. §. is videtur n. 3. ff. si quis ius dicen. non obtemper. & positæ in instrumento metu confecto præsumuntur metu appositæ Petr. ad Gram. decis. 76. nu. 10.

Clausula si preces veritati nitantur, semper subintelligenda est in rescriptis, licet non dicatur, & expresse non est posita in eis, c. 2. extr. de rescript.

Clausula motu proprio, & ex certa scientia, tollunt omnem vitium surreptionis, Alex. in cons. 41. nu. 12. vol. 6. & latè in consil. 10. vol. 2. f. mihi 123.

Clausula sequens, refertur ad omnia præcedentia, l. si quis ex argentarijs §. si initium tabularum ff. de eden. l. talis scriptura § fin. ff. de leg. 1.

Clausula ius, & iustitiam apposita in libellis, & scripturis, quid importat, vide Viu. in dec. 315. Capic. in dec. 10. Gram. in dec. 19. num. 16. Petr ad Gram. in dec. 15. Affl. in dec. 95.

Clausula saluo iure addendi, & minuendi posita in In uētario, facit cessare dolum, Hodiern. ad Surd. dec. 220.

Clausula posita in donatione omnium bonorum, non comprehendit bona futura, si non sit facta particularis mētio, Hodiern. ad Sur. dec. 233. n 1

Clausula non obstantibus, importat derogationem iuris communis, & quodcumq; priuilegium, etiā in corpore iuris clausum, & insertum comprehendit Gratian. in discept. Forens. 742. tom. 4 num. 22

Clausula generalis, si quā mihi iusta causa videbitur, apponitur quando quis est author laudatus in euictione promissa, Vrsill. ad Affl. in dec. 278. num. 3.

Clausula veris existentibus prænarratis, vel si preces veritati nitantur, intelligitur de iustis concessis, quia si ea quæ Princeps scripsisset, non fuisset concessurus, nō valet, Vrsil. in dec. 355. n. 8

Clausula ius, & iustitiam ministrari, est tantæ importantiæ, & efficaciæ, quæ ex officio Iudicis impartitur, etiam si non petitur, & sine hac clausula, non datur officium Iudicis, & alia quæ ponit Capic. in dec. 22. n. 23. Gram. in dec. 19. Afflict. in dec 95. Viu. in dec. 315. Petr. ad Gram. decis. 14. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 38.

Clausula ex nunc, prout ex tunc, parum aut nihil in contractibus deseruit, in quibus hodie de eius natura in omnibus contractibus apponitur, Vrsill. ad Affl. dec. 335. nu. 6.

Clausula omni meliori modo, ius, & iustitiam fieri, videtur possessorium intentatum, Vrsill. in decis. 327. nu. 5.

Clausula omni meliori modo, est vt herba bectonica bona in omnibus contractibus, quos substinet, Petr. ad Gram. dec. 62. nu. 10.

Clausula si qua mihi iusta causa videtur, per eam restituitur in integrum, quæ restitutio est primū beneficium, & secundum, de stilo S. R. C. omnis persona mundi, quæ non potest se obligari, nisi per alium, vel alterius auctoritate, D. de Franch. in dec. 598. nu. 4 ne ledatur, 13. prodigi, Mulieres minores, & pupilli.

Clausula quæ ponitur in petitionibus, vnica tamen solutione contentus sumitur à glos. fin. in l. 1. C. de fideic. tutel. & operat, vt in allegatis iuribus Dom. de Franch. in decis. 305.

Clausula generalis, refertur ad ea, quæ commode referri potest l. 1. § ceterum ff. de postul. & ibi gl. in vers. ex superioribus.

Clausula codicillaris operat, quod caducato testamento per mortem instituti habeat locum substitutio facta si sine liberis decesserit, & verba posita in testamento, quod valeat omni meliori modo, quod de iure valere potest, habet eundem effectum, quod habet clausula codicillaris, D. de Franch. in dec. 156. nu. 1. & 2.

Clausula omni meliori modo posita in testamento operat, quod testamentum valeat inter liberos, & in omnibus contractibus, & scripturis iuuat sicut erba bectonica, & ista clausula facit valere donationem omni meliori modo quando est facta omnium bonorum præsentium, & futurorum, quò ad præsentia tantum, Vrsill. ad Afflic. in dec 144. & annullato testamento, remanent etiam annullatæ clausulæ.

Clausula codicillaris, non opitulatur ei, qui petit hæreditatem ex testamēto nullo, dum nepotum præteritio incontinenti probata impedit immissionem scriptorum heredum, matris renunciatione etiam iurata, non obstante facta pro se, & heredibus nō officit nepotibus quin veniāt ex proprijs personis, ad aui successionem, Merlin. in cap. 12. forens. controuers.

Clausula posita in fine libelli, super quibus omnibus, & eorum singulis, petit ius, & iustitiam ministrari, &c. per talem clausulam, videtur intentionatum petitorium, vel possessorium, & vtrumque ipsorum, Vrsill. ad Affl. in dec. 77. nu. 9.

Clausula posita in instrumento, confitens omnia, & fin

singula in eo contenta esse vera, promittens absolutionem non petere, & petita non vti, si eã petit est periurus; & concedi non debet, & concessa non valet, Gram. in dec. 41.

Clausula inuentarij, si quæ sunt scripta in præsenti inuentario, non describenda habentur pro non scripta, Bar. in l. 1. § item solent de offic. præfect. Vrbis nu. 4. Vrsill. in dec. 13. nu. 43. dicit effectũ huius clausulæ, & eius operamentum, & hæc clausula quotidie opponitur.

Clausula necessaria, quæ quotidie opponitur in instrumentis, vt creditor habeat dominium, & reditum, est illa, quando dicit, vendens, vna cum directo dominio, aliàs si ità non dicit, habet solũ Creditum, Vrsill. in decis. Affl. 80 nu. 11.

Clausula saluo iure, non facit tribuere ius denuo; sed subintelligitur si quod habet, quod est multum vtile in contractibus, Gram. in dec. 103. n. 43

Clausula codicillaris in testamẽto posita conseruat legata, & fideicommissa: Rupto tamen testamẽto à filio. Vrsill. ad Affl in dec. 125. nu. 2.

Clandestina delicta probantur per inditia, & acclamationes l. 1. § potuisse ff. ad Syllan. Vrsill. in decis. 13. nu. 13.

Claues falsas conficiens ad exemplum aliarum clauium sint in pęnam remigationis annorum quinque, si ad exemplum clauis in cera, aut creta sculpta sit, pęna sit decem annorum remigationis, & fures eum dictis clauibus reperti, non constito de delicto, sed alias de furto inquisiti, in eadem pęna incurrant, Regia pragm. 7. de furtis.

Collectas non tenetur soluere feudatarius de fructibus feudi, nec de bonis cum illis permutatis, Vrsill. ad Affl. in dec. 395. n 8.

Collectas potest Vniuersitas imponere Ciuibus, & exteris, qui eam soluere tenentur, & absentes debent acquiescere, l. 4. § actor de re iudic. & de consuetudine totius Italiæ forenses soluere tenẽtur, Tesaur. in dec. 257. & 149.

Collectas tenentur soluere vsufructuarij bonorum stabilium, quæ vsufructuant, nõ autem proprietarii, quia collecta imponitur rebus, non personis. & est onus reale, & coloni, & affictatores rerum, Monacorum, & Ecclesiarum, tenentur soluere collectas, pro communi parte colonica tantum, Thes. in dec. pedem. 116. Clar. in pract. crim. in § emphyteusis q. 46.

Collectas, & fiscales functiones, quis nõ soluẽs per annos quadraginta, amplius ad eas non tenetur etiam si sciens se ad illa teneri, & si fuit interpellatus, Petr. ad Gram. dec. 101. nu 16.

Collectarum ius præscribitur, quando non est memoria hominis in contrarium, quod bona stabilia nunquam soluerunt collectas, Vrsill. ad Affl. in dec. 277. n. 4. in fi. quæ prius erant franca.

Collectæ non soluuntur pro bonis feudalibus, sed Barones Regni solum tenentur soluere collectas pro bonis burgensaticis, & emptis, & donatis à vassallis, Petr. ad Gram. dec. 77. nu. 5.

Collectarum transactio, & conuentio facta per Vniuersitatem, & eius Ciues; soluendi tot annui pro suis bonis, vel onere personali, iuxta conuentionem prædictam initam cum Vniuersitate valet, dummodo sit Regio assensu vallata, Vrsil. ad Affl. in dec. 303. nu. 7.

Collectas paucas soluunt viduæ, quando non habẽt introitus eorum bonorum vltra vnciam, Petr. Piccol super pragm. de appretio num. 4. quæ est posita in commentario pragmaticarum.

Collectarum ius forensium præscribitur per decennium, & ciuium triginta, vel quadraginta annorum spatio, Ann. in alleg. 59.

Collectas, seu gabellas, tenetur soluere emptor, seu possessor, quantumuis sint venditori prædicta bona catastata, Vrsil. in dec. Affl. 95. n. 8. Barbat. in cons. 84.

Collectæ non soluũtur de Regio dono per primum donatarium, seu si alienat bona donata, soluũtur per secundum. Dom. de Franch. in dec. 131. n. 31.

Collectas non tenetur soluere possessor rerum burgensaticarum, quæ res erant prius feudales, dom. de Franch. in dec. 131. n 18.

Collectas soluit vsufructuarius, non autem proprietarius, l hactenus, ff. de vsufr. & sic in procuratore, pro re quam tenet Impignius l. si rem de pignor. act. l. debitorem C. de pignor. l. inter debitorem C. de pact. Guid. Pap. in q 396. tenet etiam quod maritus teneatur soluere collectas pro fundo dotali.

Colonus primus, non expellitur à locatione tam rustica, quam vrbana per secundum locatorem, sed ille primus præfertur pro eodemmet pretio quod dare vult secundus locator, Vrsill. In decis. Affl. c. 238.

Coloni pro rebus Ecclesiæ conueniuntur coram Ecclesiastico iudice, & pro eis competit electio fori, ac etiam iuxta dec. Capic. 12. & quando Ecclesia, vel clerici veniunt pro defensione coloni, & hoc respectu, lis intentatur contra Ecclesiam, & quando sunt in Ecclesia illius loci, &c. Thes. in dec. 22. 116. & sic sunt immunes pro parte colonica tantum.

Coloni vinearũm affictatores Vniuersitatis hæredes prælati moriundi, & vsufructuarii, non possunt aliquid facere in præiuditium successoris anni sequentis, puta, quia colonus non bene vineam fodit, & putat, hæredes bona Prælati vsurpant, Dom. de Franch. in dec. 46. vide etiã l. pen. de vsufr. legat. Bal. in l. si pater, col. pen. ver. sed hic ponamus C. de vsufr.

Colonus partiarius excluditur vendito fundo, etiã à fructibus pendentibus, quia nouus successor non tenetur stare colono, Dom. de Franch. in dec. 334. Vrsil. ad Affl. in dec. 77. n. 11. sed per opinionem Iasonis, quando venditor est sciens locationis, colonus habet actionem personalẽ contrã venditorem, & habet retentionem pro meliorationibus per ipsum factis, donec ei soluerentur, de Franch. in dec. prædicta n. 2. sed hæc opinio reprobatur per Vrsil. vbi supra.

Cognatio spiritualis contrahitur inter baptizatum & baptizantem patrem & matrem ipsius baptizati, & eum ad sacrum fontem tenentem, & vnus tantum. vel amplius vnus vir, & vna mulier, possint

fint eu m tenere, non plures compatres, Sac. Concili Trid. in sess. 24. cap. 2. & Parochus scribat ad librum, vt in citato capitulo.

Cognatio spiritualis, non contrahitur cum Iudæis, & inter eos Vrsill. ad Affl. in dec. 151. n. 4.

Cognitio falsæ monetæ, rebellionis, & hæresis, non habet barones Regni Neapolitani, quantumuis habeant generalem concessionem, Meri imperii, sed solus Princeps de eis cognoscere potest, Pet. de Gram. dec. 74. nu. 7.

Capitationis pœna nemo patitur, l. cogitationis. ff. de pœn. pro qua regula vide Archid. in c. qui bona §. 2. cum sequen 17. q. 1. vbi an voluntas habeatur pro facto, glos. in l. si quis non dicam rapere. C. de rapt. virg.

Commissarios, habent potestatem destinandi creditores maioris summæ fiscalium, vid pragm. 7. de commiss. destin. & pragm. sequen. Capiblanc. in suo tract. de auth baron. par. 2. n. 5. cap 49.

Commissarii destinati ad capiendam informationẽ pro fisco, si veniunt condemnati, priusquã adcõdẽnationẽ accedunt, soluant dietas cõmissariorũ Regio fisco, pragm. 9. de condemn. fol mihi 166.

Commissarii nõ auferant bona, & possessiones Ecclesiæ pro executione, & sic officiales pragm. 1. de cleric.

Commissariis Regię cassæ fiscaliũ functionum, soluuntur eorum dietæ ad rationem carolenorum duodecim pro qualibet dieta, tam pro accessu, quam pro recessu, & mora, quæ est dierum octo, intra quod tempus executio extrahi non potest, accessus commissariorum computatur à capite Prouinciæ vbi residet Regia cassa, & executores non emant pro se, nec per interpositam personã, pragm. 7. de commiss. & ogni commissario mostri la sua commissione all'officiale del luogo, vt in pragm. prædicta.

Commissarii tam contra particulares, quam contra Vniuersitatem, non expediuntur, nisi vnus tantũ expeditur, qui si est in partibus, ipsi committantur alia negotia, & non expediantur plures, & expediti, consignentur commissiones commissario in partibus repetto, & omnes expeditiones, alias totum, quod sit ipse commissarius expeditus, est nullum, & non recipiant solutionẽ pro eorum dietis. pragm. 11. n. 62. de offic. Iud.

Commissariis taxẽtur dietæ per S.C. & per Regiam Cameram, & M.C.V quia salarium est parum, & non portent nisi duos tantum famulos, & si cõmissarius est Doctor, soluantur sibi dietæ, & soluuntur cuilibet alio executori ordinario, non vti doctore, & commissarii cum præheminẽtiis M.C.V. non possunt dare funicellas non conuictis, & in conuictis, proceditur solum in tortura, in casibus sibi a iure permissis, & non soluantur eorum dietæ ab inquisitis, nisi sint condemnati pragm. 11. n. 63. 64. & vsq; ad 67. de offic. Iud.

Commissarii functionum fiscalium, exequi possunt contra gabellotos, & affictatores introituum Vniuersitatis, & carcerare etiam Sindicos guberni, & ciues, non obstante quod detineant ordinẽ Regium, quod carcerari non possint, & ciues inuenti extra territorium, non vexentur à commissariis in bonis, & animalibus, & executiones factæ non extrahantur, sed vendantur, & si vendi non reperiuntur, extrahantur per loca conuiciniora, & commissarii non emant executiones factas tempore venditionis per se, nec per interpositam personam, salarium tamen dictorum commissariorum, sit pro accessu recessu, & mora, & pro qualibet dieta recipiãt carolenos duodecim, computandum à loco residentiæ Regiæ cassæ, pragm. 7. de commiss.

Commissarii itinerantes cum pluribus cõmissionibus, vnum tãtum prætendant salarium, & Sindici vniuersitatum, nihil soluant contra formam præsentis pragmat. 8. de commiss.

Commissarii demonstrent eorum cõmissiones officialibus locorũ, vbi dictas commissiones exercere intendunt, sub pœna contenta in Reg. prag. 3. de commissar.

Commissarii si sunt DD. habeant salarium eorum dietarũ scutorum 4. pro qualibet dieta ad partis instantiam, ad instantiam Regii fisci tres, Actuarij in capite ducatos tres, ad partis instantiam, ad Regii fisci instãtiam, si sunt commissarii spata, e cappa carolenos duodecim, cõmissarii scribæ rationis, carolenos sexdecim, birruarii carolenos quinque ad partis instantiam, & tres ad fisci instantiam, Capitaneus Campaneæ, ducatum vnum pro dieta, & ducatos sex pro mense miles equestris ipsius commissarii,

Compensatio non datur de liquido ad illiquidum, Thesaur. dec. pedem. 246. de Franch. in dec. 642. Affl. in dec. S.R.C. 381. l. fin. C. de compens.

Compensatio an & quando admittatur aduersus executionem rei iudicatæ vltra tex. in l. 2. C. de compens. vid. singularem dec. pedem. 92. & ad materiam l. 1. eod. tit. vid: Affl. in dec. 192. & limita ibi per eum add. quod nemo compensat quod sibi debetur, l. eius C eod. limita tamen, vt per Roland. in tract. notariat in 1. par. tit. de cession. In instrumẽto cessionis partis debiti, col. 3. vers. item nota, quod eius, & in quibus casibus, non admittitur compẽsatio debiti, ad debitum, habes in l. fin. C. eod. pro quo vid. cons. pulchrum Alex. 61. vol. 3. vbi plenè, add. quod notant DD. ex glo. in d. l. fi. in verbo conuicta, quod qui conuictus est per testes, non potest opponere de debito illiquido compensationem, secus si per confessionẽ vid. Bar. ver. in cautel 83. scis, quod vulgariter dicitur, Abb. in c. fi. ext. depos. & in cap. cum Ioannes 3. notab. de fid. instr. Ias. in §. in bonæ fidei col. 14. instit. de action.

Compensatio non admittitur aduersus depositum, de Franch in dec. 151. n. 2.

Compensatio liquida potest opponi contra sententiam, Vrsil in dec. 120. nu. 4. Capic. in dec. 163.

Compensatio potest opponi etiam post conclusum in causa, & potest etiam opponi in causa appellationis, & etiã soluto debito, nisi aliter appareat de debito soluto ex coniecturis, Vrsill. ad Affl. in dec. 120. n. 7. & 121. n. 8.

Compẽsatione opposita, seu exceptione compẽsationis,

tionis,non datur alia replicatio, D.de Franch d. dec.527.n.5.Capic.in dec.93 col.3.

Compensatio fieri non debet,de debito liquido:ad illiquidum,& quomodo procedat hæc regula, vid.Cepol. in cautel.73.Thes.in dec.pedem.246 D de Franch.in dec.642.Affl.in dec.381.

Compromissum, personam, & rem in compromissum contentam,non egreditur, l.non distinguemus,§ de officio,ff.de recept.arbitr.

Cōpromissū est quædā transactio,& contractus,ex quo trāsigentes, & cōtrahentes forū sortiuntur, l.hæres absens ff.de iudic.Thesau.in dec.14.n.3.

Compromissum in causa fit,quādo à parte petitur secus qñ non petitur Petr.ad Gram. dec.26.n.3.

Compromissa causa,in ea non proceditur a principio in dando terminum,sed proceditur in causa in terminis,in quibus causa reperitur,de Frāch. in dec.354.

Compromissum durat duos mēses, & tempus currit de momento ad momentū,ab hora facti compromissi,ab illa hora computatur, non autē ab hora,& die acceptationis, D.de Franch. in decis. 626.n.2.& 3.Soc.in cons.87.vol.4.incip.pensatis.

Compromissum non petitur facta litis contestatione & dato termino in causa ad probandum,nisi hoc fiat in continenti,nec peti potest in causa appellationis,nec eum petere potest contumax, quia amittit priuilegiū declinatione fori, Vrsill. ad Affl.in dec.185.per totum.

Compromisso prorogato dicitur nouum compromissum,& ibi non venit iuramentum, nec pęna, vt in primo compromisso,nisi exprimatur, Vrsil. ad Affl.in dec.148.nu.3.

Compromissum super vita,& militia, non fit absq; cum Regio assensu, nisi quando tractatur super quantitate tantum est differentia,Vrsil.ad Afflic. in dec.138.

Compromissum non potest peti post dationem termini probatorii in causa,& petitum non conceditur seruata forma Regiæ Pragmat. circa hoc specialiter editæ in tit.de arbitr.

Compromisso,siue laudo facto in causa, fit petitio quod reducatur ad arbitrium boni viri,& acceditur ad ordinarium iudicem rei,si est compromissum voluntarium,secus si est compromissum necessarium, seruata forma Regiæ pragm.quia tunc appellatur ad iudicem loci, vt in præfata Regia Pragm,Vrsil.in dec.51.

Compromissa fiant ante termini dationem, vno ex consanguineis,vel amicis cōibus,nominādo per consanguineos vsque ad quartum gradum de iure ciuili in causis ciuilibus, infra duos menses iurāt,& si sunt discordes adhibeatur tertius, auditis partibus, & si sunt grauati adeant ad iudicem ordinarium loci,& ad eum appellent, qui infra alium mensem decidere debet, & sententia ipsa exequatur cum cautione in casu, &c. & ab ea non appellatur,nisi ad S. R.C.& M.C.V. exceptis liquidis instrumentis,obligationibus,sententiis,& causis feudalibus, quæ compromitti non sunt,add.Rouit.super pragm. incip. odia litium, Ricc.in coll.dec.79.Capic.in dec.66.

Compromissum potest fieri quandò adest iuramētum,sed nō de causa criminali,& terminus duorum mensiū,currit à die acceptationis factæ ab arbitris dicti cōpromissi, vt cōstat Reg.pragm. incip.odia litium,Vrsill.ad Afflic.in dec 84. n.4.

Compromisso ligantur clerici,quanto sunt actores tantum,non obstante, quod clerici non ligantur statutis laicorum,per cap. Ecclesia S. Mariæ de constit.Anibal Troys.super Rit.M.C.V.67.Tartaglia in additio.Caroli Grimaldi cap.3.pag.34. col.2.super vers.licet,secus quādo sunt rei, Ricc. in coll.dec.79.Rouit super pragm.odialitium de arbitr.Capic.in dec.66.Ioseph. Ludou. in decis. 47.par.2.& quæ ligantur personæ cōpromisso,& quomodo fit,& qui cōprehenduntur in eo,& de eius ordine,vid Rouit.& Ricc.loco cit.& vide in præsenti libello supra in verbo compromissa.

Compromissi materia, & de pluribus necessariis ad eum,vid Ioā.Ant.Pugniatar. ad commentar. super pragm.1.de arbitr.& Afflic.in dec.45. vbi Vrsill.Ann.in singul 109 Arnon.sing.38.54.84. 94.& 95.cautela 6.10.17.39.& 57.soliloq.76.singul.70.& Naturales tenētur stare compromisso, vt fratres legitimi,& quando dicitur de nullitate compromissi, & in eo fuit renunciatum nullitatibus,Ann.in sing.399.& alleg.49.to.2.Ioseph. Ludou.in decis.Perus.27.nu.40.& dec 30.vsque ad n.9.par.2.& non habet locum quando est sententia,obligatio,& instrumenta, sed instrumenta intelliguntur de illis reassumptis,iuxta terminos constit.Regn.incip.instrumentorum robur, Minad.in dec.11.sed is pro quo cantat instrumentum,vel obligatio,& sententia,potest suo fauori renunciare.

Comparatio manus facit semiplenam tantum probationem,Dom.de Franch.in dec.105. num.10. Vrsill.ad Affl.in dec.181.Gram. in dec 84. nisi viderit scripturam scribere non facit plenam probationem.

Comparatio,seu comprobatio manus, non sufficit per visionem alterius manus nota, sed cum scriptura scripta manu trium testium illius, contra quem petitur fieri comparatio manus, Vrsill. in dec 181.Gram.in dec.84.

Comparatio manus,& scripturæ solæ facit semiplenam probationem,Amat.in cons.53.nu.6.Bar.in l.admonendi,nu.25. vers. si vero approbatur. ff. de iur.iuran.

Comparitio inquisiti spontè, statim examinari debet,quia spontanea comparitio Dei est maximū indicium innocentiæ,Foll in pract.crim.fol.mihi 150.& si comparent ante contum.

Comparitio de sero quomodo fit, & quomodo seruatur,& quando suspendit liquidationem instrumenti,& debitor comparens de sero, tenetur sequenti die comparere, et si actor non comparet, et de nouo instat liberetur,et quādo plures sunt citati,comparitio vnius tantum prodest alteri. secus requisitus,et non citatus, comparens liberatur,nec alteri nocet,nec iuuat,D.de Franch.in dec.685.Rit.M.C.V.206.204.et 201. l. si qui separatam.§.fin. ff.de appell.

Com-

Compater et commater possunt accusare de morte sui compatris occisi, Boer. in dec. 233. nu. 2.

Compositioni admittere officiales subditum suum delinquentem, quomodo, et qualem cautelam tenere debēt, ponit hoc Carau. super Rit. M. C. V. 276. et est, quod inquisitus confitetur se esse culpabilem delicti, et admitti ad transactionem, et cætera in dicto Ritu contenta.

Compositiones non fiunt vbi venit imponenda pęna mortis naturalis, ciuilis, et abscissionis membri, aut altera pęna corporis afflictiua, sed solum in pęnis exilii, cum partis remissione, sub pœna priuationis officii, et nullitatis expeditionis, Regia pragm. 11. Excellentiss. Comitis Lemos anni 1616. habet locum in regiis tantum de iudic.

Computorum reditione statur iuramento administratoris, de expensis, vel de minutis, et de ista materia reditionis computorum, vid. late Boer. in dec. 295. nu. 5. et administrator computorum tenetur reddere rationem in loco administrationis factæ, vid. Pascal. de vir. patr. pot cap. 2. num. 109. par. 2.

Communiter quod possidetur negligi naturale, litium est, cumque se nihil habere, quod non totum habeat arbitretur. l. 2. C. quando, et quib. quor. par. deben. lib. 10.

Commune quando inter aliquos, quid est, suum esse videtur, arg. l. pupillus ff. de verb. signif. §. fi. l. quintus. ff. de aur. et argen. legat.

Communis opinio dicitur illa, quæ habet grauiores authores, et vltimam iudex sequi debet, vel Doctor, referendo plures opiniones, videtur vltimam approbare, et iudex facit litem suā, quando iudicat cōtra commonem opinionem, Petr. in dec. 10. nu. 17. secus est quando sequitur opinionem Doctoris insigni, vel sui protectoris.

Communis res refecta ab vno ex sociis, et si alius socius nolit eam reficere, et suam portionem infra quatuor menses restituere, cum vsuris non vult, priuatur parte sua, l. si frater. §. idem respondit, Iaf. in l. creditor n. 7. ff. si cert. pet.

Communio parit discordiam. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2.

Communis error facit ius. l. barbarius. ff. de offic. prætor.

Communione stare nemo cogitur, Vrsill. in decis. 128. n. 10. l. in hoc iudicio. § si conuenit. ff. commun diuidun.

Communio parit discordiam, diuisio verò parit pacem, et nemo tenetur stare in communionem, et quilibet rem communem habens potest pronocàre ad diuisionem, Petr. ad Gram. dec. 3. n. 1. et 3 l. fi. C. commu. diuidun.

Communicato consilio delictum commissum, omnes puniūtur pęna ordinaria, Alex. in consf. 215. vol. 1. Vrsil. in dec. 21. n. 16.

Communitatum consilium, seu auxilium pręstans, et opem, vel suadens, persuadens, instigans, instruens, et similia faciens, punitur eadem pęna qua punitur principalis, si probatur, quod principalis, non aliter commiserat delictū prædictū, nisi præuio illo cōsilio, vel persuasione, etc. Sed si principalis etiam absq; dictis auxiliis, et cōsiliis delictum ipsum commissurus fuisset, non eadem pęna, sed mitius pęna arbitraria n. 22 sed Bar. in l. opē. ff. de furt. dicit, quod si sumus in actibus, qui nedum opem, assistentiam, verba auxilium. et cætera dederit ante delictum, post, vel in ipso actu, semper punitur eadem pęna, qua punitur principalis, n. 23. et 28.

Comitiuam faciunt quatuor homines armati incidentes per campaneam ad modum bannitorū, et in illa comitiua delinquentes, Capibl. de auct. baron. par. 2. c. 29. n. 11.

Comitiuam, siue incedentes per campaneam quatuor homines armati cum armis forascitorum simul, quod incurrunt in pęnam mortis naturalis, tribus tamen concurrentibus. Primo quod dicti sint quatuor, et non pauciores. Secūdo, quod sint armati cum armis forascitorum, puta scoppettuolo, pistone, pugione, et alijs. Tertio, quod sint diffamati pro forascitis, et hominibus malę vitæ, Muscatell. in sua pract. crim. de furt. n. 48. Io. Grand. in suo tract. de bello exulum, in prædicamento quantitatis q. 3. n. 17. car 44. et in talem pęnam incurrunt, etiam quod non constet de eorū delictis factis, sufficit quod fuerūt armati per campaneam, pragm. 70. de exul. §. 10. vide Rouit. super pragm. 121. de exul. n. 22. Carauit. in commentar. super pragm de exul. n. 187.

Commatrem cognoscens, punitur per iudicem spiritualem excommunicatur, vel occidēs eam punitur, ac si propriam matrem occidisset, Par. de Put. in suo tract. sindic. in verbo adulteriū n. 11.

Commatrem cognoscentes, quæ est spiritualis consanguinitas iudex laicus, non potest eis pęnam imponere, nisi adulterium, vel stuprum concurrant, quo casu delictum in compaternitate agrauatur, Thesaur. in dec. 100. n. 6.

Comedentes carnes in diebus prohibitis à S. Romana Ecclesia, sine necessitate, sūt de hæresi prauitate puniēdi, vt testatur Montem. in sua pract. cur. Archiep. c. 23. n. 9. fol. mihi 145. vel sacramēta in sortilegiis admiscentes, sortilegi incantatores, & diuinatores sunt hæretici manifesti, vt supra, & sunt excommunicati, iuxta extrauagant. Ioan. 22. directorij q 43.

Comes Palatinus efficitur, lector legens in studiis publicis positis in Ciuitatibus regalibus per annos viginti. l. 1. C. de profess. & medic. & præferentur cæteris DD. & dicuntur comites abusiuè, nō autem veri Comites, dum non habent feudum, & aliud non gaudent, nisi quod cæteris Doctoribus præcedant, sed prius gaudebant priuilegio legitimationis, nunc verò recessit ab aula, & communis opinio est, quod sunt illustres, Dom. de Franch. in dec. 116.

Comminata tortura, de ea quis potest appellare, etiam, quod non sint ligatæ manus iudici per literas inhibitoriales, seu prouisiones, non potest procedi appellatione pendente, Angel. de malef. in sua pract. crim. in vers. fama publica procedere, vers. aduersus non eleganter, nu. 100. Bal. in l. generaliter. §. sed iuramentū col. 2. vers. sed quid si est

271.nu.1.& dec.115.216.& 332.

Conſcientiis iudicum, non datur certa forma.l 3. §.duæ cauſæ.ff.ad carbon.Boer.in dec.344. n.2.

Conceptus in vtero licet non natus, habetur pro nato,l.qui in vtero.ff.de ſtat. homin. Afflict. in conſtit.Regn.incip.vt de ſucceſſionib. lib.3. n.9.

Concedendum de facili eſt,quod illi non nocet, & alicui prodeſt,etiam ſi contra ius fuerit.l. reſcripta C. de precib. imper. offer. quod intellige,vt quocunque modo alteri non noceat,& ibi DD.

Concedenda ſunt minima, vt maiora declinentur, cap.nerui in fine 13. diſt.

Condemnatus inquiſitus, vel teſtis, qui contra aliquem depoſuerint,& poſtea in patibulo contrarium declarat in mortis articulo, pro ſuæ conſcientiæ exoneratione, an ſit ſtandum declarationi prædictæ,Alberic.in cap. quoniam, de hæretic.in 6.Felin.in c.ſicut in princ.extr. de teſtib. Bar.in l.eos.ff.de falſ.Niger in cap. Regn. incip. frequens.

Condemnatum vocamus illũ,qui ritè, & rectè fuerit condemnatus l.4.§.condemnatũ. ff.de re iud. cum alleg per Affl. in dec.282.

Condemnatus quis per iudicem mediante ſententia pro delicto commiſſo ad pęnam criminalem ordinariè, vel extraòrdinariè, debet etiam condemnari ad intereſſe, & emendam damni, quod venit in conſequentiam, dummodo probetur damnum paſſum in proceſſu, & ſequuta liberatione per ſententiam, in qua dicitur ſaluo iure pro intereſſe,& illud intereſſe etiam eſt ſublatum per ſpecialem abſolutionem à delicto, Rouit. in dec. 67. Gratian. in diſcept. forenſ. tom.3. cap. 525.n.16. & 17.

Condemnati rei cõuenti in ſolidũ,pro inſtrumẽto, vel obligatione,ſi non fuerit renunciatum exceptioni diuiſionis,vel clauſula poſita in ſententia omni meliori modo, ſemper tenentur pro rata condẽnati, licet ſint condemnati in ſolidũ, Affl. in dec.215.vbi Vrſil.& tex.in l.1. C. quan. plur. vna ſent.fuer.cond.Dom.de Franch. in dec.680.

Condemnatus pro aliquo delicto alternatiuè,quando pars requiſita pro facienda remiſſione,quam facere recuſat, iudex mediante ſententia,pęnam corporalem in pecuniariam commutare poteſt, & hoc modo erit iuſtitiæ ſatisfactum, quando iudex condemnat, quod talis inquiſitus exulet per tot tempus, vel ſoluat tot, vel tantam pecuniarũ quantitatem ad electionem inquiſiti, quia tunc erit in electione inquiſiti, vtram eligere velit, in pęnam corporalem, an pecuniariam, & vtraque erit pęna principaliter de per ſe, abſque aliqua commutatione, ſecus autem quando condemnatio ad exulandum,eſt cum poteſtate redimendi,vt communiter fieri ſolet, & male; nam tunc illa redemptio,non erit pęna de per ſe principaliter, ſed conſecutiuè, & ſucceſſiuè in caſu quo ille voluerit redimere,& non aliter,ideoque magis accedat compoſitioni, & commutationi, & ideo partis remiſſio requiritur, Muſcatell.in ſua pract.crim.tit.de vulner.letal.de pęn.dict.delict.n.25.

Condemnatur quis ad pęnam pecuniariam pro aliquo delicto, quando contra eum proceſſus conſtat ſemiplenè,& plus, puta per vnum teſtem, & per inditia,non autem pęna corporali,Capic. in dec.126.Iul.Clar.in pract.crimin.quæſt. 64. verſ. vnus teſtis.

Condemnatus quis ad pęnam delicto meritam, & condignam, puta ad remigandũ per quinquennium,pro homicidio commiſſo,& patrato,& ad pęnam quingentorum ducatorum, pro damno, & intereſſe parti,fecit pęnam delicti, & poſtea pro ducatis quingentis redit ad carceres M.C.V. & quia erat pauper, & non poterat ſoluere, fuit condemnatus ad pęnam exilij temporalis, reluctante creditore, & per iuris regulam, qui non habet in aere, luat in corpore, Dom.de Franch. in dec.358.licet per M.C.V.prius erat condemnatus ad pęnam triremium, dummodo hoc ex cauſa criminali dependat, non autem ex contractu,quia requiritur conſenſus creditoris.

Condemnatus quis de homicidio,vel quolibet alio delicto ad pęnam extraordinariam, ſemper ad intereſſe condemnatur,ad ſalarium Medicorum, & operas qbus occiſus caret,& cariturus eſt, D. de Franch.in dec. 460. quantum fuit expenſum in curatione ipſius hominis mortui, vel vulneris in facie puellæ deformatæ, Vrſil.in dec.34 n.6.

Condemnatus in cauſa appellationis,ſi obtinuit in cauſa principali,pro expẽſis factis in cauſa principali in prima inſtantia, non tenetur ſoluere, Petr.de Gram.dec.83.n.4.

Condemnatus delinquẽs ad mortis pęnam, vt verè pęnam euitet, faciet confeſſionem qualificatam, dicendo feciſſe delictum ad ſui defenſionem, & ſic mortis pęnam euitabit, Arnon. in ſua epito. 85.conſtit.Regn.incipiens terminum vitæ, de homicid.puniend.problem.6. epitom.64 24.41. 58.71.& 82.commentar.1.et 19.

Condemnatus in exilium, vel relegationem,ſi præſtitit ſolum iuramentum, vel ſuam iuratoriam cautionem,ſi fines exilii tranſgredit, condemnatur ad remigandum, duplicato tempore exilii, vel relegationis,quam facere debebat: ſi præſtitit cautionem de ſeruandis finibus, fideiuſſores ſoluant fideiuſſionem, et duplicatur relegatio, vel exilium,nulla habita conſideratione duplicationis,Reg.pragm.1.de relegat.quæ duplicatio decennium non excedat.

Condemnatus ad remigandum,et condemnatio fit per tot tempus in inſulam per Excellentiſs. D. Proregem declarandam,cui poſtea datur memoriale,et in eo declaratur inſula per dictum Dñm Proregem,de Franch.in dec.487.n.7.

Condemnatus ad pęnam manus, ſi vnam tantum manum habet,tenetur iudex eam mutare,et ſententia eſt nulla,Gram.in dec.94.n.1.

Condemnati,non remittuntur petenti remiſſionẽ, Foller.in ſua pract. crim. audiantur excuſatores n.65.Gram.in dec.26.n.5.

Condemnati ad remigandum, hodie condemnantur,pro maiori tempore triennij, quia eſt ſuſpenſa Reg.Pragm.1.de remig.fol.mihi 604.

Con-

Condemnati in exilium,vel ad remigandum, condemnentur in eorũ decretis,quod præstita cautione de seruandis finibus exilii,& si fideiussores præstat, quibus exigitur pœna fideiussionis, & postea duplicatur condemnatio, sed non condemnati ad remigandũ, si non præstauerũt fideiussores,obligantur ipsi,& si frangunt fines, non duplicatur tempus, sed solum faciant residuum condẽnationis ruptæ in regiis triremibus, prag. 5.Dom.Ioan de Zunic.de releg fol.mihi 604.

Condemnatio facta ad regias triremes, intelligitur & dicitur ad regias triremes deputatas ad custodiam huius Regni, non alterius Principis, & si condemnantur ad beneplacitum baronis, quando baro vult haberetur, cum consensu Regio, Reg.pragm.6. de baron.

Conditio non recipit diuisionem, sed formaliter debet impleri.l.qui hæredi.ff.de conditio. & demonstratio.

Conditio necesse est,quod in forma specifica adimpleatur,non per simile.l.qui hæredi in principio, & l. Meuius.ff.de conditio & demonstr. & quomodo regula ista intelligatur, not.Bart. in §.& quid si tantum.l.gallus.ff.de liber.& posthum. in 3. opposit.

Conditio suspendit actionem, & obligationem. l. cedere diem.ff.de verb.signif.

Conatus non punitur,nisi sequuto effectu, de iure, & consuetudine generali in delictis ordinariis, secus in grauibus delictis,Boer.in dec.306.n 2.

Conatus confunditur cum delicto consumato, excepto in assassinio,Vrsil.in dec.319.n.3.glo.in l. qui de crimine C. de accusat. in verbo plurima. cap.cum humani de homicid,in 6.Affl. in const. Regn.incip.asperitatem.n.5.Gram.in dec. 2.74. 38.per totum.

Concessiones iuxta petitionem interpretãtur,Petr. ad Gram in dec.103.n.133.

Conductores & coloni quãdo tenentur stare locationi eis factæ,& quando sunt successores singulares,& quando sunt vniuersales, cum ampliationibus,& limitationibus, vid. ante in præsenti libello,in verb.nouus successor,Guid.Pap.in dec. 480.n.5 & seq.

Conductor,qui laborauit possessionem sibi conductam,non illo anno laboris potest expelli a nouo conductore successore,Pet.ad Gram. in dec. 46. n.5.& an possint expelli vassalli, qui coluerunt territoria nemorosa baronis, & clericus qui reddit terrã Ecclesię incultam fertilem. Et an vassalli possint deserere territoria baronis,& extranea territoria colere,Petr.ad Gram. dec.præd.46.

Cõductor primus finito tempore locationis,potest pro eodẽmet pretio oblato per secundũ conductorem, domino retinere, & præfertur fallit, si dominus vult per se retinere, & in conductoribus bonorũ fisci,scholares,& magistri,de Frãch. in dec.406.l.congruit,C.de locat. præd.

Confessio erronea sæpius reiterata & repetita potest reuocari.l.1.C.de err. calcul. & etiam potest infigi probato contrario, Gram. in consil.crim. 45.n.43.l.cum falsa.C.de iur.& fact.ignor.Bal.in l.vnic.5.colum.C.de confess.

Confessio decedentis in articulo mortis tenet,dum non præsumitur talem confitentem morientem velle mentiri, & facere mendacium, Gramm. in cons.crim.70.n.1.

Confessio orta ex tortura nulla,& millies dicta cõfessio repetita,non probat.l.pen.vbi Bar. ff. de quæstion.Gram.in voto crim.vlt.n.1.

Confessio incidenter facta per inquisitum, de vno delicto, videlicet furto, non inducit notorium,nec punitur pro confessione adulterij, sed liberatur cum cautione de se præsentando ad omnem ordinem,& iudex potest nouam instantiam formare,& à principio procedere, Afflict. in dec.176.in causa ciuili, non inducit notoriũ, nisi post cõclusũ in causa,Ricc.in coll. dec.2310.

Confessiones extraiudiciales in ciuilibus nec in criminalibus regulariter aliquid operantur, glos.in cap.de hoc de simon.cap.si cautio de fid. instr.

Confessio extraiudicialis coram duobus testibus parte præsente,facit semiplenam probationem, sed præsentibus quinque testibus rogatis, nocet principali, & facit semiplenam probationem, Ioseph. Ludou.in dec.Perus.82.n.11.

Confessio rei conuenti habet vim sententiæ, & rei iudicatæ,& non expectatur, nisi præceptum Iudicis de soluendo, l. vnic. C. de confess. & habet paratam executionem,Affl.in dec.30.Dom.de Franch.in dec.118.cumque iudicis officium sit resecare calumnias & dilationes,glo.in l.1. C.de dilation.vers.flagitauerit.

Confessio qualificata,mortem euitat, Arnon. in epitom.85.

Confessio falsa,non immutat veritatem.l.cum falsa,C.de iur.& fact.ignor.add. quod confessio nõ potest reuocari post conclusionem,Dom.de sancto Gemin.in c.2.de rest.in integr.in 6.in vltim. col.Ant.de Butr.in cap.fin.de confess.col.19.Felin.in cap.dilectus extr.de fid.instrum.nu.9. add. Affl.in tit.de controuers.inuestit.§.item si vassallus,n.17.& seq & tunc dicitur constare de errore quando probatur rem aliter se habere,ita Aym. in consl.157.n 8.vol.1.add.in crim.ad euadendũ reum à tortura per confessionem extraiudicialem,vid.Ferratium in sua cautela 27. limita dictam regulam, quod falsa confessio, constito de veritate non præiudicat,vt per Bar.in l. cura C. de omni agr.desertor.lib.11.& vid.Corset.in suis singular.in verbo confessio,& quid si fuerit deliberata,Abb.in c.cum venerabilis de except.in 3 col.glo.in cap.literis extr.de diuort.in verbo admonita Bald.in l. cum precum C. de liber. caus. in l.si quis Cod de except.Rom.in cons. 346. & 391.vbi variat Innoc. in cap. vnic. & eccles. benefic.col.11.Gemin.in cap.fin.de iur.iuran. in 6. Felin.in cap. cum venerabilis nu. 5. vid. Gram. in cons.40 n.19.in fin & ad materiam d.l.cum falsa,vid.multa per Mantuan.dialog. 112. lib. 6. Add. quod ad probandam confessionem extraiudicialem sufficiunt duo testes,ita DD.per glo. in l. inter omnes in verbo vel iudicij, Cod. famil. hercisc.tu vid. Affl.in dec.364. nu.4. & Hyppol.

in

Confessio erronea potest vsq; ad sententiam reuocari.l.error.C.de iur.& fact.ignor.& an noceat, vid. Feli in cap capitulum de rescript.nu.9. Ant. de Butr.in cap.fin.de confess. Rom. in cap. 391. & in l.si verò.§.de viro ff.sol.matrim. Alex. in l. si conuenerit,col. 2.vers.confirmo istam. ff. de re iudic. & quid si fuerit iurata, vide Rom. in d. §. de viro, Imol. plenè in d.§.de viro in cap. cum contingat de iureiurand. col. 62. Felin. in cap. cum dilecti nu. 3. de accusation. & an dispositio d.l.error,habeat locum in criminalibus, vide Angel.in add. Angel.in tract de malefic. in verbo comparent dicti inquisiti, in 1. addit.& ibidem Angel.& vid.eundem Angel.in cons.69. in causa benedicti in princip.Add. quod confessio errantis est nulla,plura per Hippol.in cons.118. num.14.& sequen.Boer.in decis.164. num.13.& sequen.& an in criminal. erronea confessio noceat, vel reuocari possit? vide Milleu. in sua pract.crim.prosequendi nu.37.& sequen.fol.84. vbi latè,& ad materiam add. Tiraquell. in tract. de retract § 4 glos.1 nu.10. & in §. 1. de retract. conuent glo.5.nu.13.& sequen. Carer. in sua pract crim in princ.n.49.& 50.Mantua.in cons. 14.nu.17.34.& 88.Ioan.de Amic in cons.134.in fin.Afflict in constit.obscuritatem,& Socc.in regul.64.Paris.in cons.vlt.n.34.vol.1.vid. Hippol. in singul.310 & Foll.in sua pract. crim.fol. 100. vbi latè, & an erronea diuisio reuocatur,vltra glos.in verbo obtineas in l.si post diuisionem C. de iur & fact.ignor.vide Afflict in dec. 59.& Io. de Amic.in cons. 13.& intra quantum tempus, vide Salicet. in l. maioribus C. communia vtriusque iudic Afflict.in constit. duram, consuetudine in fine,

Confessio facta parte absente sufficit ad liberandum,non solum quando fit parte præsente, Vrsil. ad Affl.in dec. 105.

Confessio geminata,præsupponit veritatem,Gram. in dec.103.n.3.

Confessio in criminalibus scinditur,in ciuilibus nō scinditur, Vrsill.ad Afflict.in dec.7. vers.vndecimo,& duodecimo.

Confessio in ciuilibus parte absente, probata per duos testes semiplenè probat, & cum vno teste de veritate negotij coniuncta plenissimè probat, & si vnus testis de fama publica, & alius testis de fama publica, & veritate negotij, etiam plene probat, aut vnus de veritate, & alius de confessione,parte præsente etiam plenè probat, secus in criminalibus,Vrsill.ad Affl.in decis.11. 364.& 375.

Confessio facta in libello,non emendata, vel reuocata ante litis contestationem nocet, de Franch. in dec.60.n.19.

Confessio qualificata, dicens quis ad sui defensionem occidisse,talem pœnam mortis euadit, Viarant.fol.mihi 395.procurator, articuli positiones nu.29.

Cōfessio facta parte præsēte,vel parte absente, statur ad libitum,Vrsill. ad Affl.in dec.103 & 364. sed magis creditur dicto principalis, quam mille testibus,& maxime quando confessio fuit geminata, idest quia pluries facta, quia tunc possunt testes corrigi,idest quādo confessio fuit extraiudicialiter facta.

Confessio erroris potest reuocari post sententiam, & post conclusum in causa,Vrsill. in dec.44.n.1. Rom.in cons.175.

Confiteri quis tenetur semel in anno, ad minus in Paschate Resurrectionis, si peruenerit ad annos discretionis,proprio Sacerdoti, idest proprio Parocho,vel alteri de ipsius licentia, cap. omnis vtriusque sexus,de pœnit.remiss. Sacr.Concil.Trid. in sess.14.cap.5.

Confessio procuratoris,domino principali nō præiudicat,si non habet specialem mandatū respondendi super tali negotio, super quo fuit confessus,Vrsil.in dec.148.n.7.

Confessio incidēter facta per inquisitum, videlicet si erat inquisitus de stupro,& cōfessus fuit adulterium absque interrogatione,hæc vocatur confessio incidenter,& de ea non punitur,sed de nouo inquiritur.Vrsil.ad Affl.in dec.176. de Frāch. in dec. 240.

Confessio adulteri,non nocet adulteratæ, Vrsil.ad Affl.in dec.214. n.8.

Confessio erronea,seu erroris facta,non solum potest per principalem reuocari, sed per eius hæredem pro capite erroris, Vrsill. ad Affl. in dec. 233.n.1.

Confessio mulieris stupratæ facit inditium ad torturam contra stuprantem cum alijs adminiculis concurrentibus, Marsil. in consil. 28. Petr. ad Gram.decis.22.num.6.& in defensionibus potest probari meretricia vita mulieris, ad quod probandum, admittuntur testes singulares, & qui cum ipsa copulauerunt,Petr.in decis. prædicta num.6.

Confessio mariti de dote recepta, præiudicat creditoribus,Bald.in l.assiduis C. qui pot. in pign. hab.Ioan.Paul.Montan.super pragm.5. de administr.vniu incip. perche.

Confessio sindici,qui recipit debitum non sufficit, sed requiritur decretum iudicis,quod non sufficit sola confessio,Bar.in l. non abstulit C. de nouation.Ioan.Paul.Montan.in pragm.5.n.10. incip.perche,de administr.vniu.n. 9. l. si procurator.ff.de iur.fisc.l.à diuo pio. §.sed si emptor. ff. de re iud.vbi Ias.

Confessio socii criminis,etiam cum tormentis,non creditur,Andr.in constit.Regn.si damna clandestina num.4 vers.item si hæc pragmatica. l.cum quidem.ff.de liber.& posthum.de Franch. in dec. 570.n.2.

Confessio trium latronum sociorum criminis,contra socium,sufficit ad condemnādū, de Franch in dec.570.

Confessionem propriam,quis reuocans, quid probare tenetur,& si confitetur, & ex interuallo, se pœnitet,& neget,dicendo primo se homicidium commisisse simpliciter,& postea dicit se commisisse ad sui defensionē,excusetur, Dom.de Frāch. in dec.638.

Confessio extorta per iudicem ab inquisito, dummodo Iudex non sit vsus verbis generalibus sub promissione impunitatis tenet, dummodo tamē sit facta per iudicem superiorem, non autem inferiorem, Petr. ad Gram. in dec. 1.

Confessus reus, est mitius puniendus, quam ille qui est probationibus conuictus, & sic periti Aduocati allegant, quando eorum cliens reus est confessus, Clar. in pract. crim. §. fin. q. 60. vers. non desunt. l. vnic. C. de his qui se defer.

Confessio geminata debet fieri geminatis, & interpellatis vicibus, & non in eodem actu, Petr. ad Gram. dec. 103. n. 1.

Confessio extraiudicialis facta coram duobus testibus parte absente, & contestes, semiplenè probant, & latè de ista materia loquitur Vrsill. in decis. 364 per totum, & Cautus defensor, debet articulare de duobus confessionibus factis diuersis locis, & temporibus, & magis creditur dicto principali, contra se, quam mille testibus in contrarium, seu pro parte deponentibus, & quandoque est necesse, quod dicta confessio acceptetur per partem. Et de equitate canonica confessio facta parte absente valet, & in ciuilibus potest pro parte acceptari, & pro parte scindi, & confessio extraiudicialis cum aliquibus coniecturis plenè probat, & plenè loquitur in decis. 375. n. 5. & 6. Vrsill. ad Afflict. & Capic. in decis. 179. num. 2. vid. Foll. in pract. crim. fol. mihi 296. vers. & si confitebuntur, prima par. 2. par. principalis, & quid ad probandum famam sunt necessaria 17. requisita Cepol. in cons. crim. 2. Affl. in dec. 363.

Confessio parte absente non valet, nec ad liberādum, nec ad condemnandum vires inducit, nec plenam, nec semiplenam probationem facit, & hoc si incidenter, & ad alium finem, sit emanata, Thesaur. in dec. pedem. 109. n. 5.

Confessio facta per reum coram incompetenti iudice est nulla, maxime quando persistit reus in negando coram iudice competēti, vel superiori, Capibl. de auctor. baron par. 2 cap. 5 2. n. 11.

Confessus, & conuictus habet officium iudicis contra se, quod est solum in condemnando, & pro condemnato habetur, & à sua confessione non potest recedere, sicut nec à sententia, & habetur pro iudicato. l. vnic. C. de confess. l. 3. §. pen. ff. de sicar.

Confessio extraiudicialis quomodo & quando per duos testes probat, & quos effectus producit, vid. Ricc. in coll. dec. 2184. 2203. & coll. 193.

Confessio sine causa nullius est momenti, tā in causa ciuili, quam in causa criminali, vid. Ricc. in coll. dec. 2205.

Confessio erronea quomodo & quando valet, hæc materia ponitur per Ricc. in coll. dec. 174.

Confessio procuratoris, & omnium aliorum, tam in iudicio, quam extra, quando præiudicat, & quando non, vid. latè per Ricc. in coll. dec. 176.

Confessio debiti facta per reum criminis, etiam iurata, vel in tortura, potest reuocari, probando rēus su innocentiam &, reus non potest suis defensionibus renuntiare. Gramm. in vot. crim. 7. l. pactum inter hæredes ff. de pact.

Confessio facta in articulo mortis, nulli præiudicat per tex. in cap. decimoquinto de sepult.

Confessio debiti facta in vita, nocet hæredi, per tex. in l generaliter, C. de non num. pecun.

Confessio quæ fit coram iudice parte præsente, & acceptante, vocatur condemnatio spontanea, Tesaur. in dec. 25. n. 13.

Confesso crimine denegantur defensiones, & non auditur, sed statim condemnatur, & constito de maleficio, iudices debent esse prompti ad condemnandum fauore publicæ disciplinæ, Gram. in cons. crim. 4. n. 12.

Confessio pro exoneratione conscientiæ defuncti, semper probat, Franc. Marc. in decis. 460. par. 1. Ricc. in coll. dec 2 . & 84. Viu. in dec. 186. Ricc. in coll. dec. 193. & dicta confessio ad liberandum tenet, sed ad condemnandum nequaquam.

Confessionis extraiudicialis materia, & quot requisita concurrere debent ad eam probandum. & quod effectus parit, & quod operat, vid. Foll. in pract. crimin. fol. mihi 296. in prima parte secundæ partis, & si confitebuntur vers. sequitur, num. 1. & quod decem, & septem requisita sunt necessaria, & quindecim requisita pariunt effectum, loco præcitato, Foll. & Capibl. in suo cons. crim. 2. Affl. in dec. 364.

Confessio delicti extraiudicialis in causa criminali facit inditium ad torturam, Guid. Pap. in dec. 120. Bellamer. in decis. 721. Ricc. in collect. decis. 2203.

Confessio mariti de dote recepta constante matrimonio, vel quod emisse fundum de dotali pecunia, & alijs dotem concernentibus, vid. consil Crauet. 40. per totum.

Confessio facta per carceratum sub custodia existentem, valet, & non dicitur facta sub metu. l. 2. C. de custod. reor. Barbat. ibi n. 55. & per me ante in add. ad l. 2. C. de custod. reor.

Confessio, declaratio, siue remissio offensi facta in articulo mortis, non valet in præiudicium fisci. Alberic. Brun. in tract. de constit. decret. stat. & consuetudo in verbo iudex col. 7. vers. statutum, & notatur ante per me ad l. 1. ff. ad Senat. consult. Syllan.

Confessio clerici de delicto per eum commisso, facta coram iudice laico, & negata postea coram suo iudice Ecclesiastico, non valet, nec facit inditium ad torturam contra clericum, vt extra iudicia Gram. in cons. crim. 42 n 2.

Confessio erronea, sæpius reiterata, & repetita, potest reuocari. l. 1. C. de error. calcul. & etiam potest infringi probatio contrario Gram. in cons. crim. 45. nu. 43. l. cum falsa C. de iur. & fact. ign. Bald. in l. vnic. 5. col. C. de confess.

Confessio facta in iudicio ex obrupto, & ex interuallo potest reuocari, Vrsill. ad Afflict. in decis. 182. nu. 9. Felin. in proem. decretal. col. 1. Arnon. in cautel. 1. Vrsill. ad Afflict. in decis. 191. 372. & ex confessione facta in processu nulla, sequitur condemnatio.

Con;

confirmatio officialis non potest fieri per Vniuersitatem,vno ex ciuibus reluctante , quod contradicat tempore electionis,& si tunc non contradicit, & omnes concludunt pari voto conuocato Consilio tenet confirmatio prædicta vltra annũ per dictam decis. 264. de Franch. in dec. 609. & 264.etiam quod officialis non contradicat.

Confiscatio bonorum tunc demum in Regno fieri potest,cum criminaliter, & capitaliter quis accusatur,& si fuerit contumax pro causa criminali, pro qua non venit imponenda pęna capitis, non fit annotatio bonorum,vel bannitur,de Marinis in cap.35.n.4.Affl.super const.Regn.incip.grandis vtilitas n.3.

Confiscatio bonorum,quando,& contra quem locum habet,hæc materia latè tractatur per Ricc. in coll.dec. 140.

Coniecturæ in Regno,habentur loco plenissimarũ probationum,maximè in delictis, quæ de nocte committuntur,Gram.in cons.crim.22.n.15.Bar. in l.si quis ex argentariis C.de eden.& l.si quando C.vn.vi.

Coniecturæ locus in incertis,non in certis est , tex. in l.continuus.§.cum ita.ff.de verb. oblig.

Coniecturæ & præsumptiones hodie in Regno sũt liquidissimæ probationes ,Dom.de Franch. in dec.153.n.3.constit. Regn incip. super incisionibus,& cap. Regn incip.in clandestinis .

Coniunctus an admittatur ad agendum sine mandato,in casibus in quibus exigitur speciale mandatum , glo.in verbo non cogitur, in l. exigendi C.de procur.tenet, quod non , limita nisi impetrauerit literas ad lites , vt per Abb. in cap.nonnulli,sunt & alii in 3.not.& ibid. Feli. de rescrip. idem tenet Bar.in l.patri pro filio. ff. de minor. Secundo limita,quando coniunctus pro minore simul,& prodigo,secus si minor tãtum , vel prodigus tantum,Bal.in l.si patri pro filio , vers. vlt. Tertio limita , si coniunctus pro suo interesse agat pro coniuncto , Bal.in d. l. patri pro filio in 1.notab.etiam eo inuito ibidem ad Abb. in cap. coram de offic.deleg.& Alex. in d. l. exigendi in 3.notab.& pro hoc, an & quando coniũctus pro coniuncto admittatur ad agendum, vid. late per Felin.in alleg. cap nonnulli, quod limita, & amplia ibi per eum,& vltra. Limita quarto in causa matrimoniali,cap.accedens,ibi de procurat. vbi pater auditur pro filia , & tamen requiritur speciale mandatum,Feli.in d.cap.coram n. 5.Quinto limita in causa spirituali glos.1.in cap. cum pridem,extr.de pact.tamen Abb ibi,& in cap. coram tenet contrarium,Lapus in alleg 70. col. 2. Rom.in sing.616.tu audiuisti,Bar.in l. si stipulatus.ff.de verb oblig.Feli.vero in d.c.coram,dicit de rigore iuris,contrarium verius esse, quod scilicet non requiritur speciale mandatum ad agẽdum causam spiritualem , tu ibi autem eum videto.

Coniuncta persona dicitur illa,vsque ad illum gradum,quo potest succedere,Bart. ad omnia prædicta in l.2.de accusation. & inscript.l. non facie §.affines,de grad.cognitio.l.2.de adulter.

Coniux moriẽs si est diues,tenetur relinquere quartam partem suorum bonorum coniugi suo superuiuenti,quando est debitor coniux moriens.

Consensum patris debet habere filiusfamilias,si in iudicio legitime esse vult,vt testatur Affl. in dec. 180.Alex.in l.1.col.4.ff.qui admitti,Affl.in constit.Regn.incip.lite legitime contestata , & quæritur consensus patris filio in omnibus in quibus patri queritur vsusfructus,nec filiusfamilias potest procuratorem constituere sine patris consensu.l.filiusfamilias,vbi Bal.ff.de procur.nec iuramentum exigitur à filiofamilias,& iuramentũ ab eo præstitum sine patris consensu , ipsum non obligat,nec valet, Barto. in l. non solum. ff. sol.matrim.

Consensui nihil tam contrarium,quam dolus, metus,& error.l.1.ff.de dol. except. & de eo , quod vi met.caus.& tex.in l.si per errorẽ.ff.de iurisd. omn. iudic.

Consensus patris in iudicio est filio suo necessarius, tam in agendo, quam in se defendendo , & hoc loquitur de patre legitimo , & naturali , sed non de naturali tantum,& si filiusfamilias donat cũ patris consensu,requiritur etiam consensus Aui viuentis,in cuius potestate est filius & pater, Domin.de Franch.in dec.493.n.1. Vrsil.in dec 180.

Consentiens alienationi,sibi præiudicat in iuribus suis,quæ supradicta re alienata prætẽdit, Pet.ad Gram.in dec.80.n.2.

Consanguinitas quomodo, & quæ requiruntur ad eam probandum in causa matrimoniali ; sine quibus non valet testimonium de auditu , per tex.in cap.licet ex quadam extr.de testib.& sunt v3.primo,quod testes sint saltim duo contestes. Secundo , quod sint personæ graues , quibus sit merito adhibenda fides . Tertio,quod ante litem motam didicerint testificata . Quarto,quod didicerunt ab antiquioribus suis.Quinto,quod nõ ab vno,sed à duobus ad minus . Sexto,quod non ab infamibus,& suspectis,sed à fidedignis. Septimo , quod deponant cum iuramento . Octauo, quod affirmẽt non amore odio timore,vel quomodo testificantur.Nono , quod designent personas nominibus expressis. Decimo,quod distinguant gradus singulos ab vtroque latere . Vndecimo,quod illud audiuerunt à suis maioribus,vt credunt ita esse.Duodecimo,quod viderunt aliquas personas saltim in vno prædictorum graduum constitutas se habere pro consanguineis.

Consensus patris , & eius potestas,non conceditur in causis criminalibus , & publicis iudiciariis l. lex Cornelia.§.illud ff.de iur iur.Alex. in l apud Iulianum.§.si quis.ff.ad Trebell. Vrsill. in decis. 180.n.6.sed sufficit in iudiciis ciuilibus.

Consanguineus,& vicinus possunt iuri congrui renunciare, Vrsil.in dec.378.Affl.

Consanguinitas probatur per solam confessionem impetrantium dispensationem, Montemaran. in cap.25.n.15.fol.mihi 171.& ad probandum consanguinitatem per testes de audita 12.requiruntur requisita,cap.licet ex quadam de testib Farinac.in suo tract.de test.q.69.num.103.& si adest

ſcandalum, non fit diſpenſatio, & Epiſcopus debet matrimonium ipſum impedire.

Conſilium oriente Sole, occidente conuiuium cogitet, dixit Socrates, & eſt ratio, quia de mane per ſeptem horas, homo eſt melioris intellectus, quam in alia parte diei, not. glo. in l. 2. §. 1. ff. de verb. ſignif. de hoc & ſimilibus, vid. Affl. in conſt. Regn. incip. vt vniuerſis, in fine.

Cōſilium neminem obligat, l. 1. §. ideo Pomponius, & ibi glo. ff. depoſiti.

Conſilium etiam ab vxore eſt ſumendum, §. hæc autem, in auth. vt iudices ſine quoque ſuffrag. vbi Imperator conſuluit, ſe in Reuerendiſſima coniuge ſua, ad faciendum legem, illa quod eſt multum notandum, & tenementi.

Conſuetum fieri faciens, non eſt in dolo, nec in culpa, & excuſatur quò ad temporalia, non autem à pœna æterna, Vrſil. ad Affl. in dec. 150. n. 16.

Conſuetus ſumitur per binum actum, Gram. in voto ſuo crim. 17. & ante per me late loquitur in litera ſæpe.

Conſuetus, & ſolitus delinquere dicitur per binum actum, Gram. in conſ. crim. 34. n. 4. glo. in cap. ita nos 25. q. 2. Bal. in l. 3. C. de epiſc. aud.

Conſuetudo, ſeu conuerſatio ſuſpicioſa delicti eſt euitanda, habes tex. in l. eum qui C. de epiſcop. & cler. vnde inferunt DD. hic, quod quis illi ſimilis præſumitur, cum quo eſt amicitia, & ratione malæ conuerſationis, & ſocietatis præſumitur aliquis malus, quod vid. late per Tiraq. in tract. de leg. connub. lib. 5. n. 26. add. hic Dec. in l. cum quidam puella in fin. ff. de iuriſd. omn. iud.

Conſuetudo omnis, quæ eſt contra Regn. conſtit. & conſuet. Neapolit. eſt nulla, Vrſil. in deciſ. 202. n. 5. & dec. 144. n. 4.

Conſuetudo Neapolitana vult, quod dos, & quarta ſine inſtrumento dotali peti non poſſit, Vrſil. ad Affl. in dec. 332. n. 1.

Conſuetudo Neapolitana dicit, quod filij morientes non poſſunt diſponere, niſi de medietate, ſtantibus eorum filijs, & mater de ſua dote poteſt diſponere de decem partibus decimam tantū, ſtantibus filiis, & ſic de alijs rebus ab agnatis, vel aliis obuentibus, de Franch. in dec. 396. nu. 1. & largior poteſtas datur maribus, quam fœminis, & illud ius magis honorat ſexum maſculinū, quam fœmininum, Conſuetud. Neapol. incip. ſi aliquis moriens.

Conſuetudo inducitur per duas vices. l. 3. in fin. C. de epiſcop. audien.

Conſuetudo contra ius inducitur ſpatio decem annorum, ex pluralitate actuum intermediornm; & dicitur hæc conſuetudo noui iuris inductiua, & fit talis conſuetudo ex conſenſu populi, & aliis requiſitis per DD. & ſic conſuetudo eſt populi, & differt ab obſeruantia, quæ eſt vnius iudicis, vel tribunalis, quæ eſt, & propriè appellatur aſſuetudo, ſeu conſuetudo interpretatiua. l. dubie, quæ non requirit præſcriptionem illam decem annorum, ſed tantum pluralitatem actuum, de Pont. in conſ. 41. tom. 1. & vid. ante in præſenti libello, per me in verbo ſtatutum, & clerici non ligantur ſtatutis, & conſuetudinibus laicorum, nec pro, nec contra, cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, vbi Abb. de conſtit. auth. caſſa, & irrita C. de ſacroſan. eccleſ.

Conſuetudo contra ius diuinum naturale canonicum, non admittitur, Ricc. in dec. 163. n. 3. par. 4. & conſuetudo grauoſa Eccleſiæ, & contra Eccleſiam eſt nulla, & Eccleſiæ oneroſa non valet, dū omnia, quæ fiunt contra ius, ſunt odioſa, nec ſufficit allegare conſuetudinē, niſi ſpecialiter probetur, cum rituum expreſſione, & non generice, & quando conſuetudo eſt contra ius, eſt inualida, dum lex & Canon eſt in contrarium, & fruſtra allegatur, Ricc. in dec. 348. nu. 8. & ſeq. & in coll. dec. 171. dicit, quod clerici non ligantur ſtatutis laicorum, nec Eccleſiæ, & bona eorum, iux. tex. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitut. præter caſus in ea deſcriptos, & Io. Bapt. Thor. in ſuo compen. dec. Regn. par. 1. in verbo ſtatutū il ſecondo. dicit non ligari Eccleſiam per ſtatutū Ciuitatis contra eius libertatem, & ſic cōfirmat Thor. in d. ſuo compend. deciſ. Cur. Archiepiſc. Neap. in verbo cōſuetudo, & quod rectè ſit probata, tria requiruntur requiſita, vt primo requiritur, quod conſtet de temporis diuturnitate; ſecundo de viſu actus, cuius cōſuetudo allegatur; tertio de illius frequentia, ita, & taliter quod appareat eſſe tacitum conſenſum populi, vel maioris partis ipſius, refert Ricc in dec. 160. Gratian. in dec. 148. n. 10. & ſeq. dicit, quod requiritur viſus populi, frequentia actuū, & diuturnitas temporis, & dicere de actu affirmatiuo legi contrario, & ſtatuto, debent ſpecificari omnia requiſita ad probandum conſuetudinem, & quando teſtes non ſunt interrogati, tenentur reddere congruam rationem prædictorum, & probatio conſuetudinis eſt difficillima, & quaſi impoſſibilis, ita teſtatur Ricc. in dec. 160. Auth. caſſa, & irrita, C. de ſacroſ. eccleſ. idem Ricc. in par. 4. dec. 67. & 155. n. 1. & dicit in d. dec. 155. quod ſtatuta laicorum quantumcunque generalia, & rationabilia debent minime ſeruari in foro Eccleſiæ, nec ligant, Ricc. in reſolutio. 455. & 456.

Conſuetudinem loci non explorare in vectigali, culpa eſt argum. l. 1. §. diui quoque. ff. de publi.

Conſignatio carcerati, quæ fit per Curiam in die feriato, fit per manus, & clamidem, idest per veſtem quam induit accipitur per iudicem, & conſignatur fideiuſſoribus, & non per palliū, quod poteſt dimitti, & de iſta conſignatione fit publicum inſtrumentum per actuarium, nomine Notarii publici, iudicem, & teſtes, quod præſentent Reum die ſequenti, & præſentato Reo, poſtea capitur fideiuſſio, Carau. ſuper Rit. M. C. V. 161. n. 44.

Conſultor, & actuarius ſolo iuramento poſſunt ſuſpecti allegari, Vrſil. ad Affl. in dec. 317. n. 2.

Conſultor Magiſtri Nūdinarum in cauſis criminalibus ſit ipſius Iudex ordinarius loci, vel Conſultor Capitanei de iuſtitia, alias omnia acta per ipſum faciēda ſunt nulla, aut ſit per priuilegium, quod poſſint alium eorum libido eligere, Reg. Pragm.

Pragm. 11. de offic. Iudic. n. 85. prag. 1. de iurisd. magistr. iurati.

Consultor assumptus ad quid tenetur, si malè consuluit, vid. tex. in l. idem §. si quis. ff. mandat. quod non tenetur ad nihil, nisi dolo fecerit.

Constitutio Regni incipiente sancimus, non habet locum in Ciuitate Neapolis, Vinc de Franch. in dec. 346.

Constitutum & precariū operat, vbi est, quod possit creditor agere contra tertium possessorem, nulla facta discussione cum principali debitore, & virtute Regiæ pragm. Vrsill. ad Afflict. in dec. 139. n. 4.

Constitutum, & precarium operat, quod in obligatione debitoris, intelliguntur omnia sua bona, præsentia, & futura, & extenditur etiam ad bona, quæ non habebat, & postea acquisiuit, Vrsill. ad Affl. in dec. 139. n. 5. & 6. & dec. 335. n. 2. & 37. nu. 4. & constitutum & precarium in contractu semper intelligitur positum de stilo notariorum, & est de eius natura contractus, Vrsil. in d. decis. 139. n. 5. & seq.

Constitutio sacramenta puberum C. si aduers. vendit. an habeat locum in venditione? vid. late per Tiraquel. in suis legib. connubialib. in l. vlt. glos. 5. n. 43. & ibidem n. 44. videbis, an in statutis appellatione contractus, veniat donatio? Add. ad materiam huius constitutionis videndū Guliel. de Bened. in repet. c. Raynutius, extr. de testam. in verbo duas habēs filias n. 263. et seq. et Ceph. in cons. 142. vol. 1. et quæ dicit Io. Igne. in repet. Auth. ex causa C. de lib. præter. col. 41. qui illum non habet videat Christoph Porc. in §. fin. n. 10. circa fin. instit. de hæred. qual. et differ. et Aret. in § quadrupli de action. add. quod hæc constitutio non habet locum data enormi lexione, vt firmat Ancharan. in cons. 82. visis diligenter actis col. fin. vbi inquit, quod minoris ætatis consiliū fragile est, et idem Anchar. in cons. 180. visa diligenter narratione col. fin. quem refert, et sequitur Dec. in cons. 45. n. 1. et vid. etiam Affl. in dec. 322. n. 1. et an habeat locum in Iudæo, vid. Bertrand. in cons. 10. n. 5. vol. 2. Item add. quod hæc constitutio habet locum in omni contractu, seu conuentiōne, etiam si cadat in detractum, Bald. in rub. C. de pact. et ibid. Iacob. n. 2. An autem requiratur absolutio à iuramento, vid. M. Anto. Natt. in cons. 144. vbi late, et ad materiam dictæ cōstit. vid. Vasq. omnino in tract. de success. creā. progred. & resolut. lib. 1. §. 10. n. 648. et Neuiz. in cons. 22. per totum, et an habeat locum in donatione Iur. patron. Dec. in cons. 639 vol. 4.

Contentus ratione, datur pęna, idest, quod carcer cadat loco pęnæ, Gram. in sua dec. 95. n. 4.

Contestatio litis, et vnum de substantialibus iudicii, et actus necessarius in eo. l. prolatā. C. de sent.

Contestatio litis in Regno in causis ciuilibus fit per termini dationem, Capibl. in tract. suo de auct. baron. par. 2. c. 43. n. 12.

Constructio nouæ Ecclesiæ de nouo erigendæ in Ciuitate, et loco, non fit, nisi prius vocatis, et auditis omnibus aliarum Ecclesiarum Rectoribus, Prioribus, Procuratoribus, et interesse prætendentibus circa ipsum nomen Ecclesiæ fundationem, & ædificationem, vid. Tor. in add. fact. ad de Pont. in tract. de potest. Proreg. in tract. de mercat. n. 2. & bull. Clem. 8.

Conuersus, qui dedicat se, & omnia sua bona alicui Ecclesiæ Monasterio, vel loco religioso, non mutato habito, & postea capitur per iudices temporales, an potest peti remissio Ecclesiæ, fuit conclusum quod non, per notabil. collect. in cap. non dubium, de senten. excom. & in clem. 1. de relig. dom. idem tenet Siculus in cap. non dubium, & cap. 2. de for. compet. & tales oblati, & conuersi æquiparantur sæcularibus, & idem de heremita, & Rectoribus hospitalium, viuentibus in proprietate, & coniugio, Bald. in auth. ingressi C. de sacros. eccles. vers. tertio quæro, Cappell. Tholos. in dec. 8. & potest iste conuersus, qui non mutauit habitum contrahere matrimonium, & idem Siculus vtrobique addens, se putare, tales non gaudere priuilegio fori, sed quod debent coram iudice seculari conueniri, cum nihil interuenit, quod habeat eos eximere a iurisdictione seculari, pro quo facit glo. in cap. vt priuilegia, vbi etiam Siculus in cap. 2. de for. compet. & tales non gaudent minus cap. canonis, si quis suadente diabolo 17. q. 4. Cappell. Tholos. in dec. 333.

Conuentioni non statur mutato statu rei, Vrsill. ad Affl. in dec. 290. n. 11. l. ex facto. §. 1. ff. de vulg. & pupill.

Conuicti, & visi ante citationē, per diem, vel post, vel personaliter citati, absentia non gaudent, Foll. in sua pract. crim. audiātur excusat. fol. mihi 63. n. 12. cap. Regn. incip. post commissum à delinquente flagitium.

Conuitium, idest conuotium, est illud, quando in vnum plures voces fiunt.

Contraria allegans non auditur. l. Titia si non nupserit, vbi Bar. ff. de condit. & demonstr.

Contraria petens nō auditur, l. Titia, & l. 1. de furt.

Contrahentes de pretio possunt se decipere. l. in causæ de minor. ff. l. item si pretio. §. fi. ff. locat.

Contrahentes dant formam contractui in conuentionalibus stipulationibus, prætoriæ autem legē accipiunt, ex mente prætoris. l. in conuentionalibus. ff. de verb. oblig.

Contrahi tacitè videtur secundum loci consuetudinem. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de edilit. edict.

Contractus ratione, & promissionis, ibi sortitur forus, & conueniri debet, ac etiam vbi habet domicilium cap. dilecti filij, vbi glos. de for. compet. c. 1. §. 9. de for. compet. in 6. & sic priuilegiati non tenentur comparere, nisi in certo loco.

Contractus, & omnia instrumenta stipulata, & confecta per notarios subditos ad fauorem baronū, non valent, Dom. de Franch. in dec. 118. n. 1.

Contractus nominati sunt omnes illi qui consensu perficiuntur. l. 1. ff. de rer. permut. glo. in l. fin. de conditio. caus. dat. & in istis nominatis contractibus, locum non habet conditio ob causam, vt ibidem glo in contractibus autem nominatis, locum

locum habet tantum, exceptis scilicet in contractu facto, do vt des, in quo cōpetit de dolo actio; Item nec in contractu facio, vt facias, cum factū non reperitur.

Contractus dubii modum, & formam recipiunt, ex consuetudine, ita glo. notab. iuncto tex. in l. quod si nolit. §. ea enim. ff. de ædil. edict.

Contractus ex contrahentium conuentione, legem accipiunt. l. 1. §. si conueniat. ff. depositi.

Contractus simulatus, de eo vid. super l. 3. C plus valere, quod agitur, Ricc. in coll. dec. 194.

Contractus in dote quando fit iuxta consuetudinē Capuani, & Nidi, vid. de Pont. in cons. 35. Capic. in dec. 176. Affl. in dec. 226. & 237. & contractus dotis attenditur consuetudo viri, & mulier pro sua dote potest pro consuetudine disponere de decem partibus vnam, & dotem suam totam causa legitima existente alienare.

Contractus rei Ecclesiæ absque solemnitatibus, & pontificio assensu vltra triennium, non valet minus per illud triennium refert Merlin. in c. 55. n. 9. forens. controuers.

Contractus viduæ obligatæ absq; regio assensu, est nullus, vid. Melin. in cap. 55. n. 16. forens. cōtrou. & Dom. de Franch. in dec. 279. 578. & 623. Gizzarel. dec. 4.

Contractus ad gaudendū, vel pignus, aut ius luendum, hodie frequentantur, & permittuntur, licet per dec. Thessaur. 78. reprobatur, sed de iure ciuili, & canonico, ob incertitudinem factuū permittitur, Ricc. in prax. for. ecclesi. resol. 48.

Contractus factus in alienatinne rei ecclesiasticæ, facta in Ecclesiæ vtilitatem, valet etiam sollemnitatibus a iure requisitis non obstantibus, Vrsill. in dec 374. n 1.

Contractus facti per Notarium, positi in protocollo, confirmati ab eodem Not. Iudice, & testibus, etsi omnes sunt mortui, cum Reg. licentia S. R. C. constito de bona fama Notarii, facit reassumere per alium notarium viuum, & subscribere per alios testes viuos, pragm. 2. de fid. instrum. const. Regn. incip. instrumentorum robur.

Contractus subscribantur per notarium, Iudicem, & testes in protocollo, vt postea possit in casu necessario probari, Reg. pragm. 2. de fid. instrum. & constit. Regn. prædicta incip. instrumentorum robur, & non subscripti non faciunt fidem.

Contractum nullum, quis dicens, vel petens restitutionem in integrum, prius restituitur pretium, Vrsil in dec. Affl. 220. n. 3.

Contractus fęneratitij sunt illi, quando dantur bona mobilia, vel gioia cum parua quantitate pecuniæ, & sic non potest fieri iste contractus, vide pragm. 1. de minor. & mittit pęnam notario, & Magistro actorum, si sunt redititii tantum.

Contractum esse nullum, potest allegare ille, in cuius beneficium est, & quilibet potest venire ad factum proprium, Petr. ad Gram. in dec. 79. n. 1.

Contractus puberum iuramenti firmati nequeunt infirmari, nisi vis, vel metus interueniat, vel sit promissum de non exponendo querelam, auth. sacramenta puberum C. si aduers. vendition.

Contractus ex conuentione legem accipiunt. l. legē. C. de pact.

Contumax per contumaciam, nunquam videtur iurisdictionem prorogare. l. si quis ex consensu, vers. adfuisse C. de episc. audien.

Contumax ex sola contumacia, & banno circumscriptis aliis indiciis, & probationibus torqueri potest, Gram in cons. crim. 34. n. 14.

Contumax non auditur, nisi refectis expensis, & sic etiam ille qui vult agere instantia perempta, Vrsill. ad Affl. in dec. 70. n. 3.

Contumaciæ accusari debēt statim facta citatione, & relatione nuncii, aliàs elapso termino, contumaciæ sunt nullæ, licet per pręcedentem pragm. fiscus nunquam constituitur in mora, & semper est præsens, & contumaciæ possunt accusari, pragm. 5. de citatio.

Contumaces tam ciuiles quam criminales, tenētur personaliter comparere in iuditio, aliàs à contumacia non possunt liberari, pragm. 12. de citatio. scrib. & eorum salar.

Contumax si non comparet pro confesso habetur, constit. Regn. incip. pęnam eorum, Carauit. super Rit. M. C. V. 123. n. 5.

Contumaces criminales condemnantur ad tertiā partem bonorum mobilium fauore fisci, constit. Regn. incip pęnam nouem vnciarum.

Contumax ex primo decreto, si infra tres menses comparet, & reficit expensas contumaciales, contumaciam purgat, & auditur, si fuit impeditus comparere vltra dictos tres menses, etiam auditur iuxta tempus elapsum, prag. 3. de ord. iudic.

Contumax ex secundo decreto perseuerans in contumaciam per tres menses iterum citatur ad videndum secundi decreti interpretationem, si interposito decreto perseuerat per mensem, amplius non auditur, nisi docuerit de legitimo impedimento, & fit adiudicatio ex secundo decreto actori bonorum executorum, pragm. 4. de ord. iudic.

Contumax propter contumaciam, amittit priuilegium declinandi forum ad iudicem competentem, secus ad iudicem incompetentem, Vrsil. ad Affl. in dec. 133.

Contumax appellans, non auditur, nec potest allegare litis pendentiam, sed auditur, quando est citatus ad sententiam dicendum, & audiendum. Vrsil. ad Affl. in dec. 133.

Contumax non auditur in ciuilibus causis, nisi refectis expensis. l. sancimus. C. de iudic. Carau. super Rit. M. C. V. 298.

Contumax non auditur, nisi refectis expēsis, & pro contumace nemo loquatur, alias esset noua praxis absque refectione expensarum, quem audiri, dum apud omnes iura callentes, notoria sunt iura communia, & municipalia disponentia, quod pro cōtumace nemo loquatur, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, omissis vulgatissimis regiis pragmaticis, Muscatell, in sua pract. iudiciar. glos veniens par. 2. nu. 3. Rit. M. C. V. 211. 298. Cauens. super Rit. 220. l. sancimus C. de iudic. nō obstat Rit. 133. qui potest adduci in contrariū,

loquens

loquens diuersimodè quo ad pęnam.

Contumaces à nemine albergentur, nec ad Curiam maiestatis per quinque ligas accedant, sub pęna mortis naturalis receptantibus eos, & ducatorũ mille officialibus non castigantes eos, loquitur præsens Reg. pragmat. tam in contumace, quam in bandito, & forjudicato, eodem tit. de recept. malefact.

Contumaciæ in Regno hodie quomodo accusãtur, & quid quando sequitur festum alicuius Sancti, Dom. de Franch. in dec. 639. n. 4.

Contumax per contumaciam contractam amittit forum suum, Dom. de Franch. in dec. 417. Affl. in dec. 133. & perdit beneficium, l. vbi ceptum de iudic. & ibi Vrsill.

Contumaces M.C.V. & Regiæ Audiẽtiæ receptãs, ab eo Tribunali punitur, & remissio causæ prædictæ denegatur Baroni eam petenti pro suo vassallo, & sic iudicatur hodie indistinctè, Dom. de Franch. in dec. 470.

Contumaci denegatur audientia, & pro contumace, nemo loquatur, nec auditur pater, affinis, neq; amicus ad proponendas exceptiones respicientes innocẽtiam, & iustitiam, quia esset facere defensiones, & esset melioris cõditionis contumax absens, quam fiscus, Carau. super Rit. M.C.V. 220. & 2.6. in fi. Gizzarell. in dec. 76. n. 17. & sic quando filius est contumax, non potest audiri per comparitionem patris, præsertim per exceptiones extrinsecas probationes requirentes, & iustitiam causæ, & defensionem inquisiti, nisi inquisitus ipse compareat, & de sua iustitia, & innocentia doceat, aliàs esset noua, & perniciosissima practica contra fiscum.

Contumax in vno actu debet in alio actu citari, cap. consuluit de offic. deleg. Affl. in const. Regn. incip. iurisperitorum lib. 2. n. 18. in fi.

Contumacia crescente, crescit pęna. l. quicunque, C. de sexu fugit. l. 3. de patr. potest. & contumax non habet exceptionem litis pendentiæ, Merlin. in cap. 81. forens. controuers. n. 13.

Contumax in tota causa, tamen debet ad sententiã citari, glo. in auth. iubemus C. de iudic. & ante in verbo delegatus.

Contumax non potest appellare. l. ex consensu, §. fi. ff. de appell. l. properandum. § sin autem reus, C. de iudic. Dec. in cons. 34. n. 1. vol. 1. & verus contumax non dicitur, quando citatio est facta ad domum, nec auditur contumax, nisi prius refectis expensis, & contumax factus in domo, non per hoc prohibetur appellare, secundum decis. Dom. de Rota in tit. de dol. & contumac. in nouis, decis. 16. incip. Item cum iura clamitent.

Contumaci denegatur audientia, & nõ potest proponere exceptiones dilatorias, & habetur ac si litem ad sui præiudicium contestasset, vid. in verbo exceptio dilatoria, & Merlin. in cap. 48. controuers. forens.

Contumaciæ quomodo & quando currunt in causa. vid. Carau. super Rit. M.C.V. incip. Item seruat ipsa Curia de contumac. accusat. & in alio Rit. incip. item seruat ipsa Curia in primis citationibus. Gram. in cons. crim. 37. nu. 1. & sic contumax effectus iuris ordine non seruato, non dicitur verus contumax, sed ille contumax, qui ritè, & rectè fuit reputatus.

Correctio, siue castigatio permittitur domino contra seruum suum, & quid, & quomodo excusatur dominus, verberando, & quomodo punitur Alex. in cons. 75. viso themate vol. 3. Barbat. in cap. cum contingat extr. de for. compet. n. 76.

Correctio subita non præsumitur. l. non ad ea. ff. de condit. & demonstr.

Correctio in seipso, est melius, & honestius quam ab alio corrigi expectare, auth. vt fratrum sibi in princ. vbi etiam glos.

Correctio, & modica castigatio, est permissa patri contra filium suum, & merito contra vxorem suam, qui possunt eos in carceribus detinere, & in camera eorum pro carcere, & non incurrunt in pęnam priuati carceris, Vrsill. ad Affl. in decis. 149. n. 4.

Corrigendi potestatem habens, si modum in corrigendo excesserit, pęna excessus punitur, Vrsil. in dec. 206. n. 14.

Copia primi libelli, quando petitur omni iure, est concedenda, ad finem deliberandi, non obstante, quod acta prius fuerint percontata, glos. in clem. 2. in verbo oblatos de appellatio. Marant. in suo specul. par. 6. membr. 3. n. 2. Viu. in dec. 11. nu. 12. de iur. regn. adest Reg. pragm. incip. Quinta die de ord. iudic.

Copia iurium allegationum debet dari parti, si mittuntur in processu, alias secus, ne iudex circumueniatur per falsas scripturas, Arpon. in comment. 12. Affl. in constit. Regn. incip. damna clandestina, Io. Petr. de Ferrariis in sua pract. papiens. in tit. de for. compet. cap. instrum. l. si quis obrepserit. ff. ad l. Cornel. de fals.

Copia indiciorum dari debet inquisito, si dicit eũ esse torquendum, dummodo non sit leuis persona, Affl. in const. Regn. incip. si damna clandestina n. 34. & qñ proceditur ex officio, & est notorium delictum, non datur copia prædicta n. 39.

Copia processus soluitur actuarijs, & scribis ad rationem duorum granorum cum dimidio pro qualibet carta, in qua debent esse vigintiquinq; versus per facciata di carta, partes decem pro quolibet versu, pragm. 5. de act. scrib. & cor. salar. & sic Rit. M.C.V. 311. ait, quod 8. cartę processus soluantur tarenũ vnum.

Copia repertorum non datur petenti, fisco reluctãte in delictis grauibus, secus vero in delictis ordinariis, dari debet, Domin. de Franch. in decis. 629. n. 2.

Copia repertorum, quando petitur per aduocatos versutos, dicendo habere testes Curiæ legitimè citatos, pro legitime repetitis, si à iudice non aduertitur illa clausula est nullitas, Dom. de Frãch. in dec. 716. Petr. ad Gram. in dec. 28. n. 6. Foll. in sua pract. crim. in verbo datur copia capitulorũ, fol. mihi 149.

Copia copię, in actis curiæ præsentatæ, extracta prius ab originali, & postea præsentata in curia,

& ab

& ab illa copia curiæ est extracta dicta copia facit fidem, Vrsill.ad Aff.ic.in dec.282.n 9.

Copia copiæ,non præsentatæ in actis Curiæ, & ab illis extracta nullam fidem facit,Ricc.in collect. dec.2085.Rot.diuersor.in dec.733.

Copia copiæ scripturæ,vel publici instrumenti, & exemplum exempli, ex qua authenticatio fieri non potest,cessat hoc quando capitur scriptura ipsa ex publico archiuio,quia tunc præsumptio cadit veritati maxime quando tractatur de scriptura antiqua, & in antiquis scripturis, credito exemplo, Aret.in conf.36 col fin.2.dubio, Dec. in conf 36.col.2 Anna in conf.88.n.23.lib.1.maxime,quando semel reperitur in actis præsentatum,facit perpetuò fidem Bald.in l.fin.nu.4. C. de fid.instrum.Perusin.in dec.115.n.19.& seq. & licet fides,& copia copiæ non faciant fidem, tamen aliquando statur authenticationi, quæ admittitur,& creditur,Mastril.in dec 43.

Corruptela officialis, quando est pecunia corruptus,per quam pecuniæ corruptionem fallum committit,Doctoratus dignitate priuatur,publicatione omnium suorum bonorum, & in insulā perpetuo relegetur,Gram.in vot.crim.26.

Corruptela contra officialem, quando probatur, non debet stari solo dicto mediatoris, nec vnius testis asserentis, & deponentis in facto proprio, quod consignauet pecuniam alicui,quia aliquis ei illam dedit deferendam, nam totum dicit ad se exonerandum & testatur in facto proprio, Dec.in conf.19.vol.5 Gram.in conf.crim.vol.35 Vrsil.in dec 369 n.12.

Corruptela officialis,concussio,extorsio, seu baraptaria,inter se aliqualiter differunt, sed ex quodam facto omnia sic nascuntur, idest datione, seu solutione pecuniæ,siue alterius rei, siue promissione iudici, vel alio officiali, Muscateli. in sua pract. crim. de corruptel.official. seu iudic. sed si iudex inquiritur de corruptela, testes nedum debent deponere de solutione,promissione pecuniæ,sed ob quam causam data, vel promissa fuit saltim ex fama, si non potest ex alia scientiæ causa probari, n.12. & iudex corruptus non potest iterum pronunciare,quamuis sententia sit nulla.quia vbi redarguitur eius sordes, & malitia,ipse non est superior n.44 l. absentem, C.de accusation. & pęna iudicis male iudicantis per corruptelam pecuniæ, siue alterius rei, seu concussionem,& extorsionem, vel baraptariam, & tunc si est in causa criminali per sententiam punitur iudex, mortis naturalis pęna, si ciuilis erit causa,tenetur eadem pęna, qua ipsæ in quātu n condemnauit,n 49 & istæ pęnæ locum habent contra iudices corruptos, non autem contra corrumpentes,sed per consil.Gram.35.n.13. & 14.tenet,quod iisdem pęnis tenentur corrumpentes,quibus tenentur ij si corrupti,imo etiam maiori pœna tenetur corrumpens, quam corruptus. num.56.& hoc quando ambo sunt seculares,& per constit. Regn incip.litigator iudicem corrumpens,punitur pœna amissionis causa n.38.& iudex corruptela inquisitus, legitimis probationibus debet conuinci.l.iudex. C. de dignit.lib.12.& requiritur, quod testes sint omni exceptione maiores,& probationes claræ,& euidentes,ex quo lex semper pro iudice præsumit, l 2.C.de offic.iudic.ciuil. tamen de iure nouissimo huius Regni fuit prouisum.quod ad probādum hoc crimen sufficiunt ad minus tres testes singulares, quamuis per aliam pragmaticam sit dispositum, quod requiruntur quinque testes singulares, & quod non deponant per odium, nec per inimicitiam, sed sint integræ opinionis, & famæ n.38. & iudici corrupto imponitur pęna confiscationis omnium bonorum,& nocet filiis,& statim officio priuatur.n 41.

Corruptelæ officialis pęna,de iure communi imponitur pęna exilij,cum publicatione omnium bonorum,sed de iure regni per constit. Regn. incipientem corruptela, & tantundem soluat deferenti,quantum accepisset,seruatur hoc per cap. Regn. incip. vulgaris famæ praeloquium, soluit iudex talis,pro pęna fisci triplum, sed probationes in hoc crimine, debent esse luce meridiana clariores,& testes sint omni exceptione maiores, Gram in conf.crim.35.

Cor est linguæ imperator,& habet eam in potestate.Gram.in vot.crim.23.n 8.

Crassatores viarū, & alii reprobi malefactores possunt etiam die feriato condemnari, per cap.Regni,incip.prouisa iuris sanctio, & in delictis notoriis omni tempore potest ex officio procedi.

Crassatores viarum cognoscuntur à iudicibus preuenientibus ad eorum capturam, Dom.de Franchis in dec.342.

Crassatores viarum,differūt à publicis latronibus, nam crassator propriè est, qui viatores in vrbe obsidet, latro vero est ille, qui foris obsidet, & hanc differentiam colligit Decian. in lib 6. cap 28.sub n 2.l.capitalium.§ grassatores. ff de pęn & omnes isti sunt ecclesiastica immunitate priuati, Alex.Ambrosin.de immun.eccles.cap.3.nu 8.fol.mihi 29.Ricc.in prax.var.resol. for. eccles resol.12.& 13.par.2.dicit, quod non gaudet ecclesiastica immunitate grassator,qui plura furta commisit,non tantum vnicum furtum.

Creditor quando accepit rem debitoris, vt sibi de credito quod debet consequi satisfiat, non tenetur vi bonorum raptorum, nec rapinam voluit committere,& credit sibi licere, cum voluntas, & propositum in distinguunt maleficia. l. qui in iure circa princip.cum vulg.ff.de furt. Gram. in conf.crim.50.n 5.

Creditor, qui suum creditum probare incipit per testium probationes potest eas relinquere improbatas,& suum oblare iuramentum,ad quam delationem admitti debet, Cacheran.in decis. Pedem.97.

Creditor impediens corpus mortuum sepelliri, punitur pęna amissionis debiti petiti,Gram.in dec. 82.per totam,Marsil.in repet. l. vnic. C.de rapt. virg.n. 138. multa notabilia cumulat Gulielm. de Benedict.in repet. cap. Raynutius,in verbo mortuo itaque testatore in primo nu. 53. & seq. latè

latè Couarr.lib.2.var.resolut. cap. 1. nu.1. l.qui sepulchra C de sepulcr.viol.in gl.in verb.mater.

Creditoribus soluto matrimonio per mortem Viri, competit ius offerendi solutionem debiti dotalis, & res pro dote hypothecatas prosequendi, Cacheran.in dec.pedem.135.nu.4.& de materia creditoris habentis generalem,& specialem hypothecam quis praefertur,vid.dec.159.

Creditor possidens pignus ex quo percipit fructus,eos in sortem computare tenetur, Cacher. in dec.pedem.115.n.11.

Creditor primus, non potest petere pecuniam solutam per debitorem secũdo suo creditori, quia ille est prior, & potior inter creditores, qui primo soluitur,& de ista materia primi, & secundi creditoris in pecunia hypothecata primo creditori,vide Gram.in suo lib.dec.q.1.n.1.& 2.

Creditor priuatus habens anteriorem hypothecã, praefertur fisco in collectis.Merlin.in lib. cõtrouers.forens.cap.2. n.31.

Creditor hypothecarius in controuersia quinquẽnalis,non tenetur concurrere.

Creditores potiores sunt penis fiscalibus. l.1. C.de pen. fiscal. lib.10. Iacob.de Aret.& Bar.in l.1.§. seruus.ff.ad Syllan.l.quod placuit. ff.de iur. fisc. Capic.vbi pulchrè & late in dec.130.

Creditori interest duos reos habere.l.4. §. fin. in prin.ff.de liber.legat.

Creditor in diem potest compelli etiam per capturam ad soluendũ,per l.inter omnes.ff. qui satisd. cogan.& hoc fieri potest non ad finem vt soluãt tunc,sed vt solutio in tuto sit,adueniente tẽpore nec obstat,quod creditor ante tempus,non dicatur verè creditor,quia non prohibetur,quod nõ possit agere ante tempus, vt adueniente die soluatur,Hodiern.in dec.Surd.307. & dec. 20. Cacheran.in dec. 130.Viu.com.opin.in verbo creditor,licet multi teneant cõtrarium,intelligitur, quando quis petit solutionem ante diem, secus quando petit cautionem, vt adueniente die sibi, soluatur.Camil.de Medic.in cons.348.nu 9. Vrsill.ad Affl.in dec.279.in fin.l.inter omnes. ff.qui satisd. cogant.

Creditor succedens defuncto debitori,videtur sibi de suo credito satisfieri, & illud confundere, & prius de mobilibus satisfieri, & aditio haereditatis,loco successionis habetur,Hodier.ad Surd. dec.170.n.2.

Creditores si duo concurrant,& vendicant eandẽ rem,vel eundem fundũ ab eodem possessore,primo vincenti traditur res,praestita cautione,idest restituitur ei fundus,cui primo peruenit ad sententiam,& ille cauebit de praestãdo possessorem indemnem.l.is à quo fundus ff.de rei vendic.

Creditor vendens pignus,& promittens euictionẽ, debitor est liberatus,Vrsil.in dec.262.n.2.& hoc secundum opinionem Ruin. tantum.

Creditor testatoris p legitima,vid.ĩ verb.legitima.

Creditor defuncti,vel in actione personali, vel hypothecaria, praefertur legatario, etiam habente actionem hypothecariam, Dom.de Franch. in dec.374. n.7.

Creditor vendens pignus, & euictionem promittens,debitor non est liberatus. Vrsill. ad Affl. in dec.262.num.2.& hoc est secundum opinionem Negusant de piguor.

Creditor habens plures obligatos insolidum, recipiendo partem sui crediti ab vno ex debitoribus suis,sibi praeiudicat,si quatuor requisita nõ concurrant,videlicet quod soluat debitor partem suam tantum, & non plus, & tanquam suam, quod creditor recipiat de sorte principali,& nõ de vsuris,& quod nõ sit dictum saluo iure solidi, Vrsill.ad Affl. in dec.142.

Creditores quando duo concurrunt in actione hypothecaria, quorũ vnus est prior in tẽpore, sed eius creditum fundatur in confessione debitoris, alter vero est posterior, sed docet de vera solutione pecuniae hic posterior praefertur, quia debitum confessatum est minus priuilegiatũ,quam illud quod constat per veram numerationem Pascal.de vir.patr.pot.cap.8.nu.77.par.1. Vrsil. dec.402.in fin.

Creditor non potest bona debitoris exequta, sententia mediante possidere in satisfactionem sui crediti, priusquam dicta bona exponentur venalia,quia aliquando eueniri potest, quod bona executa non exponuntur venalia, & creditor nõ possidet in satisfactionem sui crediti, verum secundum ordinem legis,hoc iudex facere nõ potest,nisi de communi consensu ambarum partium,idest debitoris dãtis, & creditoris recipiẽtis l ordo.§.si pignora, vers.nam & si debitor C. de execut.rei iudic.& l.2.& 3.C.si in causam iudicij,Affl.in dec.273.alias si accipit rem debitoris in solutũ sui crediti, & satisfactionem potest eam repetere,offerẽdo soluere pecuniam, in quã fuit condemnatus,excomputatis prius fructibus ex dicta re perceptis,Muscatell.in pract.S.R.C. ciuil. glos. adiudicantur par.3.de appell.credit. n.28.& creditor tenetur recipere eo inuito à debitore condemnato in pecuniam,rem aliquã stabilem,pro executione sententiae, Salic. in l ordo n:4.C.de execut.rei iudic.auth. de fideiussoribus §.quod autem,quod ne debitor mittatur in carcere,potest offerre creditori res stabiles meliores, & creditor tenetur accipere, sed hodie est tex. magis particularis deprompttus ex d. auth. de fideiussoribus ad correctionem iuris antiqui, in auth.hoc nisi, C.solution. domin. de Franch. in dec.81.Tessaur.in dec.pedem.153.n.12.Rom. in cons.163. primum & quintum necessariũ, est quod creditor probet fecisse exactam diligẽtiã, reperiendi pecuniã,& non reperit,secũdo, quod offerat creditori pro suo credito bona meliora, & pretiosiora ad creditoris electinnem,tertio de euictione ad fauorem credttoris; quarto, quod transferat dominiũ;quinto,quod det instrumẽta titulorũ;sexto magis substantiale est, quod probet non inuenire emptorem suorum bonorum, subastatis tñ bonis.l.non dubiũ.§.fin.ff.de leg.3. septimo,quod debitor non renunciauit expressè beneficio d.auth.hoc nisi,vt refert de Franch. in cit.decis.81.Minad.in dec.2.col.fin.vers. ego erã

in opinione; octauo, quod debitum non sit iuratum soluere in pecunia, Tesaur. in cit. decis. n. 14. Affl. in dec. 163. n. 2.

Creditor primus præfertur secundo, tam in capitali, quam in vsuris, seu tertiis decursis, quæ sunt accessoriæ principalis, Affl. in dec. 186. l. Lutius Titius ff. qui pot. in pign. hab. etiã si pœna loco interesse cocurrat, D. de Franch. in dec. 374. n. 3. Tor. in compen. dec. Regn. par. 1. in verb. prælatio, tenet contrarium D. de Franch. in dec. 613. l. si prior, & l. querebatur. ff. qui pot. in pign. hab. Ricc. in coll. dec. 502. Affl. in dec. 187.

Creditor faciens aliquem debitorem in vna parte libri, & in aliqua parte creditorum, stat in potestate debitoris, in qua causa vult facere compensationem, Vrsil. in dec. 120. n. 3.

Creditor succedens debitori, adiens hæreditatem absq; beneficio l. & inuentarii, non perdit hypothecam, si agit per viam assistentiæ contra tertiũ possessorem, qui tertius est etiam creditor per viam hæreditatis, vel alicuius hypothecę, tertius nõ perdit hypothecã, secus si agitur respectu hęreditatis, quia quãdo creditor succedit debitori actione hypothecaria, extinguitur hipothеca, D. de Franch. in dec. 80. n. 1. & 21. Vrsil. ad Afflic. in dec. 8 & 237.

Creditor mutuans pecuniam, si non potest probare mutuum, debet debitor denegare mutuum prædictum, Marant. in sua pract. ciuil. fol. mihi 395. n. 28. procurator, articuli, & positiones.

Creditor posterior. qui pecuniam numerauit, præfertur priori creditori, qui habet confessionem tantum, Vrsill. ad Affl. in dec. 402.

Creditor possidens rem debitoris loco pignoris, tenetur excomputare fructus perceptos in sortē principalem. Vrsil. ad Affl. in dec. 373. Dom. de Franch in dec. 12.

Creditor potest prius de vsuris, & interesse decursis satisfieri, & postea de sorte principali, Vrsill. ad Affl. in dec. 11. n. 10.

Creditor petens in iudicio sortem, non sibi præiudicat in vsuris l. 1. C. de iudic. quod intellige, vt per Alex. in dict. l. not. 2. add. quod in executione sententiæ, non requiritur citatio, glos. in l. 2. C. eod tu vid. Bar. in l à diuo pio. §. si post venditionem ff. de re iudic. & intellige, vt declarat Innoc. in cap. ex ratione de appell. & in cap. cum super de re iudic & in cap. quia quinto de iudic. Limita d. l. 2. vbi ibi per Alex. Item an, & quãdo libellus, vel sententia, possint esse generales, vide Abb. in cap. in nostra nu 8 & 9. extr. de sepul. & in cap. cum venerabilis num. 49. & 50. extr. de except.

Creditor tenetur præstare alimenta debitori carcerato pauperi, si debitor ipse non potest elemosinis viuere, vel admitti ad miserabile beneficiũ cessionis bonorum, aliàs Iudex tenetur eum alere de suis proprijs bonis, si hoc non facit, Vrsill. ad Affl. in dec. 71. n. 3. & 4.

Creditor si hæres debitoris existit, obligatio confunditur. l. debitori C. de pact. add. Negusant. in tract. de pignor. in 1. membr. 5. part. à nu. 50. vsq; ad finem, Bar. in l. debitor ff. ad Trebell. quod limita, vt per Dec. & Iacob. ibid. & de pactis appositis in l. si pascenda C. de pact. vid. p Ambros. de vign. in suo sollemni tract. de vsuris, in cap. salubriter n. 175. & Vrsill. ad dec. Affl. 150. n. 25. & seq. vbi multos alios citat, add. pactum tantum valere in scriptis. quam sine; Paul. de Castr. in l. pactum la 2. C. de pact. & Dec. & glo. in verb. in scriptis in l. contractus C. de fid. instrum.

Creditor propria auctoritate capiẽs debitorẽ, debitum illum admittit, Vrsill. ad Afflic. in dec. 395. num. 5.

Creditor non habet amplius hypothecariam pro suo credito, dũ illi res pro suo iam dicto credito fuit subhastationibus assignata, & si postea fuit sibi euicta, non habet euictionem, nec hypothecã contra primũ debitorem dum estinguitur actio ipsa, Surd. in dec. 266. sed contrariũ tenet Affl. in dec. 8. & vid. dec. Dom. de Franch. in dec. 50. n. 2.

Creditor alicuius debitoris, qui suũ debet consequi debitum in pecunia, & exposita re venali subhasta, adiudicatur creditori, ad pingueualens, idest habita consideratione, quod non potest habere pecuniam numeratam, conceditur res illa, non obstante, quod plus valet, adiudicatur sibi pro suo credito, & appellatione instrumentorum, veniunt nedum sententiæ, sed etiam ipsæ scripturę priuatæ, Mastril. in dec. Sicil. 25. per totum.

Creditor potest sua propria authoritate capere suum debitorem fugitiuum, & eum iudici asportare. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraudẽ credit. Paul. Montan. super pragm. de administr. Vniuersit.

Creditor, qui suum creditum probare incepit per probationes, potest eas relinquere, & oblare suũ iuramentum, ad quam dilationem admitti debet, Cacher. in dec. Pedem. 97.

Creditor quando capit rem debitoris sui, vt sibi de credito satisfiat, non tenetur vi bonor. rapt. nec rapinam committere voluit, & credit sibi licere, cum voluntas, & propositum distinguunt maleficia. l. qui in iure circa princip. cum vulg. ff. de furt. Gram. in cons. crim. 50. n. 5.

Creditor succedẽs debitori suo, nõ estinguit actionem. quando est grauatus, & habet ius retentionis, & hypothecæ pro suo credito prius de bonis defuncti, & non cogitur bona relaxare, antequam deducatur æs alienum, Mastril. in dec. 53.

Creditores in actione reali præferuntur cæteris creditoribus in actione personali priuilegiatis, D. de Franch. in dec. 53. n 9.

Crimen læsæ maiestatis præscribitur per quinquẽnium, si persona nõ viuit, per viginti annos præscribitur. Vrsill. ad Affl. in dec. 174.

Crimen læsæ maiestatis diuinæ non habet totalem recognitionem delicti in genere, quia delictum habet totalem, & vnicam cognitionem verborũ, & idem est crimen hæresis, quod solo dicto, & verbo committitur, scripto, & facto, & potest in hoc probari delictũ in genere, puta, si inquisitus suã falsam, & pertinacem, ac prauam opinionẽ, nedum verbotenus detegerit, & declarauerit,

sed

sed aliqua scriptura libro, & opere scripserit, facto baptizare imagines, rebaptizare pueros, & similia percutere, frangere, & deturpare imagines Christi, & B.V.M. & aliorum Sanctorum tamquam eius simulacra, Affl.in constit.Regn.incip. Inconsutilem, n.22.si matr.tract.de hæres. cap.3. n.9.& in eo cadit delictum in genere, vbi facti vestigium remanet, & ex generali cõsuetudine, hoc delictum probatur ex vehementi suspitione, & quando non possunt haberi duo testes idonei, admittuntur inhabiles, sicut admittuntur in omni delicto, vbi veritas aliter haberi non potest, cap. tertio loco de probation. l.fin. C. de probation. ex quibus depositionibus potest deueniri ad torturam, & condemnationem pęnæ ordinariæ in crimine hæresis in aliis ordinariis ad torturam tantũ, Muscatell.in sua pract.crim.in tit.de crim. læs.maiest.diuinæ per totum.

Crimen læsæ maiestatis committit ille, qui per nũciũ hostibus mittit literas, vel illas scribit, quod per testes commeatum, talibus armis pecunia, equis, vel aliqua re, adiutus fuerit, vt in casu posito per Muscatell.in pract.crim tit.de crim læs. maiest.human.nu. 8. & iudex tenetur ex officio procedere in hoc crimine, & non faciens punitur, Capic.in dec.130.cap.Regn.incip.apud Tranum, instit.de pen.constit.Regn.incip.hij qui, & ad verificandum hoc delictum admittuntur testes etiam inhabiles, & de iure non admittendi, dummodo non sint inimici.l.in quęstionibus. ff. ad leg. Iul.maiest. l de minore in prin ff.de quæstion.& supra dicto inquisito in fortiis Curiæ existente, si petit defensiones, non conceduntur inconsulto Prorege quem certiorare debet, officialis de delicto ipso, testibus examinatis, eorum depositionibus, & qualitate testium, n.26.& 27. & datis defensionibus, & petita per eum copia repertorum, non conceditur inconsulta S. E. & repetuntur testes in hoc crimine, parte non citata, vt in aliis criminibus repetuntur parte citata, in hoc verò probant testes etiam non repetiti nu.29. Feli.in cap. quoniam de probation.& inquisiti de hoc crimine, non habilitantur, etiam si perfectè informatio constare non cepit, nu 30. constit.Regn.incip.humanitate, & ibi Affl. n.37. notab. 10.& in cap.nuper apud Tranum de pen. l.2.& 3.ff.ad l.Iul.maiest.& sententia potest contra eos absentes fieri, & ferri, & habet exequtionem num.32. nec potest talis inquisitus appellare, & appellatio non impedit exequtionem, nu. 32.& pęna dicti criminis est mortis naturalis, publicationis omnium bonorum suorum mobilium, stabilium; & damnatur memoria per mortem, Affl.in constit.Regn. inconsutilem, nu.29.& 17.not.& de consuetudine Regni, & criminis viui frustra scinduntur, & appenduntur in locis eminentioribus Ciuitatis, & locorum in quibus deliquerunt, & potest explanari domus delinquentis per Curiam, si Curia ipsa vult, & eam diruere, Luc de Penn.in l.1.C.de petit. bon. lib. 10. & filij istorum rebellium sint inhabiles ad omnem succesionem, infames declarantur, et omni officio sunt destituti, ita, vt vita eis sit supplicium, mors solatium, nu 39.et 40. et nullus cũ dictis filiis proditorum potest matrimoniũ contrahere sine licentia Curiæ, nu.43. et hoc procedit solum in crimine læsæ maiestatis in primo capite, idest in Regem, seu Rempublicam. In secundo vero capite solum pęna mortis, & publicatione omnium bonorum, absque damnatione memoriæ in filios, quia per mortem crimen extinguitur l. 1.ff.ad l. Iul. maiest. et mors Andreæ de Isern. crimen lęsæ maiestatis iudicatur, num. 51.et offensio facta officiali baronis, est crimen læsæ maiestatis nu.5.Affl.in constit.Regn. incip. vt participatio, vers. secundo quæro constitutio si quis aliquem, et iurisdictionem vsurpans, etiã incidit in crimen læsæ maiestatis in secundo capite.l.3.§ si ff.eod. et qui iurisdictionem propria auctoritate occupat, et se officialem facit, absq; Principis motu, est pęna capitis, publicationis bonorum, et falsi, et dominus terræ, habens iurisdictionem tantum ciuilem, et criminalem vsurpat, vel criminalis vsurpat ciuilem, eam exercendo, vel alteri committendo, erit pœna publicationis illius terrę constitutio Regni incip eaq; vel aliquis petens creari officialem ab aliqua Vniuersitate et erit pęna capitis, constit. Regn. incip.cum satis, aut assumens sibi officia, et in eadem pęna incurrit, C.de diuers offic. et numerar.lib.12.Capic.in dec.130 num.32. Muscatell. eod.tit.nu.59.

Crimen læsæ maiestatis non committitur, quando offenditur officialis baronis superiorem, non recognoscentis, nec ipsum baronem, vel Ducem offendentem, vel conspirantẽ, vid. Ricc. in pract. for.eccles.tom.2.resol.4 Viu.in dec.278. Capic in dec. 124.& 130.n.12.& 18. nec officialis inferior potest esse iudex in causa propria, nisi quando delictum est notorium, vel quãdo est offensus officialis in exercitio iurisdictionis, secus quando est Curia pro Tribunali sedente.

Crimẽ stellionatus punitur pęna extraordinaria, vt punitur testis deponẽs nõ iuratus, Vrsil. ad Aff. in dec.366.n.5.Bal.in l iusiurãdi in fi.C.de testib.

Crimen proditorium dicitur illud, quod ab amico committitur, de Franch.in dec.713.Decian. in tit.de pęn.proditor.cap.31. lib.7. vol. 2. Capibl. de baron.par.2.cap.31.nu.25.

Criminalibus causis, plus creditur mille negantibus in fauorem rei, quam mille affirmantibus, & hoc quando negatiua non est probabilis, quando vero est probabilis secus, Bal.in l.data opera, n.44. C.de his, qui accus.nõ poss. Soccin.in reg 426.in fi.Nicol de Neap. in l. 1.de ventr.inspic.Corset. in singul. suis in verbo testis, incip. duo testes.

Crimina semel commissa, venia digna merent, tex. est in l.3.in fin.C.de episc.aud.

Correlatiuorum ea est natura, vt quicquid in vno disponitur, regulariter habet locum in pęnalibus.l.fin.ff.de exceptio.& l. 1.C.de cupress. l. 11. quod procedit, etiam in correctoriis. l. fin. vbi Bar.not.C.de indict.vid.Foll.vbi etiam Ias.

Correctorijs non est licita estensio, auth.quas actiones

nes C.de sacros.eccl.vbi glo.& omnes, licet correctoria non extendantur vltra terminos suos, in quibus loquuntur iura tantum, limitatoria bene extenduntur extra terminos suos, & demptitate rationis, Bar.in l.si constante.ff. sol. matrim. & in correctoriis etiam fit extentio, quando ratio est scripta, in l.corrigere ex idẽptitate rationis, Bal. & omnes in d auth. quas actiones.

Corpore in pulcro residet anima virtuosa, Alex.in conf.209.vol.2.

Culpa non caret, qui scit, & non prohibet, Gram. in conf.crim.22.num.5.l.culpa caret, cum vulg. de reg.iur.

Culpa grauior est in faciendo, quam in omittendo. l.si vsusfructus.§ denique ff.de vsufruct.

Curator ad lites est dandus pupillo eo inuito, non obstante, quod habet procuratorem generalem, quem defendere possit, quia curator fit, vt iuditium legitimari possit, pro eo intimãdo in actis, alias acta facta absque curatore sunt nulla, & omnia gesta per minorem absque causæ cognitione, sunt nulla, & requiritur decretum iudicis, quia non sufficit solum eius interuentus, & præsentia, quæ nõ valdat actum, nec decretum dici potest, sed potius assensus, & minor per eius iuramentum videtur esse maiorem, & non restituitur in integrũ, sed contrariũ tenet Dom. de Franch. in dec.448. Vrsil.ad Affl.in dec.114.circa reliqua vid.Mastril in dec.54.

Curator ad lites datur petenti.l.qui habeo. §.si pupillus.ff.de tutel.Affl.in dec.216. n.1.& 2. & dec. 262.n.5.Carau. super Rit. 291. quando quis est notoriè maior non datur curator, Marant. in dist.16.nu. 56. nec curator ad lites datur inuito dicto §.si pupillus, vbi Bar.tex.in l.2.§.quæritur. ff de curat.bon.dand.Siluest.Aldobrand.in §. itẽ inuiti nu.17.Bald. in l quæ fortius n.16.C.de pignor.& Mastril.in dec.174.n.1.& prouisio curatoris aliter facta est nulla.

Curatores non possunt remittere debitum pupilli, quia tunc non sunt loco domini, cum pupillum spoliant, glos. in l. pactum in verbo remittentes C.de pact an autem tutor vel curator possint debitum remittere, transigere, vel compromittere, vid.Dec.in conf.297.vol.2.num.5.& 6. & ibi dat cautelam aduocatis ad rescindendas eiusdem remissiones, vel transactiones.

Curator datur patri male vtenti substantia sua, cadendo in prodigalitatẽ, Dom.de Franch. in dec. x.n.11 l.1.C.de bon.matern.

Curator ad lites datur minori 18.annis, & prius fit præceptum minori, quod eum nominet, alias ipse per Curiam eligitur in contumaciam, ex officio Affl.in dec.28.

Curator datur hæreditati iacenti, Vrsill. ad Afflict. in dec.262.256.nu.5.

Curator datur dilapidatori bonorum, qui præsumitur demens.l.is cui bonis.ff.de verb.oblig.Capibl.de baron.cap.65.n.9.par.2.

Curator dari debet, iux.tex.l.fin.C.de curat. furios. cum suis sollemnitatibus, & capta prius informatione.Menoch.de arbitrar.iud.lib. 2. cent.2. consil. 150.quibus sollemnitatibus, & requisitis non adhibitis, si aliter datur, non dicitur curator, nec quisquam agere potest, d l.fin.dum a pari procedunt, infans, furiosus, curator, & tutor.§. quod diximus.instit.de inutil. stipul.l.1. in prin. & l.quod si infans.ff.de rei vendic. Vant.de nullit.in tit. de nullit. ex defectu inhabilit. seu mandat.comparentium nu.59.

Curia Admirantiæ, cognoscit de omnibus personis viuentibus ex arte Maris, & de quinquaginta seruientibus curiæ prædictæ, Dom.de Franch. in dec.417.

Curia nõ potest recedere expeditionem processus, sub prætextu, quod Curia stat ad informandum, Petr.ad Gram.in dec.28.n.3.

Curiales hodie nõ possunt fideiubere, qui curiales sunt procuratores aduocati frequentantes curiã, Notarij, Scribæ, &c. qui sunt difficiles ad conueniendum ob eorum cauillationes, & calumnias, sunt rixosi, litigiosi, & istæ personæ remouentur à fideiussione, & remouetur mulier, minor, miles, scolaris, filiusfamilias, fiscus, & omnis persona, qui immobilia non habet, quæ de facili asportari minime possunt, sed pro consanguineo recipitur, & quod non habeat in bonis. Rit. M.C. V. 160.

Custos tenetur de mala custodia, & de damno illato in custodia recepta, Rom. in conf. 7. visis necessariis, & etiam à lupis tenetur custodire, Cassan.in consuetud.Burgund.rub.1.§.1.n.6. in fin. Vbald in tract.de duob fratrib.par.11.n.44.

Custos alicuius rei deperditæ, potest torqueri. l. nã salutem.ff.de offic.præfect.vigil. Catald.in tract. sindic.n.183.Gram.in dec.3.Affl.in dec.57.

Custodis carceris diligentia, quomodo probatur, Aret.in conf.37.Angel de malefic. in verb. fama publica præcedente col.18.incip.custodes.

Custos quiuis tenetur de mala custodia, tam custos carcerum, quam custos animalium, & de omni alia re sibi data ad custodiam, & sic tenetur depositarius, mandatarius, commodatarius, conductor, venditor, locator, in pignius recipiens, emphyteuta, mulio, dñus, maritus, tutor, negotiorũ gestor, famulus, socius, ac late de dolo lata, ac leuissima culpa, Cagnol.in l.contractus.ff.de reg. iur.Petr.ad Gram.in dec.3.n.19.Vrsill.ad Afflic. in dec.13.& sic tenetur caprarius, armentarius, & similes custodes.

Custos carceris soluens interesse pro fuga carcerati, illud repetit à fideiussoribus, Petr.ad Gram.in dec.71.n.11.

D.

DAmnum quis dans ex l.aquilia, ex leuissima culpa non venit emendatio damni, si fuit in omittendo, non autem in faciendo, Vrsil.ad Affl. in dec.57.n.1.& refert casum, quando quis fuit ad luctam prouocatus, & habebat gladium ad latus non prohibitum, sed ad calamos aptandos, & vulnerauit luctantẽ, non tenetur nisi ad emendam damni illati, Vrsil.ad Affl.in dec.prædicta n.7.& sic etiam de incendio.

Damnum datum soluens Communitas, illud repetit

tit ad damnum, inferente Petr. ad Gram. in dec. 71. nu. 11.

Damnis datis, proceditur ad partis instantiam cum eius iuramento, & vno teste, & si damnificatus portat animalia carcerata absq; teste, sed solum cum eius iuramento, & non procedit ad liberationem ipsorum, nisi prius parte condemnata ad soluendum damnum, sub pęna vnciarũ quinque, & pęnæ baiulorum augustalem non excedant, Regia pragmat 1. in tit. de offic. Baiul.

Damnum dantes, siue cum animalibus, siue personaliter, non potest ad condemnationem procedi, nisi constet prius per vnicum testem cum iuramento inuentoris, seu partis dãnificatæ, nisi pars damnificata habuerit animalia in posse, vel officialis dicta animalia inuenerit, quibus casibus, stetur dicto partis, seu officialis assertioni cum iuramento, & hanc vocauit probationem priuilegiatam, Gram. in dec 67. n. 14. & 15. Muscatell. in pract. crim. in tit. de incendio, ruin. & naufragio n. 25.

Damno passo de eius quantitate, creditur patrono damnificato, cum eius iuramento, constito tamẽ prius de extrinseca probatione damni, Gratian. in discept. forens. tom. 4. discept. 772. n. 20.

Damnum illatum, probatur iuramento illud passi, Ricc. in coll. dec. 211. Capic. in dec. 44. & sic de quantitate.

Damnum, quod quis sua culpa sentit, alijs imputari non debet. l. quod quis. ff. de reg. iur. Cacher. in dec. pedem. 123. n. 3.

Damnum dolosè dans, pro eo statur iuramento damni passi super rebus oblatis, & damno, vel eius æstimatione, iudicis taxatione præmissa stari debet. l. si quando de damn. dat. & lex ista procedit, si vis compulsiua, vel turbatiua interuenerit, Innoc. in c. fin. n. 3. de his, quæ vis metusue caus. vbi Abb. n. 3. Bar. in l. quidam tabularum. ff. de furt l. in actionibus. ff. de in lit iuran.

Damnum illatum præsumitur à vicinis, vel ab inimicis, Specul. in tit. de pręsumption. §. species col. pen. & fin Mandell. in cons. 56. n. 16. & cons. 72. n. 11. Dec. in cõs. 64. col. 4. Luc. de Penn. in l. quẽadmodum C. de agricol. & censit. lib. 11. præsũp. 90. Limita, nisi vicinus sit bonæ famæ, Bal. in l. 1. ad fin. C. locat. Hyppolit. de Marsil. in sua pract. crim. in l. qui falsam monetam, n. 317. ff. ad l. Cornel. de fals.

Dat bis, qui cito dat. §. fideiussores in fin. instit. de fideiussor.

Dare beatius est, quam accipere, cap. cum Mattheus §. 1. de celebrat. missarum.

Dare, est accipientis facere, Bar. in l. vbi autem. §. si. ff de verb. oblig.

Date tempus attenditur in gratiosis cõcessionibus, & tempus præsentationis attenditur in iurisdictionalibus Dom. de Frãch in dec. 326. n. 1. & 2.

Data litterarum, semper est consideranda, cap. cum te, & ibi glos. in vers. datam litterarum, extr. de rescript.

Debitor soluens maiorem censum, quem habet in instrumento, puta si continuauit pluribus annis soluere tertias ad rationem septem pro centenario, & in instrumento est obligatus ad quinque tantum, debet continuare illos septem, & hoc fauore speciali ecclesiæ tantum, continuãdo possessionem, Vrsil. in dec. 395. n 3.

Debitor non potest esse dator sui pupilli, Gram. in dec. 55. n. 4.

Debitor habet fori electionem, vel recipere dilationem quinquennalem, vel bonis cedere, Domin. de Franch. in dec. 251. Affl. in dec. 378.

Debitor, qui moratoriam impetrauit, & à suis creditoribus puniri non possit, eodem iure vti debet contra suos debitores, quos etiam nõ potest conuenire, Vrsil. ad Affl. in dec. 62. n. 1.

Debitor molestatus à creditore, pro censu duorum annorum, fere per annos decem, si demonstrat tres apocas vltimas continuatas, vna ab alia separata, & quod in eis appareat solutio liberetur, & per præteritum non molestetur, D. de Franch. in dec. 137. l. quicunque C. de apoc. lib. 1.

Debitor carceratus si non habet vnde se alat, & nõ potest elemosinis viuere, debet in carceribus ali à creditore, & si creditor hoc non facit, liberatur a carcere, & potest conuolare ad miserabile beneficium cessionis bonorum, & si hoc non facit iudex tenetur illum alere de suo, Vrsil. ad Affl. in dec. 71. Boer. in dec. 324. & 303.

Debitor capta contra ipsum informatione, quod est fugitiuus pro liquido debito potest capi, & carcerari, & si in fuga reperitur in fraganti crimine, absque informatione, capi potest, Vrsil. ad Affl. in dec. 170. n. 5.

Debitor faciens legatum suo creditori, videtur illud facere animo compensandi debitum, Vrsill. ad Affl. in dec. 44. n 11.

Debitor causa malæ rationis, qui est quando quis dotes infra annum tenetur restituere debitor ex vltima voluntate, vt est hæres, qui est grauatus restituere in diem, vel sub conditione. frater pro dote sororis, qui tenetur ad dotes sororis, seruata forma constit. Regn. incip. in aliquibus, omnes supradicti cauere tenentur, Vrsil. ad Affl. in dec. 108. n. 1. & hoc stat etiam iudicis arbitrio.

Debitor offerens debitum suum creditori cõgruo loco, & tempore. cursum vsurarum impedit. l. acceptam C. de vsur. pro cuius materia, vid late per Negusant. in tract. de pignor. in 2 par. membr. 3. par. 5. princip fo. 115. Add quod si vsurarius tẽpore fertilitatis, recuset frumentum recipere, si illud postea petit tempore necessitatis, eo debet priuari, tu vid. Igneu. in l 1. § cum dominus nu. 15. ff. ad Syllan. & singul. consil. Cassan. 41. vbi multa, & in casu. l. si ea la prima C. de vsur. vid. late per Arian. in repet. l. 2. infr. de rescind. vend. par. 1. n. 17. & seq.

Debitor vniuersitatis in modica quantitate potest ibi officium habere, Petr. ad Gram. dec. 34. n. 27.

Debitor Monachi, soluens ipsi Monaco, sine consensu Abbatis liberatur, Vrsil. ad Affl. in dec. 147.

Debitor soluẽs illi, qui pro tutore se gerit liberatur si pecunia soluta conuertitur in vtilitatem pupilli, Vrsil. ad Affl. in dec. 147.

Debi-

Debitor soluens iussu superioris excusatur, & non errat, & nec in pœnam, nec in commissum incidit Vrsill. ad Affl. in dec. 150. n. 6.

Debitor non habens cui rectè soluere, tenetur ad vsuras, si tria non concurrant, v3. oblatio, protestatio, & depositio, Dom. de Franch. in dec. 227. & constituitur in mora.

Debitor comparendo in Curia, tempore quo fuit citatus super tenore publici, & liquidi instrumẽti, & offert bona sua mobilia, & immobilia euitat carcerationem, & pœnam instrumenti impediri ad liquidandum, & dari pro rescisso, dummodo probet, quod soluere minime potest, & creditor debet ea vendere, & de suo credito satisfieri, Carau. super Ritu M.C.V. 166. n. 54.

Debitor moratoriam obtinens, tenetur satisdare, hoc intelligitur si a parte petitur, Petr. ad Gram. in dec. 26. n. 3.

Debitores vniuersitatis possunt in ea minime officium habere. Petr. ad Gram. in dec. 55. n. 12.

Debitor obligatus alicui creditori extra suam patriam, & cum iuramento renuntiat eius forum, & destinat solutionem in loco cõtractus, an possit conueniri, & carcerari in alio loco, & in sua patria cum literis exequtorialibus illius Curiæ, vbi se obligauit cum Regio bracchio, & asportari ad carceres contractus, dic, quod sic, & potest in omni loco carcerari, & conueniri, & ibi asportari, tam ratione renunciati fori, quam destinatæ solutionis, per maximam generalem, vbi te inuenio, ibi te conuenio, & aliis iuribus, & allegationibus positis per Capiblan. de auctor. baron. par. 2. cap. 55. per totum.

Debitor Aduena, non conuenitur, nec sua bona attestantur extra suum domicilium, locum originis, contractus, vel destinatæ solutionis, licet bona mobilia obligata habeat in loco, seruata forma Regiæ Pragmat. etiam si essent expeditæ literæ exequtoriales, non possunt extra territoriũ debitoris, executioni demandari, & pignorari, nisi in casibus suspitionis fughæ debitoris, & inopiæ, vid. Capibl. de auct. baron. par. 2. cap. 54. nu. 15. & quando habetur recursus in Regia Audiẽtia prouinciali, pro dicta arrestatione, ordinatur, quod statim excarceretur, & bona restituantur.

Debitor in destrictum, tenetur debitum vsque ad domum creditoris deferre. l. item illa. ff. de constit. Crauet. in conf. 41. n. 32. dummodo creditor, & debitor sint eiusdem fori, alias suis expensis, & periculo, teneatur pecuniam, vel aliam speciem debiti deferre, Capibl. de auctor. baron. par. 2. c. 78. n. 7. & 8. sed pactum inuitum reputatur positum in instrumento, quod debitor teneatur pecuniam vsque ad terram creditoris asportare à terra sua, nu. prædicto.

Debitor de fuga suspectus, potest carcerari, etiam in die feriato in honorem Dei, Marant. in suo speculo pract. ciuil. par. dist. 10 n. 68. par. 6. in tit. de actore num. 35. l. fin. C. de fer. Tessaur. in decis. 39. num. 7.

Debitor si vult mutare fideiussionem, & dare alterum eque idoneum, an creditor ad id cogatur, Dec. in l. si pater C. de collation. l. diligenter. ff. mandat.

Debitor de fuga suspectus, creditor potest ad iudicem accedere, & familiam petere, vt eum capi faciat, & iudex eam concedere debet, si iusta causa subsit, si præparatoria ad fugam videntur, Bar in l. ait prætor. §. si debitorem ff quæ in fraud. cred. & per me ante in add. ad l. hæc autem satisdatio. ff. si cui plus quam per l. falcid.

Debitum probatur per confessionem debitoris super quantitate debiti prædicti statur iuramento creditoris, Cacheran. in dec. pedem. 96.

Debitum si probatur per confessionem debitoris in genere, in specie de quantitate debiti prædicti, statur iuramento creditoris, Cacher. in decis. pedem. 96. & debitum confessatum est minus priuilegiatum, quod illud, qui constat per numerationem, vid. Pascal. de patr. potest. cap. 8. num. 77. part. 1.

Debitum in tribus consistit in quantitate, in genere, & in specie, & quandoque vtimur in proprietate verborum. l. cum ante, & ibi glo. C. de donat. ante nupt. l. 1. C. de pact. Gramm. in conf. 19. in ciuilibus.

Debitum quando est contractum in scriptis, quinque testes sufficiunt ad probandum solutionem si scriptura est deperdita, & perditio scripturæ debet probari per scripturã solutionis debiti, qđ est deperdita per incendiũ, naufragiũ & similia, & tunc probatur solutio per quinque testes de vera numeratione pecuniæ, si debitum ducatos quinquaginta excedit, & si debitum est contractum sine scriptura, duo tantum testes sufficiũt, vid. l. testium C. de testib.

Debito viri pro eo non exequitur sententia contra ipsum lata super fructibus rei dotalis vxoris, Ricc. in coll. dec. 159.

Debitum censetur solutum ex longi temporis silentio, si tamen alia concurrunt, præsumitur debitum ipsum satisfactum, Afflic. in dec. 13. n. 21. Amat. in conf. 53. par. 1. conf. 137. n. 3. & sufficit in hoc cursus decennii, Surd. in dec. 105. num. 4. inopia creditoris, debitis implicatus arguitur satisfactio, cõditio debitoris optimæ famæ, erat, & fuit semper soluere, & non præsumitur tam diu tenuisse debitum. l. cum indebito. 25. ff. de probation. Crauet in conf. 129. Menoch. de præsumpt. 135. Ancharan. in conf. 134. ex narratis ante finem, & maxime quando debitum petitur ab hærede in hæredem. Amat. in conf. 96. inquiritur de præscript. longissimi temporis, quæ omnem perimit actionem, Vrsill. in dec. 12. nu. 9. & interesse siue iure actionis debiti, siue iudicis officio, non tolluntur spatio 30. annorum. l. cum quidam. § diuus de vsur. Hodierna ad Surd. dec. 240. & hoc procedit in vsuris odiosis, Gratian. in dec. March. 46. in add. num. 5. inducit præsumptionem.

Debitum videtur remissum, vbi præteriit spatium decem annorum, & intercessit consanguinitas inter debitorem, & creditorem, Scaglion. super Rit. M.C.V. 103. n. 35. sed hoc non habet locum in

in debito instrumentario loco eod.

Debitum exactum vltra instrumenti quantitatem, puta Ecclesia stat in possessionem exigẽdi septẽ, & in instrumento apparet debitum esse quinque fauore Ecclesiæ, debet continuari possessio ad illos, septem, Vrsil. ad Affl. in dec. 395. n. 3.

Debiti solutio probatur per publicum instrumentum, vel per scripturam priuatam, Vrsill. ad Affl. in dec. 272. n. 1.

Debitum bis petens, punitur ad remigandum per triennium, dummodo satisfactio probetur per scripturas publicas, vel apocas de iure validas, & si probatur per testes, non euitatur pęna iuris communis, Petr. ad Gram. dec. 28. nu. 27. & in pragm. 7. de fals.

Debitum factum per vxorem ante matrimonium, non potest fieri executio per creditorem in bonis dotalibus vxoris, viro in dotẽ præstitis, quia bona prædicta sunt viri, non autem vxoris, verũ si mulier habet alia bona extra dotem soluere tenetur, Dom. de Franch. in dec. 636.

Debiti solutio probatur per instrumentum publicum, vel per scripturam priuatam, Vrsil. ad Affl. in dec. 272. n. 1.

Debitum contra plures possessores, potest diuidi per decretum Regis Ferdinandi primi, dom. de Franch. in dec. 5. n. 2. l. 2. C. de pignor.

Debitum censetur remissum debitori à suo creditore, quando decennium est elapsum, & creditor tacuit absque debiti exactione, Gram. in dec. 70. nu. 3. vid. Scaglion. super Rit. M. C. V. 163. n. 35.

Decima prædialis, quæ debetur Sacerdotibus, debet eis in horreis consignari, & ita etiam seruatur de illa decima, quæ debetur baroni a suis vassallis, etiam consignatur in horreo, dummodo consuetudo non adsit in contrarium, propter reuerentiam, Dom de Franch. in decis. 124. nu. 1. & 2.

Decima, quæ est de iure diuino, de omni fructu debetur, Dom. de Franch. in dec. 103. nu. 4. cap. ex parte de decim. & cap. cum sint; sed in istis inspicitur consuetudo dec. prædictæ 103. n. 4. & est onus reale, idem Dom. de Franch. in dec. 107. nu. 17. Ricc. in coll. dec. 2392. Capic. in dec. 70.

Decimarum solutio, & ipsarum materia, vid. late Ricc. in coll. dec. 192. resol. 109. & 110. par. 2. in pract. for. ecclesiast. Fab. de Ann. in alleg. 94.

Decennium quis habitans in aliquo loco, videtur acquirere domiciliũ, Cassan. in consuet. Burgũd. rub. 9. §. 5. n. 3. fol. mihi 318. Affl. in constit. Regn. ea quæ ad decus n. 29. not. 7. Dec. in rub. de offic. eius cui n. 10. si quis ex aliena de iudic.

Decennium est longum tempus. l. cum de in rem verso, & ibi glo. ff. de vsur.

Decennio elapso, si gener non petit socero suo vsuras dotium, censentur ei remissæ, Gram. in decis. 70. nu. 2. Bal. in cons. 156. l. vir vsuras. ff. de donat. inter vir. & vxor. Rom. in cons. 515.

Decem præcepta legis diuinæ, fuerunt data à Deo Moisi in monte Sinai in tabulis lapideis scripta, & exarata, quæ præcepta fuerunt tria dicata Deo, septem vero alia fuerunt dicata proximo, Method. confess. fol. mihi 58. à ter.

Decisio facta per S. R. Cons. in casu dubio facit ius in Regno, Dom de Franch. in dec. 81. n. 2.

Declaratio testatoris ad pias causas coram parocho, & duobus testibus de iure canonico valet, Corn. in cons. 261. nu. 4. & 30. vol. 4. Viu. comm. opinion. versic. septem testes fol. 25. Gizzarel. in dec. 45. n. 7. dicit, quod de iure diuino, Canonico, & de generali consuetudine Ecclesiæ, præcedit ipsa veritas, quæ est Deus, ideo valere testamentum ad pias causas, cum duobus testibus, & Parocho, quia testimoniũ Parochi, æquipollet quinque testibus, & duo alii faciunt numerũ septem testium, & idem tenet Zabarell. in cap. relatum in fin. Anchar. in c. cum esses n. 6. de testam.

Declarandi facultas ad hæredes non transmittitur secundum communem opinionem, & est glo. notabil. in l. inter stipulantem. §. 1. in vers. actori, vbi plenius Iason.

Declarandi ius, non transmittitur ad hæredes, quia pastorale est, secundum glos. in l. pomponius. §. fin. ff. de rei vendic. l. inter stipulantem §. 1. & ibi glo. & Bar. ff. de verb. oblig.

Declarationem circa vsum, non tenẽtur facere mulieres, quæ non puniuntur pęna falsi, sed tantum puniuntur pęna ciuili, & vtentes falsa scriptura, causam principalem admittunt, Reg. pragm. 1. de fals. quæ petitur immediatè facta publicatione in causa, ad finẽ redarguẽdi de falso, & amittendi causam pragm. testem falsum de fals.

Declaratio circa vsum testium, & scripturarũ S. C. hodie non diuidit, quod partes dicant super certis articulis intendunt vti, & super certis non, dom. de Franch. in dec. 173. nu. 7. Menoch. de arbitr. iud. casu 315. Muscatel. in pr. ciuil. S. C. glos. termino par. 6. in fin.

Declaratio circa vsum testium, & scripturarum, nõ potest peti, elapsis quindecim diebus post factã publicationem in causa, & eodem tempore, quo petitur declaratio, petitur ratificatio principalis, & dicta fatalia dierum quindecim, currunt à die intimationis declarationis petitæ, pragm. 77. nu. 8. de offic. S. R. C. & quomodo fit dicta declaratio simpliciter, vid. quod ponitur per Muscatel. in sua pract. ciuil. par. 6. glos. termino.

Declaratio circa vsum actorum potest peti in quacunque parte iudicij, Vrsil. ad Affl. in dec. 266. n. 4. Petr. ad Gram. in dec. 28. nu. 12. sed procurator non potest facere absque speciali mandato principalis, n. 10. & seq. cum ratificatione, sed hodie per Reg. pragmat. 77. de offic. S. R. Cons. num. 8. non petitur nisi infra dies quindecim post publicationem.

Declinatio fori, non datur illi, qui conuenitur ex contractu defuncti, vel quasi contractu, Carau. super Rit. M. C. V. 235. nu. 1. dom. de Franch. in dec. 364. n. 4. & quando quis est actor, & persona priuilegiata, vel Ecclesia, Vniuersitas, vidua, & pupilli, virgines, & miserabiles personæ, Carau. super Rit. 233. domin. de Franch. in dec. 234. possunt eligere, & variare.

Delegatus non dicitur is, cui fuit commissa aliqua causa,

causa, in qua erat ille ordinarius, quia in illa remanet ordinarius, & videtur sibi tantum iustus, & iustitia excitata, quia non dicitur delegatio, sed iustitiæ excitatio, dum erat in illa causa ordinarius, Marant. in suo speculo fol. mihi 54. col. 1. n. 77. in verbo an iuditium delegatum, late de materia delegationis loquitur Tasson. de antifat. vers. 3. obseruat. 3. nu. 245. & seq.

Delegatus, qui suam protulit sententiam, & functus est officio iudicis habet annum ad ipsum exequi faciendum, & non obseruantes coercendum, & alias notabiliores, vt testatur Mõtemaran. in sua pract. cap. 9. n. 3. fol. mihi 79. cap. quærenti de offic. deleg vbi Ias. Andr. & late Tasson. in pragm. de antefat. vers. 3. conseruat. 3. n. 245. & seq. & de clausulis ponendis in delegatione.

Delegatus à Principe, personam Principis repræsentat, & sic erit maior cuilibet ordinario, Cabal. in casu 50. n. 4. Menoch. in casu 337. n. 11. Giurba in cons. 80. num. 15. Capibl. de baron. par. 2. cap. 31. nu. 14.

Delegatio debiti obligationis, vel alterius, impedit carcerationem, Francisc. Ant. de iudic. Robert. de liquid. instr. fol. mihi 408. nu. 71. verb. vndecimo.

Delegari non possunt causæ ciuiles, nisi causæ ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, & piorum locorum, bancorum, & hominum negotiantium criminales, læsæ maiestatis, vitij nefandi, falsæ monetæ, furti, ac recacti commissi Neap. nec ad sententiam diffinitiuam deuenitur, nisi cum interuentu quatuor Iudicum, & Commissarij causæ, pragm. 1. de deleg. & sententia delegati habet executionem appellatione non obstante, & in citatione delegati debet inseri compromissio, & comparente reo ostenditur principalis, Tasson. de antifat. vers. 3. obser 3. n. 247. & 249.

Delinquens vassallus extra suam patriã in alio territorio, datur preuentio in dicto delicto cognoscẽdo, & qui prius præuenit in captura, ille prius cognoscit de delicto, dummodo non committatur in Ciuitate Neapolis, Domin. de Franch. in decis. 129.

Delinquens, tam clericus, quam laicus vnius diocesis, si in altera diocesi deliquit, punitur ab Episcopo loci, vbi deliquit, quia locus delicti, est potior, po entior, & præualet origini, & domicilio, Domin. de Franch. in dec. 37.

Delinquentes capiuntur ad instantiam Iudicis delicti, per iudicem loci, vbi aufugerunt, vel per M.C.V. iudex requisitus, pro captura, tenetur illos capere, Reg. pragm. 1. in tit. vbi de delicto quis conuen deb. Reg. Pragm. 5. eod. tit. excceptuantur tamen publici latrones, qui capiuntur ab omni iudice, & ab omni iudice cognoscũtur d. prag. 5.

Delinquens in vna Ciuitate extra suam patriam, cognoscuntur a Iudice delicti, non originis de iure Regni, secus est de iure communi, & tunc cognoscitur à iudice domicilij, quia quando sunt condemnati, non conceditur remissio iudici delicti, Gram. in dec. 26. Foll. in pract. crim. in verbo audiantur excusatores, n. 65. Domin. de Franch. in dec. 37.

Delinquens efficitur de foro illius iudicis, coram quo deliquit Dom. de Franch. in dec. 247. nu. 1. & delinquens in vno loco, & capitur in aliquo, cognoscitur ab illo iudice illum cum furto capiente, ratione contrectationis furti, vid. ante in verbo remissio.

Delinquens remittitur ad locum delicti, qui est potior domicilio, Vrsill. ad Affl. in dec. 133. nu. 9. in quadam causa illorum de Terra Murconi.

Delinquens sub spe futuræ indulgentiæ, non gaudet indulgentia prædicta, Vrsill. ad Afflict. in decis. 134. nu. 5.

Delinquens in iuditio, vbi nullus est testis, sed solũ est officialis, & actuarius, qui in actis delictum talis delinquentis scribit, creditur Iudici, & eius Curiæ, & actis, Foll. in sua pract. crimin. fol. mihi 223. col. 1. vers. item, quod commisit crimen læsæ maiestatis.

Delinquentes, clericus, & laicus vna simul, & sic capti, clericus remittitur suo iudici ordinario ecclesiastico, & laicus carceratus remittitur suo iudici, de Franch. in dec. 426.

Delinquens semper remittitur ad locum delicti, Affl. in const. Regn. incip. Capitaneorum, 4. not. n. 12. & ibi allegata per eum.

Delinquens, in ecclesia, pro delicto commisso intus ecclesiam prædictam cognitio spectat ad iudicẽ laicum, Clar. in sua pract. crim. §. fin. q. 38. nu. 17. vers. vidi etiam dubitari.

Delinquens punitur in eo loco in quo deliquit, Auth. omnes peregrini C. commun. de successio. in fin.

Delinquens in fraganti repertus, potest capi, nedũ à familia iudicis cum commissione, vel sine, sed potest capi à quolibet alio in ipso actu delinquẽdi, vel immediatè post, vt eum iudici præsentet, Baiard. ad Clar. in pract. crim. quæst. 28. vers. add. quod. 28.

Delinquens parum pęnam non meret, Baiard. ad Clar. in l quicũque col. 2. §. quæ C. de seru. fugit.

Delinquens incipiens tantum delinquere, non est sine crimine. l. p in fi. ff. de crim. stellion.

Delicto, quando venit imponenda pœna mortis naturalis, vel aliqua corporis afflictiua ex aliqua causa, & receditur à principali pęna capitali ipsius delicti, tunc non imponitur minor pęna corporalis, sed conuertitur in pęnam pecuniariam, vel aliam, dummodo corpus non affligatur. l. qui ædes, & l. qui fortuitum. ff. de incend. ruin. & naufrag Bal. in l. data opera 2. col. in fi. C. qui accus. non poss. Gram. in cons. crim. 39. n. 4.

Delictum in genere, quando non constat in causa inquisitio ibi formari nõ potest, ex quo si sumus in homicidio, & non constat aliquem fuisse occisum, quod appareat in actis, Hippolit. de Marsil. in sua pract. crim. in princ. nu. 5. Ias. in l. iusiurandi. §. procurator, supra de iur. iurand. Bart. in l fi. in princ. de quæstion. & ibi Blanc. nu. 15. & late per me ante in add. ad l. 1. ff. ad Senat. Cons. Syllan.

Delictis multis, & clandestinis, probatio admittitur per coniecturas, tex. in l. licet Imperator 77. eod. tit.

tit. Hyppol. in sua pract. crim. in prin. n. 13. & seq. & per me ante in add. ad l. 1. ff. de leg. 1.

Delictum in genere, prius probari debet, alias delicto non constito in genere, & corpore mortuo in homicidio, inquisitio corruit, & formari non potest, l. licet de actio. §. in factū, vers. possumus, vbi Bal. & Hypp. de Marsil. in pract. crim. n. 17. Angel. in tract. malefic. in verbo Gaium Sempronij, & in verbo ne sæpius de eiusdem hominis, Boer. in dec. 289.

Delictum in vno loco tractatū, & in alio loco consumatum, iudex competens, erit iudex loci tractatus, dom. de Franch. in dec. 37. Barbat. in cap. fin. num. 32. de for. compet. Soccin. in cap. postulasti num. 5. eod. titu. Bar. in l. & si amicis, ff. de adulter.

Delictum quantumuis minimum, & paruum puniendum est, cum etiam de minibus in pœnalibus habetur ratio, Abb. in cap. cum te, de rei veneicat.

Delicti coniectura non est capienda, l. merito, ff. pro socio.

Delicta puniri Reipublicæ interest, l. bona fides, ff. depositi.

Delicta omnia de nocte commissa, sunt clandestina, & difficilis probationis, & probationes in eo sufficiunt esse per coniecturas, Bar. in l. si quis ex argentarijs, ff. de eden. Gram. in cons. crim. 1. n. 1. & 11. & semper in istis nocturnis delictis, deuenitur ad torturam.

Delictum æquale, æqualem partē exigit, l. si quemquam in fin. C. de episc. & cleric. cum concord. in glos. fin.

Delictum antiquum, quod decem annis trascendit, non punitur pœna mortis naturalis, l. diutino tempore. ff. de fer.

Delictum vbi committitur per multitudinem gentium, pœna est restringenda 23. q. 4. cap. non potest, & 1. q. 7. cap. quoties à populis.

Delictum nemini debet immunitatem præstare. l. 1. ff. vbi Senat. vel clariss. l. si ab hostibus, §. si vir, ff. sol. matrim. l. relegatorum, §. fin. ff. de incend. & relegat.

Delictum reiteratum magis punitur, l. 3. §. si plures, ff. de re milit. cap. ita, & ibi glos. 25. q. 2.

Delictum facere videtur ille, qui facit prohibitionē illius, & postea non prohibet, glo. quæ allegat cōcordantes in l. quid ergo, §. si quis alieno, in verbo constituisse, ff. de his qui not. infam.

Delictum quod committitur in committendo, est grauius, quam illud, quod committitur in omittendo, Dom. de Franch. in dec. 632. n. 3.

Delictis officialium sola M. C. V. cognoscit, sed non de officialibus Regijs; quos non cognoscit dicta M. C. V. sed Petr. super Gram. dec. stat in opinionem, quod cognosci possunt etiam per Regias Audientias, quibus sunt communicatæ præheminentiæ M. C. V. Petr. ad Gram. dec. 40. n. 16.

Delicta plura commissa aggrauant delictum vltimum, & quod antiqua delicta fuerunt agratiata, Petr. ad Gram. in dec. 16. n. 15. & consuetudo delinquendi, acrius puniri facit, Petr. in pred. dec. Gram.

Delictum commissum extra territorium, ad finem puniendi tantum cognoscitur ab officiali domicilij, & originis, vt est de iure communi, dom. de Franch. in dec. 66.

Delicta commissa in Ciuitate Neap. nunquam petentibus remittuntur remissione, quia videtur offendi persona Proregis, & Ciuitatis appellatione, veniunt suburbia, domin. de Franch. in dec. 129.

Decreta S. R. C in Regno habentur pro lege, prag. 48. §. 2. de offic. S. R. Cons. fol. mihi 538. incip. & si decreta.

Decretum R. C. S. circa capitis immunitatem est infrascriptum, die 27. Decembris 1541. visa per Excellentem Dominum Locumtenentem, & Magnificos Dominos Præsidentes Regiæ Cameræ Summariæ, Pragmatica edita per Felicem Memoriam felicis recordationis Serenissimi Regis Ferdinandi primi, in qua fit mentio de forma appretij facti per Petrum Piccolū, sub data 19. Nouemb. 1467. super immunitate Doctorū, Professorum, Iurisperitorum. Iudicum, Notariorū, & aliorū nobiliter viuentium, & d. Reg. Pragm. bene in banca discussa fuit per d. Reg. Cameram consensu prouisum, & decretum, quod intelligitur de his, quæ nullam aliam artem exercent, sed consuetudine, aut origine nobiliter viuere reputantur, & tunc sint immunes à capite tm̄, prout hactenus per dictā Reg. Cameram fuit seruatū, exclusis Iudicibus annalibus, & aromatariis, qui non comprehenduntur in pragm. præd. hoc suū.

Decretum assistentiæ super bonis obligatis, & non obligatis est nullum, quia decretum assistentiæ est indiuiduum, Vrsil. ad Affl. in dec. 218. n. 1. domin. de Franch. in dec. 224.

Decretum assistentiæ, & formā ipsius ponit. dom. de Franch. in dec. 456.

Decretorum diuersorum forma, ponitur per domin. de Franch. in dec. 664. tam in prouidendo, & condemnando in causa appellationis, quam in prima instantia.

Decretum interlocutorium, latum per iudicem, sua natura pōt reuocari, l. qui iussit, ff. de rei vendic.

Decretum diffinitiuum, vel vim diffinitiui habens, non potest reuocari, Bar. in l. cum procurator, §. si dominus n. 7. ff. de nou. oper. nunc. Aret. in cōs. 26. in fi. Rip. in d. l. quod iussit n. 33.

Decretum alternatiuum factum, quod exulet, vel soluat, potest fieri, & possunt pęnæ alternatiuæ poni, & electio est rei, qualem pęnam vult eligere, sed talis forma decreti est antiqua, & hodie annullatur, & prohibetur per Regiam pragmaticam 45. sub tit. de offic. magistr. Iust. quia per indirectum esset componere talia delicta, & licet d. Pragm. videtur localis in M. C. V. tamen ex vi comprehensiua, ostenditur ad omnes Curias Regni, & talia decreta fiunt, quando adest partis remissio, & nullū preiudicium tertii adest, & facta condemnatione pęnæ pecuniariæ, iudex eam mutare potest, si soluere non potest reus, & compositio facta in Tribunali de consensu partium, si reus distulerit illam soluere, elapsis diebus

bus quindecim reuocari potest, Capibl.de iur.& auct.baron.par.2.cap.30.n.7.

Defensiones inquisiti,vnde formantur, vide supra in præsenti libello, in verbo depositioni.

Defensio est de iure naturali, l. vt vim, de iustit.& iure.

Defensiones in causis, quando facere possunt conuenti ab aliquo,& si non comparent,& se defendunt sunt in culpa,glos.in l.si dictum, §. si cum posset,ff.de euictio.& sic dum sunt in culpa, eis nulla competit actio de euiction.

Defensio est permissa non solum pro suis consanguineis,patris,& matris, sed etiam pro sua persona,si verberatus ab alio, vel alias, &c. gestans in latus gladium, potest verberantem interficere absque punitione, sed solum ad pęnam exilii tenetur, Vrsill.ad Affl.in dec.289.n.34.

Defensionibus Reus non potest renuntiare, etiam cum clausula quem opponi solent mali assessores, dando se pro fallito, non valet, sed semper potest satiari, Petr.ad Gram.decis.44.n.7. Clar, in q.49.vers.quem nunc,Menoch. de arbitr. iud. lib.1.q.7.num.10.Afflict.& ibi Vrsil.in dec.391. Foll.in pract.crim.vers.& si confitebuntur, n.57. Franc.Marc.in dec.60.

Defensiones dantur excõmunicato, Pet.ad Gram. dec.36.n.7.

Defensiones non dantur conuicto,& confesso,Pet. ad Gram.dec.36.n.6.& ipsis non seruatur ordo processus.Gram.in dec.36.ni fallor.

Defensiones inquisitorũ,fiunt per cap.Regn. incip. si instè,& ibi Campagn.

Defensio datur de iure naturæ, & iniuriatus potest iniurianti iniuriam restituere, Gram. in dec.96. & 14.n.11.23.n.2.37.n.2.

Decipere hostem in corporali bello,licitum est.glo. & tex.in ea alleg.in cap.2.4.q.4.

Delicate progrediens reprehensione dignus est, l. continuus § cum ita,ff.de verb.oblig.

De vnius hominis delicto, non est sæpius quærendum,l.licet,ff.naut.caup.& stabul. cap. de his de accusat.l.si cui.§.iisdem,& l.Senatus, ff.de accus. & ibi DD.& Boer.in dec.289.n.6.

De modico non curat prætor, multa cumulauit Affl.super hac materia in constit.Regn.incip. cũ per partes Apuleæ, lib.3.n.2.

Declinatoriæ exceptio fori, admittitur per procuratorem clerici,allegantem clericatum,ostendẽdo,originales bullas,& eas validas repertas,non obstante Ritu M.C.V.quod compareat personaliter,& superseditur in foriudicatione citata, sed ad iudicis instructionem recipiuntur,non in forma iuditii,citatis agnatis,& seipsi comparent,& vt supra allegant,dom.de Franch.in dec.329.

Denominator debet in scriptis proponere suam denunciationem,& cum iuramento vti testis se examinare,cum sui nominis subscriptione,& in causis S.fidei,habetur loco testis, Montan. hoc refert in pract.Curiæ Archiepiscop. in cap. 23. fol.mihi 138.

Denunciationes matrimonii, vt ab Episcopo possint remitti,solet Episcopus,vel eius Reuerendus Vicarius, examinare duos testes, qui deponant nullum adesse impedimẽtum matrimonii inter contrahere volentes, & sic cum causa remittuntur,vt seruatur in Archiepisc.Curia Neap. vt testatur Montemaran.in sua pract.cap.26.n 5.fol. mihi 178.& si sunt factæ duo denunciationes,& elapsi sunt duo menses, & alia tertia monitio nõ est facta,de nouo fieri debent totæ tres monitiones tit.eod.n.8.& Eps non potest cõcedere cõtra Canonẽ,& S.C.Trid.dicit,quod fiant denunciationes prædictæ,diebus feriatis, & Neapoli seruatur,quod non contrahatur matrimoniũ cum exteris infra Regnũ,sed dicti fieri faciant denunciationes in eorũ parochiis,& patriis,secus si sũt extra Regnũ,examinẽtur testes,& hoc fit ad euitandum bigamiam d.cap.26.n.9. & 10.

Denunciationes matrimonii,si Episcopo videbitur possunt in totum remitti,vel in partem,S.C.Tridentin.in cap.1. de reform. matrim. sess. 24. fol. mihi 263.sed Episcopus non potest eas remittere,ne fiant in diebus festiuis,quia Sacra Congregatio declarauit eas fieri non posse in diebus ferialibus,Petr.ad Gram.in dec.4.

Denunciatio litis fieri debet per emptorem suo venditori,dum sibi fuit dicta lis mota, & requiritur denunciatio prædicta,vt venditor de euictione teneatur,& tenetur denunciator edere suo vẽditori copiam tantum citationis,& primi libelli & expensæ soluuntur per venditorem, si venit euictus,secus actor tanquam male agens, ad expensas condemnatur,nec ęquum est de hoc casu fortuito,vt venditor ad expensas teneatur, l.per imprudentiam,ff.de euictio. Tesaur.in dec.218.

Deus omnipotens est vbique præsens,l.propemodũ §.cum enim terribiles C.de iudic.

Depositio pecuniæ, penes aliquem argentariũ, vel bãcheriũ ipsius domini præferũtur in decoctionem omnibus aliis creditoribus, inter quos non datur anterioritas,l.si ventri,§.in bonis,ff.de priuileg. credit.

Depositario decocto, decoctio cadit in damnum creditorum negligentium in exactione, dom.de Franch.in dec.635.n.6.

Depositans pecuniam Aenam, debet recipi depositum ipsius,dummodo sit moneta Regia approbata,& non sit pactum, vel consuetudo, alias fit in contrarium depositandi, vel recipiendi aliam monetam, domin.de Franch.in dec.508.

Depositarij non soluunt depositum, vt in fide, nisi ipse per cautelam liberato,vel decreti insertione, & fidei,dom.de Frãch.in dec.498.vel quod præstetur sibi cautio, de ipsum non molestando.

Depositum faciens,debet illud facere integrũ,alias est nullum,Petr.ad Gram.dec.26.n.17.

Depositũ pecuniæ,quod fit in sacco,debet pecunia illa ostẽdi, Vrsil.ad Affl.in dec.105.n.11.& debet fieri vna cum vsuris,& integrũ,quod nõ deficiat minus vnus numerus sciẽter,secus si adest error, Capic.in dec.19.n.31.Gram.in cons.ciuil.107.n. 11.gl.in l.res bona fide,ff.de contrah.empt.

Depositi causa,cõtra creditorem,dilatio quinquennalis non operatur, & est necesse,quod depositũ

sit

Affl.in constit.Regn.incip. obscuritatem, lib.2. rub.40.nu.11.

Dictio simpliciter, vid. Affl.in constit.obscuritatem, nu.28.qui allegat DD.

Dictio quicunq;,est vniuersalis,Affl.in const. Regn. 1.lib.3.n.3.& comprehendit omnes, tam masculos,quam fœminas.

Dictio tantum,vid.Affl.in constit.Regn.incip.constitutionem diuæ memoriæ lib.3.n.58. vbi multa cumulat.

Dictio post, & postea, aliquando in continenti, & aliquando ex interuallo temporis sumitur, & hæ dictiones prolatæ à testibus non concludunt,Tesaur.in decis.pedem.30.

Dictio ante,significat tẽpus,quod procedit,Tesaur. in dec.30. n.1.

Dictio semper,quid denotat, vid. Bart.in l. Nesennius de negot. gest. Angel. in auth. de hæred. & falcid Bar.in l.si quis ita,ff.de condit.& demõst. Bar.in l aduersus,vers.vltimo nota,C.de vsur.

Dictio confestim,qualiter sit accipienda.l.2. §. confestim,ff.ad Senatusconf.Tertul.

Dictio super,requirit duas,aut tres vices, Gram.in vot.crim.17.n.24.Archidiacon in cap. qui sæpe, de elect. in 6.

Dictio ex,causam propriam denotat,Gram.in cõs. 2.in ciuil.n.3.tex.in l.1.§.ex incendio.ff.de incẽd. ruin.& naufrag l.qui liberis.ff.vulg.& pup.

Dictio nullatenus, omnem nullitatem actus denotat,& importat Gram.in cons.crim.3.n.12.glos. singularis in auth.si qua mulier C.ad Velleian.

Dictio edictali,quando exponitur,vid.Affl.in constit.Regn.incip.hac edictali,lib.3.n.1.

Dictio &,est copulatiua,quæ coniungit,vid.Affl.in constit.Regn.incip.quisquis lib.3.n.1.

Dictio saluo,vid.Affl.in constit Regn.incip.mulier quæ dotarium lib.3.n.29.

Dictio aliqua,est relatiua ad alias,vid.Affl.in const. Regn.incip.quamplurimum.lib.3.n.11.vbi multa allegat.

Dictio statim, intelligitur post decem dies. l. quod dicimus,vbi glo.ff.de solut.maxime si ignorabat creditor,vel administrator, debitorem esse fugitiuum.

Dicto principalis non statur,nec creditur, quia videtur quem deponere in facto proprio contra tertium, Vrsil.ad Affl.in dec.22.n.1.

Dictum vnius testis,reputatur dictum nullius.& dicto vnius quantumuis fulgeat dignitatibus, credi non debet absque aliis, etiam si fuisset Cardinalis.l.iusiurandi.C.de test.Vrsill.ad Affl.in dec. 369. nu.12.

Dictum socij criminis,non solum non facit inditiũ ad torturam contra socium criminis,dum pauci socii criminis reperiuntur, quod non sint defectibus notati,verum etiam de iure,minus faciunt præsumptionẽ, secus vero de consuetudine contrariũ seruatur, Ricc. in dec.149. par.1.2.& 3.

Dictum ratione restringit.l.cum pater. §. dulcissimis.ff.de leg 2.discordias parit vnitas ibidem.

Dicere id,non videtur aliquis, quod non expressit. l.labeo,ff.de suppell. legat.

Dicta in præsumptionibus, censentur repetita in conclusionibus.l.Titia.§.idem respõdit, vbi Bar. & Bal.ff.de verb.oblig.quam declarat Ias.in l. si quis cum aliter nu.3.eod.tit.

Dicta in præcedentibus, censentur repetita in sequentibus,quando in sequentibus fuerunt omnino omissa.l.Titia §.1.ff de verb.oblig.

Dixisse aliquid, nemo præsumitur, nisi quod mente agitauit.l.labeo de appellat legat.

Differentia inter ius canonicum, & ciuile induci non debet, vbi non est, captum expediat,de elect.in 6.

Differre aliquid non est auferre, & sic quod differtur non aufertur.l.cum furiosus ff de iudit. § libertas,vbi est glos.in verbo differtur, vbi etiã cõtraria affirmat,& assignat, & ipsorũ solutiones, instit.de singular.reb.quæ per fideicom. relict.

Dies termini,non computatur in termino, Carau. super Rit.M.C.V.124.n.3. & Rit. 119. & 123. v3.quod si quis hodie citatur,quod infra decem dies compareat,die vndecima potest contumacia incusari.Carau.super Rit.M C.V.prædit.

Dietæ quæ soluuntur Nuntiis, Missis, & procuratoribus pro seruitio vniuersitatis, taxantur per Regia Tribunalia vbi inerunt,iuxta personarum qualitatem, & negotiorũ, & procuratores missi ab Vniuersitatibus, non accedant alij absque speciali mandato, & nihil percipiãt a dictis vniuersitatibus,nisi prius taxatis à Regiis Tribunalibus, sub pęna Vniuersitatib. prædictis,in Reg. prag. cõtenta,quæ est prag.,7. de administr. vniuersit.& non possunt habere officium ipsius,nec affictum suorum introituum,pragm.præcitata.

Dies solutionis quando cessit, debitũ habetur pro percepto,& soluto, domin. de Franch. in decis. 168.nu 16.

Dieta legalis qualis est,vid.tex.in l 1.ff.si quis caut. l egregias.ff de iureiur.Affl.in cõst Regn.incip. in pecuniariis,& Carãu.super Rit M C.V. 243. n.5.dicit,quod est viginti milliaria, & in pragm. 7.de ordin.iudic.Galter in sua pract.crim. instr. fol.mihi 207.n.21.consider.4.fol. mihi 560. col. 1.adit.4.& Tasson.super pragm.de antefat.vers. 2.obseruat.2.nu.59. dicit quod dicta legalis per terram est 20.milliaria,per mare 50.Bar.in tract. de insulis 1.col.vers.nullus c.13.modestini descripto in fine lib.Infort.fol. 1386.l.3. ff. de verbor. signific.

Dietæ non soluuntur commissarijs,nisi condemnatis inquisitis,etiam si alias in eorum cõmissionibus sit statutum, Petr.ad Gram.in dec.39.nu.7. sub pęna extorsionis,Reg.pragm.8. de condemnat.ex delict.

Dies certa in contractibus posita habetur pro cõpleta,& interpellat pro homine.l.euictis agris.& ibi glos. ff. de vsur. l.magnam. ff. de contrah. & committ stipul.

Dies interpellat pro homine, & contrahitur mora regularis,dum statim aduento die promissionis dotium,& sequuta interpellatione, quæ non est necessaria,adiecta certa die,Viu.in dec.425. Vrsill.ad Affl.in dec.316.n.6.& Bero.q.73.Capic.in dec.19.

dec. 191.magnam,C.de contrah.& committ stipul.Gratian discept forens.tom.1.discept.143.n. 20,quæ est aurea disceptatio, circa concernentia ad interesse dotium, Tesaur.in decis. 212. & dec.77.n 1.

Dies incerta, non constituit debitorem in mora, Tesaur.in dec.43. in addit.

Dies cęptus,quando habetur pro completo,glos.in verbo momentum in l.denique. § minorem.ff.de minor.& ibi Bar.n 1.l.qua ætate. ff. de testam. & quando dies vltimi anni debeat esse completus. l.si cui legetur.ff.de leg.1.& ibi Bar.n.2.& annus ceptus habetur pro completo. l.ad rempublicã. ff.de muner.& honor.l.qui filium.§ fabius.ff ad Senatusconsult. Trebell.

Dies non posita in contractu, si necessitas creditoris fuerit debitori nota, quod hoc tantum iuramento constituit debitorem in mora, licet alias de iure interpellatio præsumatur,Rom.in singu. 397.Dec.in cap. quoniam contra de probation. de Pont.in cons.66 n.4.

Diù vel diuturnum tempus, DD.considerant per decennium,Scipio Theodor.in alleg.15. nu.7.l si cum fideicõmissaria.§.Aristo.ff.qui, & à quibus.

Diutina possessio facit præsumere sollemnitatem extrinsecam præcessisse,not.ex glos.in verbo detinuit,iuncto tex.in l. si filius C. de petit. hæred. quod tamen intellige, quando interuenit scientia,& patientia illius,cuius authoritas,vel consensus requiritur,item aduerte etiam, quia ex diuturnitate temporis,præsumitur sollemnitas, quo ad acquirendum principaliter, sed quando tractatur de præsumenda sollemnitate principaliter,ad exclusionem alterius, & cuius præiuditiũ requiritur diuturnitas 30.annorum, glos.ita secundum vnum intellectum incip.peruenit, extr. de empt. & vendit. quem ibi ad hoc not. Imol. pro limitatione d.l.si filius,tu vid. Alex. in d.l.si filius,& in cons.16.n.13.vol.4 add. etiam Saliç. in l siue possidetis,C.de probationib.col.5. vers. item ex diuturnitate,vide etiam Marian.Soccin. sen.in cons.15.col.20.& in cons.89.col. 3. Et an ratificatio contractus ratificatur per cursum lõgi temporis,in specie firmat Soccin. in cons. 46. in causa magnifici col.fin.vol.3. Iacob.de Sãcto Georgio in l.si cum seruum. ff.si cert.pet. sequitur Soccin.nepos in cons 48.n.9.& 10.vol.1.add. Corne. in cons.19.col.fin.volu. 2.Dec. in consil. 36.n.8.vbi antiquitas corroborat, non autem inducit probationem,add.Aymod. in tract. de antiquit.tempor.par.3.sect 1 nu.6.& 7. vid. omnino Crot.in cons.5.n.28.& seq.add.Cassan. in consuet Burgund.rub.9.§.9.a nu 1. vsq; ad 5. & ibi quomodo sollemnitas extrinseca probetur in antiquis, hæc enim antiquitas, siue diuturnitas, quanto tempore dicatur, vide Aymod. in d. suo tract. in princ.

Dilationes non datæ per Iudicem dicitur partem grauare, & si non appellant, sententia data tali modo valet si est sine dilatione probatum, alias secus,Vrsil.ad Affl.in dec. 55.

Dilatio an possit breuiari, & an curentibus, seu pendentibus ferijs currat absq; spe restitutionis, & de materia dilationum, vid.Franc. Marc. in dec.495.& 496 & seq vol.2 add.quod confessio extraiudicialis geminata, etiam in absentia partis confitentis præiudicat,not. Guiel.de Bened. in repet.cap.Raynutius,extr.de testam. in 2.par. in verbo si absque liberis mortu,nu.119.& an dilatio sit dãda causa cognita,tex.habes in l.1.precedente, Cod.de dilation.pro quo vide Iaffred.in dec.67.in fin.Aret.in cons.106 col.2 vers.prætera & tertio,& in cons.117.vid.Anchar.in cons. 29.par.2.Corn.in cons.85.vol 4.num.10. & seq. Mayner.in regul quoties equitatem in fin.& limita,vt per Bertach.in verbo iudicis potestas, vers. 291. & sequen. Menoch.in prim.remed. poss. n. 168.& seq.Bal in cons crim.24.n 7.& 8.vol.1.vbi multa,& ibi an si fuerit pronunciatũ, processus sit nullus,multa etiam Ruyn.in cons 117. nu.19. vol.5.Cephal.in cons.100.vol.1.n.27.Foll.in sua pract.de censib.fol.mihi 258.n 21 & seq.

Dilationes quinquennales,non habent locum contra publicum instrumentum obligationes,vel publicas scripturas,quæ possunt exequi,non obstãte dicta dilatione, Reg. pragmat. 2. de instrum. liquidat.

Dilatione finita, statim fit publicatio in causa,& datur copia partibus petentibus,infra dies octo,& si vult opponere etiam, quod actuarius non recessit ab examine,pro impedimento publicationis,per Reg.pragm.in tit.de ord.iudic.

Dilatio quinquẽnalis non habet locum contra hæredes cum beneficio l.& inuentarij, sed statim possunt conueniri, dum erat concessa debitori mortuo, relictis dictis hæredibus, concurrente maiori parte creditorum,nec habet locum contra Neapolitanos,nec dicti Neapolitani ipsam, nec cessionem possunt impetrare, aliquando creditores ipsam concedunt in personam tantum, non autem in bonis,dom.de Franch.in dec.179.

Dilatione data in dotem, potest debitor compelli ad præstandum cautionem adueniente tempore soluere debitum,sed nõ vt tunc soluat, sed quod adueniente tempore dos soluatur, Vrsil.ad Affl. in dec.279.& 108.l.qui mandatum.ff.mandati.

Dilatione quinquennali per debitorem impetrata, ipsa elapsa,& cautione non præstita,non admittitur quis ad miserabile beneficium cessionis bonorum.Vrsil.ad Affl.in dec.275.n.1.

Dilationem quinquennalem, seu moratoriam ex concursu maioris partis creditorum, debitori concessam,fideiussoribus quoque competere videtur,vt durante dicto tempore, conueniri non possunt, nec de persona, nec in bonis, prout hodie has dilationes concedi ait, Dom.de Frãch. in dec.179.n.9 vbi ponit etiam hanc dilationem habere locum contra Neapolitanos, ex quibus apparet,nõ bene,Carau.super Rit.M.C.V. 287. n.18.in fin. sensisse. & fideiussor pro dote potest se tueri hac dilatione, sed sunt opiniones pro, & contra in Rit.prædicto n.19.q.5.Dom.de Frãch. in dec.219 dubitat omnino contrarium.

Dilatio Baronibus est interdicta dare, & concedere de-

re debitoribus,sed cognitio dictæ causæ,pro cōcurrentia creditorum a iure,est Regijs Tribunalibus concessa, & debet concurrere maior pars creditorum,quia minor pars, non potest dissentire,& si dissentit, conceditur dilatio prædicta, non obstante dicto dissensu illorum, l.maiorem ff.de pact. Viu. in decis.38.l.fin. C.qui bon.ced. poss.Capibl.de iur.& auct.baron.par.2. cap.42. n.16.& dicta dilatio non cōceditur, quando tractatur de loco pio,deposita solutione mercedis, salarii pretium rerum commestibilium, Guid. Pap.in dec.119.

Dilatio non debet esse impossibilis, vel copiosa, l. fin.ff.quæ sent.fin.appell.rescind.

Dilationibus litis pēdentibus, officium iudicis qui scit,l.2. C.de dilation.

Discendum est semper, etiam si quis pedem in foueam tenet,l.apud Iulianum,ff.de fideicommiss. libert.

Discussio principalis,etiam si fideiussor habuit indemnitatem à principali,& proceditur contra principalem,& fideiussoré,hodie per Sac. Regn. constit.incip.si ciuiliter agens nu.7. col. 1. & ibi Affl.& sic cessat ista discussio, secus contra fiscū, Vrsill.ad Affl.dec.318.n.5.

Discordia inter dictum principalis, & testes, quia principalis diceret vnum,& testes aliud, nō posset fieri concordia etiam ad effectum euitandi falsitatem,Vrsill.ad Affl.in dec.364.n.6.

Dispensationes matrimonij, quæ per Reuerendiss. Episcopos, & eorum Reuer. generales Vicarios delegantur delegatis pro capienda informatione Episcopi,ordinarij, & cæteri delegati super hoc articulo,etiam à sancta Sede Apostolica,nihil pro salario præcipient,pro eorum laboribus, studio,& accessu, sed gratis commissionem faciant,acceptando delegati pauperes pro victura equorum tantum, quando accedant ad capiendum informationem, illam tantum percipere possunt,nec osculenta nec poculenta, Mōtemar. in pract.Cur. Archiepisc.Neap.cap.25.n. 13. fol. mihi 169.sed notarius pro actis conficiendis aliquid accipere potest.

Disponere,verbum hoc propriè ad vltimas voluntates refertur.§ disponet auth. de nupt. & verbū disponere,strictè est morientium, Vrsil.ad Affl. in dec.370.n.6.

Dispositio ad plura tempora relata debet illa vniformiter determinari, l. hæreditate, & l. quemuis C. de impub. & alijs substit. l.iam hoc iure ff.eodem.

Dispositio communiter. & vniformiter esse debet, l.diem proferre,ff.de arbitr.§ inde quæritur.

Dispositio referens intelligitur secundum causam, ad quam fit relatio, l. asse toto, de hæred. instit. Iaf.in l.scire debemus nu.10.de verb.oblig.

Dispositio facta vno tempore, non extenditur ad aliud,l.commodissime,ff. de liber.& posth.licet dispositio facta vno casu,extendatur ad aliud,vt per Socc.in l.gallus 3.not per tex.in §. & quid si tantum l.prædictæ.

Distingue tempora, & concordabis scripturam.

Bal.in l.apud antiquos n.1.C.de seru.fugit.

Dissolui is debet eo modo quo colligatum est,l.nil tam naturale,ff.de reg.iur.l.minor, ff. de euictio. & ibi glos.in vers.Secus.

Diuisio facienda de aliqua re,vbi fuerunt factę meliorationes, illa portio assignatur illi, qui meliorationes fecit,& non alteri, Vrsill. ad Affl. in dec.87.n.7.

Diuisionibus bonorum faciendis inter fratres, nō datur potestas primo nato diuidendi, & vltimo nato potestas eligendi, & accipiendi inter legitas,sed debent impartiri officio iudicis, vt per Iaf.in l.bene est,ff.si cert.pet.nu.39.col. 6. secus vero per dictum S. Augustini, qui dicit, quod maior diuidat,& minor eligat, & authoritas veteris testamenti,vbi legitur ita fuisse factam diuisionem inter Abraham,& Loth,tex.est in cap. 1. de paroch.

Diuisionis contractum non ex qualibet læsione posse rescindi,sed ex ea tantummodo,quæ fit vltra dimidiam iusti pretii,ad ornatum l. maioribus 3.C.comm.vtriusque iud. quando læsus per partes inæquales comparet in iudicio petendo nullam diuisionem declarari, sed non potest suppleri iustum pretium ad euitandum nouam, & æquam diuisionem, Merlin.in cap. 57. controuers.forens. & minor restituitur aduersus diuisionem per sortem.

Diuisio an facta præsumatur ex longa possessione rei pro diuiso? glos.in l.si maior C.comm.diuid. & vide Iaf in §.quadam,in instit.de actio.DD.in l.si filius infra de pact.hæred Dec.in cons.79.Rom. in cons.205. Alex.in cons.35. vol. 5. quos refert Corn. in consuet. Burdegal. in tit. de præscrip. add. quod in communione, nemo compellitur inuitus detineri,l.in communione, C. commun. diuidun. quid autem si pacto conuentum fuerit, vt stetur in communione, vid.Socc.in cons. 278. col.4.vol.2.& ibi videbis an si fuerit pactum inter fratres de non diuidendo, & fuerit inter eos orta discordia,possit aliquis ex eis ad diuisionē prouocare.Item etiam si testator cauerit ibi circa finem,vers.postremo, & an diuisio facta à non competenti iudice, possit partium consensu validari,habes in l.2. C.eod. ex quo tex.notatur ēt quod sententia nulla ex defectu iurisdictionis, potest ex partium consensu validari,non vt sententia,sed in vim pacti, sicut contractus, tu vide glos.in l.1. supra, qui pro sua iurisdictione, quæ tenet,quod sic,Angel.in l.sciendum, ff. de ædil. ædict.dicit, quod DD. communiter tenent contra,per l.expressim,ff.de appell & per l.priuatorum C.de iurisd.omn.iud. concordant tamen,vt dictum est,valere in vim pacti, Add. quod litis consors,non admittitur pro consorte,ante litem contestatam, ad nouam causam inchoandam sine mandato,etiam cum cautione de rato.secus post litem contestatam ad causam captam prosequendā,vltra glo.in l.commune C. de consort. eiusd.litis,vide Abb.& Felin.in cap. cum M.Ferrariensis,de constit.Natt.in cons.138. n.17. add. quod regula posita per Iaf. in l. 2. C.de noxal. actio.

actio. intelligitur quando eius commune dispo-nit præcise,& particulariter super eo,quo dispo-nit statutum, & per Bald.& Salyc.in d.l.2.quos refert Mandell.in conf.81.n.33.

Diuisioni factæ per sortem, non datur appellatio, nisi quando adest excessiua læsio, quia tunc fit æstimatio,& appretium pro portionibus, & cuilibet consignatur æqualis portio,& fortuna,quę est Deus non habet superiorem,& ista diuisio sor tis cadit in dubio iuris,non facti, quia iuditium fatis non tenet,Gizzarell.in dec. 56.per totum, n.vlt.& ibidem Angel.

Diuisio bonorum inter fratres,quomodo sit facienda,Gratian.in discept.forens.cap.159.n.18. vid. Ricc. in hac materia diuisionis fratrum in coll. dec. 201.

Diuisio alias prohibita permittitur, si fit ad euitandum discordias,Alex.in conf.7. in consultatione præmissa circa medium,vol.5.Bartolom.Soccin. in conf.165.visis inuestituris col.12.vers.decimo par.2.l.1.§.si communis, ff. de rebus eorum qui sub tutela.

Diuitias quid tam durum tanquam inhumanum est,quam publicatione, pompaque rerum familiarium,& paupertatis detigi vtilitatem,& inuidiæ exponere diuitias,l.2.vers.quid enim, C.quã quibus quar.par.de loc.lib.10.

Diuitiæ conseruant dignitatem, egestate enim sordentibus,vita supplicium est, mors autem solatium,Tiraquell. in tract. de vtroque retract. fol. 100.Cassan.in conf.1.nu.8.& 9.Vrsill. ad Affl. in dec.13.n.23.

Diutina possessio facit præsumere sollemnitatem extrinsecam præcessisse,not ex glo.in verbo detinuit,iuncto tex.in l.si filius, C. de petit.hæred. quod tamen intelligit quando interuenit scientia,& patientia illius, cuius authoritas, vel consensus requiritur. Item aduerte etiam, quia ex diuturnitate temporis præsumitur sollemnitas quo ad acquirendum principaliter, sed quando tractatur de præsumenda sollemnitate principaliter ad exclusionem alterius,& cuius præiuditiũ requiritur diuturnitas 30. annorum, glos. ita secundum vnum intellectum in cap.peruenit,extr. de empt.& vend.quem ibi ad hoc not.Imol.pro limitatione d.l. si filius, tu vide Alex.in conf. 16. nu.13.vol.4.add.etiam Salyc.in l.siue possidetis C.de probation.col.5.vers.item ex diuturnitate, vide etiam Marian.Socc.in conf.15. col. 20.& in conf.39.col.3.& an ratificatio contractus, ratificatur per cursum lõgi temporis, in spetie firmat Socc.in conf.46.in causa magnifici col. fin. vol. 3.Iacob.de S.Georg.in l.si cum seruum, ff.si cer. pet.sequitur Soccin.nepos in conf.48.n.9. & 10. vol.1.add.Corn.in conf.19.col.fin.vol.2. Dec. in conf.36.n.8.vbi antiquitas corroborat, non autem inducit probationem, add.Aym. in tract.de antiqu.temp.par.3.sect.1.n.6. & 7. vide omnino Crot.in conf.5.nu.28.& seq.add. Cassan.in consuet.Burgund.rub.9.§.9.à nn.1.vsque ad 5. & ibi quando sollemnitas extrinseca probetur in antiquis, hæc enim antiquitas sine diuturnitas quanto tempore videtur durare, vide etiam Aymod. in d.tract. in princ.

Diuturnitas temporis,& cursus multorum annorũ facit leuiare pęnam delicti, l. si quis diuturno, aliàs diutino, ff. de pęn. Gram.in cons. crim. 39. num.1.

Disrobatoribus stratarũ,dat iurisdictionem, Reg. pragm. cognoscendi de hoc delicto, primo capienti,dom.de Franch. in dec. 426. & vassalli sic delinquentes capti,baroni remittuntur, habenti tamen in suo priuilegio clausulam abdicatiuam & sic hodie seruat M.C.V.Vrsill.ad Affl.in dec. 155.Capic.in dec.122.

Doctor potest expellere malleonem, fabrum, & alios erga suam domum, & studium facientem rumorem,Gram.in dec.58.n.15. & 16. & à sententia tractus non datur appellatio. Et Doctorẽ se faciens cum non sit, punitur pęna falsi, dum facit aliis DD.iniuriam,Mangon.in dec. Lucẽs. 26.n.20.

Doctor in S.R.C.postulare absque alio examine, vt dictat Reg.Pragm,28.§.3.de offic. S.R.C. sed hodie examinantur Aduocati, per nouum ordinem S.E.

Doctor primo doctoratus præfertur, & ille doctor primus,& senis causas decidit, sed iuuenis prius loquitur,Vrsill.ad Affl.in dec.1.n.17.

Doctores ordinarii Collegii Neapolitani sunt quatuordecim, & supernumerarij sunt sex, qui stãt in locum demorientium,& habent quædam munuscula,domin.de Franch.in dec.234.& gaudẽt priuilegio fori, & aliquando pro delictis remittuntur Collegio prædicto.

Doctor potest malleonem, & fabrum eum impedientem,& turbantem in suo studio, expellere, & omnẽ alium rumorãtem,& sic scolaris,& Aduocatus,remotis tamen priuilegiatis, quis non potest impedire vti arte sua, Petr.ad Gram.in dec.58.nn.7. & seq. & talis sit expulsus, tenetur soluere integras pensiones, non obstante, quod non fuit expulsus tempore locationis, dum fuit sua culpa expulsus, dom.de Franch.in dec.625.

Doctor,iuris error, dolo abscribitur, & turpe est ignorare illud in quo quis versatur, minoris ætatis sexus,non habet restitutionem in integrũ, Petr.ad Gram.dec.60.nu.13. & non præsumitur delinquere,cap.cum iuuentute, de præsumpt.& de eius priuilegijs,vide in nu.15.

Doctor torquetur, carceratur, e nullo suo priuilegio in corpore iuris posito,& in auth. habita, C. ne fil. pro patr. ex totius mundi consuetudine potitur,quia DD.hodierni potius legum dolores,quã DD.sunt,& propter eorum frequentissimum numerum, eorum status ad dedecus est redactus,& de alijs vide Petr.ad Gram. in decis. 60.nu.15.& in quã ætate doctorentur,& quantũ tempus studere debeant,deponitur ibi.

Doctoratus insignia,& dignitates gaudent Medici, & Chirurgici, non per artem medicinalem, sed per doctoratum,vt gaudent DD.in vtroque iure,& gaudent iisdem priuilegiis,vt gaudent Doctores prædicti,domin.de Franch. in dec.564. &

quidam

quidam Chirurgus pro delicto fuit condemnatus ad relegandum, Pascal. de vir. patr. pot. cap. 5. par. 2. nu. 83. & seq. ponit immunitates DD. & si medici, & eorum filij gaudent, de Franch. dec. 564. Ann. in repet. constit. regn. terminum vitæ num. 25. latè.

Doctores possunt se cooperiri, etiam apud Regentes Regiam Cancellariam, & alios iudices supremos, domibus dictorum sedunt, & cooperiũtur, l. fin. C. de aduoc. diuers. iudic. Felin. extr. de maior. & obed. n. 9. & hodie barones, non faciũt illos ante eos cooperire, est iniustitia, cũ Illi Magistratus, repræsentant Regem immediatè, in exercitio iustitiæ, l. item eorum, § decuriones, ff. quod cuiusque vniu. l. municipibus, ff. ad municipal. Capibl. de baron. par. 2. cap. 56. n. 19. & seq.

Doctores sunt constituti in dignitate, vt habeant ius iudicandi, Foll. in sua pract. crim. in tit. de laud. & fruct. offic. num 4. fol. mihi 358. Vrsill. in dec. 1. Girard. in cons. 33. nobiles, & quomodo præferuntur in sedendo si sunt clerici. Affl. in dec. 1. ni fallor.

Doctor non oportet ostendere priuilegium suum dum stetit in quasi possessione doctoratus per decennium, nec pena falsi puniri potest, si pro doctore se gerit, Boer. in dec. 171. Paul. de Castr. in l. si sollemnibus de fid. instrum. Vrsill. ad Affl. in dec. 174. nu. 6. Guid. Pap. in dec. in nouis 474. in litera B. fol. mihi 657.

Doctorum filij, quando retinent patruum dignitates, & gaudent dignitatibus patruum eorum doctorum, Guid. Pap. in dec. 389.

Doctoris dictum, debet intelligi secundum legem quam allegat, ita dicit Bar. in l. non solum, § liberationem, ff. de liber. legat.

Doctores debent habere animum fortitudinis, & vim fortunæ patienter sufferre, l. redat, & ibi etiã notat Bar. C. de profess. & Medic.

Doctores non possunt torqueri, intelligitur, vt hæc priuilegia consequentur, quando sunt actu legẽtes publicè, vel actu aduocati, Gram. in vot. suo crim. 25. n. 2. Cyn. in l. 3. C. ad l. Iul. maiest.

Donatio propter nuptias pro parte lucratur, quando dos fuit in partem soluta, Surd. in tract. de alim tit. 9. q. 17. n. 9.

Donatio facta per maritum suæ vxori, per transitũ postea per ipsam factum ad secunda vota, amittitur, Vrsill. ad Affl. in dec. 44. nu. 29. & donatio prædicta permittitur inter virum, & vxorem, pro fructibus rerum parafernalium, qui donari possunt ad inuicem, & differunt bona parafrenalia a bonis extra dotem, loco prædicto.

Donans bona sua, non veniunt nomina debitorũ, Bal. in l. 1. ff. de stat. hominum in suo cons. 132. in fin. vol. 2. Cardin. Florent. in cons. 31. latè Corn. in cons. 49. vol. 3. Soccin. in cons. 101. vol. 1. repetito cons. 175. vol. 2. col. 2. & vide ante per me in add. ad l. cum ita, § species, ff. de leg. 2.

Donatio facta ab existenti in articulo mortis, illo periculo euaso, reuocatur donatio, Bal in l. fi. C. de posthum. hæred. instit. & Mandell. in cons. 65. & vide per me ante in add. ad l. 1. ff. de mort. caus. donat.

Donatio rei alienæ facta per Principem, dummodo non sit donatio bonorum dotalium, non valet, nisi elapso anno, & ductus mensibus, tunc concludatur, Affl. in prælud. constit. Regn. q. 13. & 9. in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscrip. & per ipsam legem non concluditur, nisi elapso quadriennio.

Donatio omnium bonorum facta per patrem, reuocatur per superuenientiam filiorum, dummodo pater in vita sua, hanc reuocationem petit, alias eius hæredes, eam petere non possunt, l. 1. C. de reuoc. don. Imol. in cap. fin. extr. de don.

Donans, an teneatur de euictione pro re donata, vid. tex. in l. quoniam, C. de euiction. l. aristo, § ait ff. de don. Dec. in cons. 492. nu. 1. & 7. & Abb. in c. 1. de empt. & vendit. n. 10. dicunt, quod donans tenetur de euictione, si res donatario euincitur, quando donator sollemni stipulatione promisit de euictione, si vero non promisit, aut incepit a traditione, & promissione primo casu, olim nõ tenebitur, nisi fuisset sollemnis promissio, hodie tenetur, per l. si quis argentum, C. de don. secundo casu, si vult agere ad particulare interesse, & donans est in dolo, tenetur de euictione, aliàs secus, quia quis penam pati non debet de mera sua liberalitate, & per l. non dubitatur, C. de cui ctio. emptor semper de euictione tenetur, etiam si eam non promisit, & expensas in causa factas tenetur venditor reficere, Abb. in loco citato, l. 1. C. de euictio. l. venditores, ff. de verb. oblig. & sic emptor potest repetere a vẽditore expensas prędictas, post factum, siue obtinuerit, siue occũbuerit, dum venditor tenetur emptorem defendere, & si non defendit, tenetur ob rem non defensam. l. cum quæritur. ff. de iudicat. solu. & hoc intelligitur quando emptor denuntiauit venditori, vt eum defendat, aliàs sibi imputatur, nam hoc casu non agit de euictione, etiam respectu rei principalis, nec respectu sumptus.

Donare nihil aliud est quam perdere, l. filiusfamilias, ff. de don. Abb. in cons. 115. vol. 2.

Donare sine causa est, ppriè dilapidare, l. ab agnato, l. fin. de cler. furiol. Alex. in l. 1. num. 15. ff. de verb. oblig.

Donatio non præsumitur, adeo vt dixerit Bald. in l. generaliter 3. col. C. de non numer. pec. quæ potius præsumitur fatuitas.

Donationem captiosam; seu liberalitatem, interpretatio prudentum fugit, l. cum Aquiliana, ff. de transaction.

Donationis præsumptio, tria inducit, ratio sanguinis, taciturnitas longi temporis, & sæpe facta compensatio, quorum si vnus deficiat, secus est, l. procula, ff. de probation. quod est valde notandum.

Donatione propter nuptias omnia, quæ per filios habuit, confert cum fructibus suis, Tesaur. in dec. 46. num. 4.

Donata bona filio, pro suscipiendis sacris ordinibus, sunt inalienabilia, & irreuocabilia, vigore Sacri Concil. Trid. in sess. 22. cap. 3. Gratian. in lib. 1. discept. forẽs. cap. 159. Ricc. in 2. par. pract. for.

tor. ecclesiast.resol.123.num.1.sed si bona erant prius obligata creditori anteriori non valet donatio quia tex.in l.debitorem C.de pignor.dicit debitorem neque vendentem, neque legantem, neque donantem, vel fideicommissum relinquētem posse deteriorem facere creditoris cōditionem certissimum est,l.si res ff.de remiss. pignor. l.si debitor ff. de distract. pignor. & sic donatio causa studii est valida,Pascal.de vir.patr.pot.c.4. par.1.nu.33.Rebuff.in tract. de priuileg. scolar. priuileg.60.& de Marin.cap.37.nu.5.quotid.resol.quod non potest pater reuocare donationem pro suscipiendis sacris ordinibus factam filio clerico,ob manus violentas,& graues iniurias sibi illatas.

Donatio facta per patrem filio suo, & præcedente in donatione ipsa,succedit pater vna cum fratribus defuncti,filiis ipsius patris, & sic in donatione facta per virum vxori suæ,ea ab intestato prędecedente in donatione ipsa succedit vir cum fratribus vxoris suæ,dom. de Franch. in dec. 59. Tor.in compend.dec.Regn. in verbo pater nu.4. fol.mihi 379.col.1.Vrsill.ad Afflict.in decis.315. Viu.in decis.421.Ricc.in coll.dec.15. Tesaur.in decis.22.

Donatio propter nuptias lucratur per mulierem,si pactum adest de ea lucranda, secus si non adest dictum pactum,quia filij eam tantum lucrantur, & si mulier transit ad secunda vota, non lucratur donatio,sed eam amittit quo ad proprietatē tantum,quæ hæredibus viri acquiritur,auth. sed & si quis,C.de secund nupt.

Donationis inofficiosæ materia,& donationis omnium bonorum,vid.Ricc.in coll.dec.181.n.178.

Donationis materia inter patrē, & filium ponitur per Ricc.in coll.dec.192.resol.109.& 110. par.2. Fab.de Ann.in alleg.94.

Donationem non reuocare promittens, etiam vitio ingratitudinis, non potest amplius se pęnitere,etiam quod præsumatur in eius fraudē, quod vadit in perniciem donantis,renunciatio futurarum ingratitudinum,quæ fieri potest,& cum iuramento tenet, cum clausulis, quod non possit vitio ingratitudinis reuocare, si quoties ipsam reuocare voluerit, semper intelligatur de nouo facta,Ricc.in pract.for.eccles.resol.402.par. 2. §

Donatio facta per patrem suo filio clerico, vel per aliam personam quæ est excessiua valet & tenet, & gaudet immunitate collectarum,& datiorum & aliorum iurium pro dictis rebus sibi donatis loco tituli patrimonij, qui debetur ex dispositione S.C.Triden.sess.21.cap.1. sed si donatio est excessiua vltra summā non tenet,nec gaudet,nisi per dictam summā taxatā sufficiētem ad victus tantū,& Tor.in 1.par compend.decis. Regn. in verbo Immunitate refert dec.Reg. Cam.Summ.

Donatio propter nuptias, & dos, æquis passibus ambulant,& per mortem vxoris donatio reuertitur ad virum,sicut dos per mortem viri conuertitur ad vxorem, tex. in authen.dos data,C. de donatio.propter nupt.

Donatio propter nuptias constituitur spontè,sicut mulier viro suo constituit dotem, & dicta donatio,& dos,æquis passibus procedere debet, & sicut dos soluto matrimonio ad mulierem cedit, nisi sit pactum inter eos de lucrando dotem, ita donatio propter nuptias ad maritum cadit,tex. & glos.ibi in auth.dos data C. de donat.propter nupt.l si a sponso C.eod. tit. dicit, quod dicta donatio ad virum pro medietate redire debet,& alius tex.in l.a marito C de don.int. vir.& vxor. dicit,quod donatio facta per virum, matrimonij tempore,per mortem donatariæ reuocatur.

Donatio propter nuptias,quando potest peti,dote non soluta,Guid Pap.in dec. 274. & de hac donatione,& antefato, late Doct. Flauius Ventrilia ad Consuet. Campanæ Ciuit verb.Basaturam.

Donatio contemplatione matrimonii,quæ priuilegia gaudet,& si differat in dote, debet pro lege seruari, & hoc quando fiunt in ipsis matrimonijs, & de donatione facta per patrem suo filio in potestate,vid.dec.Guid. Pap.146. quando iuramentum confirmatur,& Boer.in dec.353.dicit de donatione facta fauore matrimonii, & Guid. Pap.cum add.in dec. 145. & dicta donatio contemplatione matrimonii est valida, & irreuocabilis,Pascal.de pat.pot.cap.4.par.1.nu.36.tex.in l.diui C.de natural.lib.

Donata à patre filio suo,eo mortuo donatio ipsa redit ad proprium fontem,vnde exiuit, & sic ad patrem donantem,Ioan.Vincē.de Ann.in repet. super cap.prim de success. vasall.decrep. ætat.n. 362.Guid.Pap.in dec.147.

Donatio contemplatione matrimonij,quæ est pars contractus dotalis, & vnus censetur, & acquiritur,sicut filiis nascituris fit donatio, vt commodius viuere possint,& cætera alia priuilegia,quibus gaudet donatio ipsa, vid.late per Hodiern. in dec.ad Surd.dec. 322.

Donatione non consideratur læsio,cum ex liberalitate procedat,l.1.de donat.Gratian in dec.40.n. 1.tamen quando in donatione vniuersitatis bonorum,& iurium,tunc potest infringi, nisi constet donantē habuisse notitiam æstimationis bonorum, & iurium,quæ donauit, & sic non valet donatio stante enormissima læsione. Rot.diuers. in dec.102.n.2.sed hoc non habet locū in Moniali ingredienti Monasterium,ob paupertatem, & vitam monasticam electam decis prædicta nu. 3.§.illud,auth.de monach auth.nūc autem,auth. si qua mulier C. de episc.& cleric.

Donatione ante nuptias,siue propter nuptias, hanc materiam tractat de Pont.in cons.80.nu.8.tex.in l.assiduis,vbi glos.& DD.C. qui pot. in pignor. hab.Nicosant.in tract.de pignor.4.memb. n. 64. par.2.& donatio propter nuptias datur respectu dotis,n.8.& 16.cons.præd.

Donatio irreuocabiliter inter viros potest fieri absque sollemnitate, & per nudum pactum, vel per epistolam,vel per nuntium,& semper dicitur donatio inter viuos, quando in ea non fit mentio mortis,in qua donatione causa mortis, quinque requirūtur testes,de Pont.in cons. 83. vol.1. l.si quis argentum,§.fin.C.de donatio. glos.in §.

proficiſcuntur,verſ.voluntatem, inſtit.de donat.

Donatio cōtemplatione matrimonij eſt pars illius contractus dotis,& cum dicto matrimonio confunditur,& eadem conſequitur priuilegia,& alia narrata per de Pont.in conſ.25.vol.1.

Donum magis valet quàm ſuſpirum, imò ſuſpirū nihil valet ſine dono,Boer.in dec.316.nu.6.cum ſequentib.

Donatio facta abſenti ,& non ratificata à notario per eam ſtipulante, ſi donans committit delictum,& forſan venirent bona confiſcanda, non poſſunt confiſcari in præiudicium donatarij,qui poſſunt competere, acceptare, & ratificare donationem,ſed bene donatio ipſa abſenti facta, & non acceptata, ſeu ratificata poteſt per donantē reuocari, Teſaur.in dec.124.Peguer. in dec. Catalon.43.nu.11.

Donatio facta per patrem ſuo filio clerico, ex quibus coniecturis in fraudem facta cenſeatur,vide Ricc.in reſol 433.in prax.for.eccleſ.

Donatione omnium bonorum non comprehenduntur bona futura, Hodiern.ad Surd.dec.233. num. 1.

Donatio facta àbſenti.& pro eo notario ſtipulante, videtur facta acceptatio per donatarium abſentem, quæ præſumitur ex coniecturis extrinſecis, & ſi eſſet facta duobus, ſufficit acceptatio vnius,& de donatione abſenti facta, hodie acceptatio non requiritur,dum eſt actus fauorabilis, Hodiern.ad Surd.dec.111 per totū, & in fin.latè Gratian.in dec.39.nu.8.

Donatio facta abſenti conſanguineo habitante cū donatore in eadem domo, & cum eo viuenti per multum tempus, præſumitur præueniſſe ad notitiam conſanguinei, & ab ipſo irreuocabiliter acceptata, & non poteſt amplius alteri donari, eo magis, quia Notarius ſtipulat pro abſente cum conſtitutione precarij,Gizarel in dec. 51.& add. de Angel. maxime quia concurrit coniunctio ſanguinis, quæ facit præſumere debitum donatum.

Donatio, quæ fit baroni per vniuerſitatem, & ab eo eligitur dicta donatio in Cameram reſeruatam, valet talis donatio, Albert.Robert. in conſ. 2.nu.13.inter conſilia feudalia diuerſorum, Bertazol.in conſ crim.420.vol.2.vlt.add.refert Teodor in dec.S.C. in cauſa Vniuerſitatis Sancti Seuerini cum D. Ferdinando Gonzaga, Rouit.in pragm.5.de adminiſtrat.n. 22. in prim. impreſſ. & vniuerſitates non poſſunt ſe congregari pro donationibus faciendis abſq; Proregis licentia, ſed poſſunt facere tantum decuriones, pro donatione faciēda Principi non congregata Vniuerſitate, & ad eam poſſunt omnes collectari.

Donatio facta duobus diuerſo tempore,ille præfertur,& eſt potior,qui prius poſſeſſionem rei donatæ acceperit,& valet ſua poſſeſſio,l.quoties duobus C.de rei vendicat.

Donationi remuneratoriæ,quæ ſpecialia requirātur,vide Petr.ad Gram.dec.73.num.2. Capic.in dec.112.nu.5.

Donatum contemplatione matrimonii pro filiis natis,& naſcituris eſt præcipua & ante partem, ſeu legitimam filiorum, in qua computari non debet, & eſt priuilegiatiſſima, & irreuocabilis,& dominium illius eſt translatum à die donationis prædictæ, Petr.ad Gram.in dec.90. per totum.

Donatio inter virum, & vxorem iuramento confirmatur,etiam non præcedente morte donantis, Petr.ad Gram.dec.103.nu.78.

Donatio facta per patrem filio ſuo in præiudicium tertij, non valet.Vrſil.ad Affl.in dec.370.n 7.

Donatio,quæ fit inter coniuges,vt ipſa valeat,oportet,quod donatarius ſuperuiuat donanti, Vrſill. in dec 315.nu.6 l.à marito.C.de donat.inter vir. & vxor.

Donatio alicui facta omnium bonorum, reſeruata facultate diſponendi de ducatis tot,mortuo donatore ab inteſtato in reſeruatione donationis ſuccedunt hæredes venientes ab inteſtato, dom. de Franch.in dec.609. n.1. ſed contrarium tenet conſ.pedem.in fauorem donatarii.

Donatione omnium bonorū,non veniunt bona futura,dom.de Franch.in dec.540.n.24.

Donatio cauſa mortis,eſt illa,quæ facit mentionem mortis,ideſt quando dicitur dono poſt mortem meam,& donationes inter patrem, & filium ſunt prohibitæ, verū factæ in capitulis matrimonialibus,vt hodie vtitur de conſuetudine ſunt licitæ,& promiſſæ,dom.de Franch.in dec.430.

Donatio,& venditio debet donans, & venditor rē ipſam donatam,& venditam intra annum tradere,computādo à tempore venditionis, vel donationis,vt contractus ſit validus, Vrſill. ad Affl. in dec.275.n.8.conſtituto non obſtante.

Dona tranſmiſſa à ſponſo,eius matre, & aliis conſanguineis ſuis,ſponſæ ſuæ, ante matrimonium contractum, ſponſa ipſa mortua, ſunt reſtituenda omnia donata donantibus, deducta donatione facta per ſponſam afferenti eam,vel pro veſtibus in matrimonio per ipſam præparatis, & ſi oſculum interuenit gratia viri, non vxoris, mulier lucratur medietatem doni facti,& antefati,ſi vero interuenit gratia vxoris mortuæ in lecto iacentis,vt ſe conualeat,nihil lucrantur,vel ſi mulier eſt minor duodecim annorū, dom.de Frāch. in dec.502. quia ex oſculo mulier verecundiam conſequitur,& vir gaudium, & vir videtur quaſi capere caſtrum,ſed Affl.dicit, quod antefatum lucratur ex dote, vel ipſius dotis tranſmiſſæ parte.

Donatio facta a patre filio ſuo,quamuis morte confirmatur,tamen hoc procedit vbi ante mortem ipſius patris præceſſit traditio vera,vel ficta,puta per confeſſionem alias ſecus, vt in l. papinianus,& ibi Barto.ff.de donat.inter vir. & vxor. tu vide Alciat.in tract.de præſumption.15.num.2. vbi plenè de mat.gloſ.in verbo poſtulas, §.ſi donatione C.de collation.& not. ex dict. gloſ. an merita In donatione debeant declarari,vel probari, add.Barto.in l.ſi forte ff. de caſtrenſ. pecul. & Soccin.in conſil.296. vol. 2. latè per Bellon.in conſil.74.nu.5.& per totum,multa per Corneu. in

in cons. 144. vol. 2. Paris. in cons. 88. nu. 16. vol. 3. & nu. 99. an autem credatur donatori asserenti merita præcessisse, & quid si iuramentum interuenerit vid. vltra DD. in d. l. si donatione, Vasqu. de success. progred. & resolu. lib. 1. §. 5. n. 9. & seq. fol. 13. & quamuis regulariter in lucro legis requiritur, æqualitas seruanda inter filios, tamen in prouidentia testatoris secus est, Bald. in l. hac edictali in 1. col. C. de secund. nupt. & probatur in l. parentibus C. de inoffic. testam. præcipuè cũ non faciat aliquid, quod sit contra legem, quo casu limitatur, §. disponat auth. de nupt. ex mente Iasonis in l. pupillari, in 2. col. ff. de vulg. & pupill. substit. Aret. in cons. 67. diligenter in 6. col. per tex. in l. nemo potest. ff. de leg. primo, & l. si quis eum ff. de conditio. & demonstr. & an filius qui curam rei familiaris a patre suo accepit in bonorum diuisione possit per eam salarium petere, tanquam negotiorum gestorum, Bar in l. illud sine ratione. C. de collation. & Fulgos. in verbis finalibus glos. dictæ l. in vers. lucrum, add. in simil. Roman. in cons. 169. Bal. Paul. & Ias. in l. fi. C. eod. & facta donatione filiæ per patrem ob benemerita, debent merita esse æquiualentia, Pascal. de patr. pot. cap. 4 par. 1. nu. 41. & quando, & quomodo dicantur merita æquiualentia, vide Menoch. de arb. iudic. lib. 2. cas. 132.

Donatio facta, promittens eam non reuocare ex quacunque causa, cessat reuocatio ex causa ingratitudinis, quia designatur vniuersalis remissio ex dictis verbis Petr. ad Gram. in dec. 4. n. 3. & dominium rei donatæ etiam post mortem transit in donatarium, Merlin in cap. 56. forens. controuers. & dom. de Franch. in dec. 213.

Dono verbum prolatum à patre non proprietatẽ, sed vsum tantum importat, Petr. ad Gram. decis. 7. nu. 15.

Donatio facta cuidã absẽti, & notario præsente, & proseo stipulante, non obstãte, quod nõ fuit acceptata in vita donantis, qui non aliter donationẽ prædictam reuocauit, valet dicta donatio, & confirmatur, & ius eam reuocandi non transit ad hæredes, Bar in l. qui Romæ. § Flauius hermes, ff. de verb. oblig. vers. vlterius habetis, domin. de Franch. in dec. 339. clarè dicit per totum, Vrsill. in dec. 393. n. 7.

Donatio facta absenti valet, sequuta tamen ratihabitione, & sic donatio patris, Vrsill. in dec. Affl. 361. n. 44. & est necesse, quod antequam donans decedat, donatarius habeat ratam, donationem prædictam, Rom. in cons. 294. & 195.

Donationes inter virum & vxorem, an firmentur iuramẽto? vid. Alex. in cons. 8. vol. 2. Dec. in cõs. 202. per totum, Lupus in rub. extr. de don. inter vir. & vxor. §. 51. Cæpoll. in cautel. 111. donatio Soccin. in cons. dico in regula 104. ni fallor. in fallent. vlt. Alba. in cons. 4 n. 12. & ibidem nu. 19. an istud iuramentum operatur vires suas, ante vel post mortem donatoris? Paris. in cons. 86. n. 47 vol. 3. add. Cassan. in consuet. Burg. rub. 4. §. 7. fol. 163. & tribus seq. latè disputat Gram in dec. 103. nu. 73. & seq. vid. Cortam in verbo donatio inter vir. & vxor. add. quod vxor quicquid acquirit constante matrimonio de bonis mariti præsumitur, l. etiam C. de don. inter vir. & vxor. an autem huiusmodi quæsita per vxorem, debeant esse inter couiuges communia, latè Lup. in d. rubr. §. 62. in consuetud. aurel. in tit. de societat. inter vir. & vxor. fol. mihi 125. cap. 1. Cassan. in consuetud. Burgun. rub. 4. §. 2. fol. 136. nu. 1. & seq. vers. quid veniat, & res empta à marito sua pecunia vxori censentur donatæ? Lup. in d. rub. fo. 81. n. 20. & quod possunt ab vxore repeti, idẽ in d. rub. §. 29. n. 5. & quid de rebus extra dotẽ à marito consũptis, vltrà tex. in l. de iis, C. eod. vid. Alex. in cõs. 42. vol. 1. col. 6. vers. vel obstat, & in cons. 63. vers. & venio ad aliud dubium, vol. 2. add. singul. cons. etim. 164. vbi scripserũt se quãplures excellentes DD & ibi quæ dicantur parafrenalia, & eorum vsusfructus, cuius lucro cedat, add. glo. Bar. Bald. & alios in l. cum à matre, C. de bon. matern. & in l. vbi adhuc, C. de iur. dot. vid. Ioan Lup. in d. rub. §. 68 nu. 16. alios fere infinitos citat Tiraquell. post l. connubial. glos. 7. in princ. qui inter alios citat Afflict. in dec. 44. add. etiam Iacobum Copum in tract. de fruct. cap. 7. vol. 16. tract. in tit. de fruct. dotis, & Cassan. in consuet. Burgun. rub. 4 §. 24. fol. 202. nu. 3. & seq.

Donationes, quæ fiunt à patribus eorũ filijs tempore nuptiarũ matrimonij, & ipsius occasione sũt irreuocabiles, & nũquam reuocari possunt, quia confunduntur cum ipso contractu, & sunt personæ ipsius matrimonii, domin. de Franch. in dec. 205.

Donatio omnium bonorum facta pio loco valet, dom. de Franch. in dec. 168. nu. 2. & tam præsentium quam futurorum.

Donatio inter virum, & vxorem morte confirmatur, Vrsil ad Affl. in dec 44. n. 9. l. à marito C. de don. inter vir. & vxor. Affl. in dec. 315.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, non valet de iure, sed si ibi adest clausula omni meliori modo, sustinebitur dicta donatio, quo ad præsentia tantum, non autem quo ad futura, vt ei non tollatur libera testandi facultas, Vrsil. ad Affl. in dec. 167. n. 4.

Donatione generali bonorum non veniunt feudalia, & bonorum appellatione, etiam feudalia cõprehenduntur, Vrsil. ad Afflict. in dec. 14. num. 17. & 18.

Donatio per quinque causas potest reuocari per donantem. l. fin. C. de reuocand. donat. & per ingratitudinem donatarii erga donantem reuocatur donatio, sed non illa facta Ecclesiæ, quæ videtur facta Deo, vide late Pascal. de patr. pot. c. 8. nu. 102. cum seq. par. 1.

Donatio facta per sponsum sponsæ suæ, & per alias prohibitas personas non valet, sed dum est iurata confirmatur iuramento, Gram. in dec. 108. nu. 54. & 55. & in dec. 45.

Donatio facta absenti, requiritur acceptatio, Vrsil. ad Affl. in dec. 393. n. 7. verum si fit infanti, minori, & posthumo, quæritur dominium, domin. de Franch. in dec. 339.

Donationis inofficiosæ materia, vide per Franc. Aret.in conf.47.incip.visis,& diligenter ponderatis,& Bertrand.in conf. 214. per totũ vol 1.& eandem Aret in conf.17. & 20 & Mandell. in conf.73 nu.2.qui allegat Curt.Sen.in conf.1.col. fin.& Riminal in conf. 109.vol.3.vbi de donatione facta filiis emancipatis.

Donatio facta à sponso sponsæ suæ,quando erat in domo sui patris ante osculum, si erat iuramento confirmata, valet nobili pro pretiosis, & alteri personæ valet ad vsum quotidianum, pro aliis bonis ad vsum quotidianum non festiuum,Affl. in dec.315. vel quando maritus tacitè vel expressè in vitam dictam donationem reuocat,decis.prædicta num.5.& ibi Vrsill.Reg. pragmat. Illust.Ducis Ossunæ limitauit donationem prædictam ad rationem octo pro centenario,lucrandam per spõsam,a dotibus ducatorum quatuor mille in circa,cum limitationibus, vt in ea.

Donatio inter viuos est illa, in qua adest clausula quod non possit reuocari, Vrsill. ad Affl.in dec. 72. nu.7.

Donationi requiritur consensus, & præsentia donantis,& donatarii, tam in donatione inter viuos,quam in donatione causa mortis,domin.de Franch.in dec.133.n.3.

Dos data spuriæ,vltra alimentorum metam, mortuo dotatore, potest reuocari etiam constante matrimonio ab hæredibus, dom. de Franch. in dec. 104.n.7.

Dos data filiæ à patre suo,plus quam legitima sibi competente de iure naturæ si est excessus modus dotandi filiam,filius potest dicere dotem inofficiosam etiã patre viuente,domin.de Franch. in dec.104.Gram.in dec.90.Vrsil.in dec.86.sed potest dicere prædictam dotem inofficiosam, pro sua legitima tantũ,non pro tota dote,quando in legitima fuit grauatus,quia legitima recuperata, nihil aliud recuperare potest,sed tota alia dos penes maritum remanet,Paul.de Castr.in l.1.Cod. de iur. dot.

Dos restituitur post annum à die mortis testatoris, si per defunctum non fuit dos ipsa relicta, quia hæres habet annum ad restituendum,Gram.in dec.103.n.95.& de legatis dotium pro filijs maritãdis,vid.late diuersimode Pascal.de patr.pot. cap.6.par.2 n.51.& seq.

Dos non potest esse minus legitima, & in dote sex requiruntur requisita,vt congrua dos dicatur,& alia quæ ponit Grã.in dec.101.n.28.& Affl.in cõstit.Regn.incip.in aliquibus,& Corn.in cõs.100.

Dos recuperatur per filium post mortem patris, quando pater alienat fundum dotalem, & ipso male se vtitur.l.1.C.de bon.matern. domin de Franch.in dec.10. nu.11.

Dos,siue res dotalis potest vendi pro præstandis alimentis vxori,per maritum suum,ne fame pereat Vrsill.in dec.10.nu.12.

Dos datur loco legitimæ,& alimentorum, & si filia fuit dotata, potest agere ad supplementum legitimæ, si minus sufficienter dotata fuit, Vrsill. ad Affl.in dec.111.n.10.Gram.in dec. 102.

Dos restituitur per virum soluto matrimonio,idest si res sunt immobiles,eas statim restituere debet, si verò mobiles,& se se mouentia, vir habet annum temporis restitutionis, & si statim non restituit,soluit post annum vsuras, vel fructus perceptos,quia statim restituuntur, ob funus, quia non habet mobilia præ manibus, ac immobilia, Azo in summ,fo.mihi 493 col.1.n.3.super Cod. in tit.de rei vxor.act.l quoties C.de iur.dot. l. si filia ff sol.matr.

Dos est proprium patrimonium vxoris,domin.de Franch.in dec.161.n.5.

Dos & donatio propter nuptias,quo ad priuilegia æquiparantur, Vrsil ad in dec. Affl.154.n.3.

Dos quæ debet constitui filiæ a patre suo, illud officium,quod erat paternum, per eius mortem efficitur fraternum,idest de bonis patris, in quibus ille successit, non de bonis propriis fratris, domin.de Franch.in dec.178.n.12.

Dos non potest esse minus legitima, & paragium satis est filiam esse cũ digno viro collocatam,& dos sibi cõstituta trãsmittitur ad hæredes, Vrsil. ad Affl.in dec 160. & dos q̃ datur filiæ spuriæ per mortẽ ipsius absq; prole relicta,non reuertitur ad hæredes patris dotantis, ex ratione assignata per Pascal.de vir.pat.pot.c.3.n.42.par.2.

Dos data in dotem in aliqua re æstimata solutò matrimonio, res retinetur penes virum, si æstimatio offeratur,l.quoties C. de iur dot. & not. quod est in electione viri fundum,aut illius æstimationem restituere,vt in consuetudine Neapolitana,in quibus rebus habet locum quarta. fol. 308.litera E.& an, & quando æstimatio faciat emptionem.vid late per Couarr. in lib. pract. quæst.cap.18.fol.422.vbi multa,& notab. vt per Rol.a Valle in conf.92.vol.2.vbi latè, & Alexãdrin.in conf.5. in princ. & an res empta ex pecunia dotali sit dotalis,tex.habes in l.ex pecunia, C.de iur.dot.quod intellige,vbi emptio non est facta nomine mulieris,secus si nomine mulieris, & ita procedit l.res quæ ex dotali, & similes, ff. de iur.dot.& ita Rom.in conf. 101. pro decisione præsentis dubitationis examinat Soccin. in conf.suo 224.col.1.vers. primo, & an procedat in matrimonio putatiuo? vid. Tiraquell.de ll.cõnub.in vlt.l in glo.6.nu 245. add. quod mulier, & fiscus paribus passibus ambulant, vnde inter eos succedit regula, qui prior est in tempore, potior est in iure,glos.in l.dotis. §. magis, C. de iur.dot.add.quod viro vergente ad inopiã, vxor potest agere ad dotẽ,l.vbi adhuc, C.eod. & hoc casu si maritus velit vxori agenti fideiussorem dare,non datus,dotis repetitio cõpetit, cap. per vestras extr.de don.inter vir.& vxor.contra opinionem aliquorũ,& vide opin. Papiens.in form. libelli,quo vxor agit ad dotem,col. 8. vers. post hæc quæritur,& an creditores hoc casu habeant ius offerendi, contra vxorem, vide Mandell. in conf.80.Roland a Valle multa in conf. 9. vol.1. & ad materiã d.l.vbi adhuc,vide multa per Lup. in repet.cap.per vestras § 23.& seq.fo.159. extr. de don.inter vir.& vxor.add. Nauar. & Io.Ant. de

de Nigr.in cap.frequens,num.47.circa finem,in vlt.impress.& Affl. in dec. 199. & in dec. 221.& ibi Vrsil.& Vinc.de Franch.in dec 54.vbi multa & notab.add.quod contra extraneos possessores rerum viri,non agitur,nisi prius excusso viro,ita glos.in verbo qui potiora in d.l. vbi adhuc, sed ista opinio communiter reprobatur a DD. tũ vero pro veritate vide Bal. Nouell.in tract de dot. in 8.par.principali priuileg.37. & priuileg 7. & Crot.in l.si constante,nu.80. ff.sol.matrim.& an possit insimul agi eodem libello ,contra principalem actione personali,& hypothecaria contra tertiũ possessorem,vide Negus.in tract.de pigno. in 1.membr.8.par.nu.9. & latè per Boer.in dec. 334 add.eund.Crot.in d.l.in 2 lect.nu 5.& 100. circa materiam eiusdem excussionis, & Natt.in cons.81.Roland.à Valle in cons.9.vol.1.

Dos mobilis infra annum soluitur,immobilis autẽ statim sol.matr.per tex.in l.1.§.exactio, C.de rei vxor.act.tu vero limita singulariter,vt per Boer. in cons.50.nu.18.& 19.per add ibi , quid si res immobilis fuit data in dotem æstimata? vide Bald. nouell in tract.de dot.par.8.priuileg.7.Vital in tract.clausul fol.94.add.ad materiam pulchrũ cons. Alex.27.vol 4 vbi videbis,an aliquid alimentorum causa petere possit, dote in pecunia existente, vltra annum retardata , si non habet vnde se alat & Rom.in cõs.507.in casu propositæ consultationis, Abb. in cons.39.nu.6.vol. 2. Ancharan.in cons.138.in quæst.quæ vertitur, & Alex.in cons.53.vol.4. & Boer. in cons.6. latè per Campeg.in suo tract.de dote par.2.q.6. Ios. Lup.in repet.cap per vestras, extr.de don. inter vir.& vxor.fol.192.nu.3.& fol. 240.§.8. quod incipit 8.infertur,vbi latè,& ibi col.fin.an si maritus per decem annos non petierit interesse dotis non solutæ,de cætero admittatur ad petendum, & Ias.in § fuerat n.20.instit.de action. add.quod fauore dotis præsumitur donatio , etiã vbi posset præsumi alia causa , notat per tex. in d.l 1. §. accedit,Bald nouell.in tract.de dot.priuileg.45. par.6.Alban.in cons.12.n.11.& dispositio auth. sed quamuis,C.de rei vxor.act. habeat locum in dote promissa an, vide Dec.in cons.35.vol.1.vbi de veritate glos. in d. auth. etiam videbis , & in cons.seq.nu.8.Cassan.in consuetud. Burgund. in tit de success.rub.7.fol.272.nu 21.& in consuet. Turin.fol.55.& vid. Curt. in auth.præterea, C. vn.vir.& vxor nu.19. & 20. & Silu. in cons.2.vbi multa,vid Pau.de Castr.in l.cur vir.ff.de vsucap. n.23.& 4.& 5 add.quod numeratio facit dotem & non dotalis scriptura, l.1.C.de dot. caut. non numer.

Dos consistens in pecunia, hæres defuncti habet annũ ad ipsam restituendum,& si post sex menses mater non interpellauit filios pro eius restitutione,& cum eis stetit, & alimenta recepit,videtur ipsam viam alimentorum eligere, non interesse,qui recipiuntur ad rationem ducatorum sex, & duorum tertiorum pro centenario pro dote, & quinque pro centenario pro antefato, quia licet filij habeant restitutionis, si à testatore non fuit dos ipsa rel.cta pro primis sex mensibus,debeat matrem alere, & secundi sex menses , mater habet tarenum vnum pro qualibet vncia,dom.de Franch.in dec.117. & si dos restitui debet à marito hæredibus vxoris mortuæ, quæ habet annum debet præstare cautionem, alias fit executio,deducto commodo medij temporis,etiam quod particula , quod tenetur præstare cautionem,non fit expressa ex consuetudine Neapolitana,domin.de Franch.in dec.118.

Dos quando datur æstimata viro, omne commodũ & incommodum est ipsius viri,Vrsil.ad Afflict.in dec.104.nu.3.& in dec.270.

Dotis causa non comprehenditur per l. quantũuis generalem,domin.de Franch.in dec 286. n 2.

Dos recepta, & in parte confessata , si in parte est vera,in totum præsumitur vera , Petr.ad Gram. in dec.18.nu.7.

Dos & quarta non potest peti absque instrumento dotali,de consuetudine Neapolitana , domin. de Franch.in dec.361.nu.4.

Dotes , & bona dotalia marito in dotem præstita æstimata,omne augmentum,& periculum est ipsius mariti , dummodo non sit inter eos pactum quod restituantur vsu consumptæ.Vrsil.ad Affl. in dec.170. & maritus in hoc casu facit emptionem,quia meliorationes sunt mariti.

Dos promissa mulieri ab extraneo , vir suus non prohibetur ipsam petere statim contracto matrimonio , etiam si promissor sit paratus vsuras soluere,§ præterea,l.cum quædam C.de iur.dotium , & si promissor est extraneus , & debitor mulieris imputatur viro,qui ipsi dilationem dedit,& non exegit,tenetur de proprio , si soluendus, est effectus inops.

Dos restituitur infra annum,si in pecunia consistit soluto matrimonio , & si mulier non habet vnde se alat,debet ali ab hæredibus viri,suis,vel extraneis,etiã in primis sex mensibus,dom.de Franch. in dec.489.l.diuortio in glo.2 ff.sol. matrim. ibi Bart Bald.Socc. & Pau.de Castr.& datur electio hæredibus,vel soluere,vel præstare alimenta infra annum nu.23.Vrsil.ad Affl.in dec.284.& an sibi præiudicet ad interesse, recipiendo sortem principalem loco citato.

Dotis causa,quilibet ex hæredibus conuenitur in solidum,si dos fuit filiæ à patre relicta , tot quantitas,& fratres sunt plures,quisque eorum potest pro ea in solidum cõueniri,Vrsil.ad Affl.in dec. 332.domin.de Franch.in dec.581.

Dos per maritum confessata, & in effectum non apparet soluta , sed in eodem tempore apparet contractus mutui per promissorem,si interuallo temporis,non est factus contractus mutui , videtur esse fictitium,& dotem deberi, sed mariti caueant ab istis confessionibus, quando mulier nõ consentit contractum mutui,& nõ succedit promissori, Vrsil ad Affl.in dec.323.nu.1.

Dos quando non exigitur per maritum,iusta causa eius hæredes , & ipse pro dicta dote exigenda, conueniri non possunt, maxime si contractus mutui apparet,& ipsa dos confessata,conuenitur

pater

pater promittens non obstante dicta dote confessata, Vrsill.ad Affl.in dec.323.n.3.

Dotis promissio tempus appositus in promissione, currit à die nuptiarum, dummodo non sit dictũ, quod currat à die tali, v g.à die secundo talis mẽsis, per annum vnum computandum, tunc computatur annus à die promissionis, non autem à die nuptiarũ, dom.de Franch.in dec.626.nu.10.

Dos probatur per vnum testem, cum fama publica, & per coniecturas, & præsumptiones, Vrsil.ad Affl.in dec.337.nu.4.

Dos data, & bona in dotem prestita, intelligitur deducto ære alieno, domin de Franch.in dec.636. n.1.l.subsignatum, §.bonorum, ff.de verb. sign.

Dotes in pecunia consistentes, mariti hæres, habet annum ad illas restituendum à die mortis, si sũt legatæ dotes prædictæ vxori per virum, statim restituuntur, Vrsill.ad Affl.in dec.359.n.5. & interesse medij temporis, debentur causa legatarij datur dilatio, secus fauore hæredum, & non datur compensatio in restitutione prædicta n.6. late Pascal.de pat.pot.cap.7.par.2.n.22.

Dotibus maternis habens quis pro eis bona patris hypothecata, idest filius, non præsumitur hæreditatem adiuisse, Petr.ad Gram dec.163.n.139.

Dotis assecuratio constante matrimonio, si fuit dos ipsa confessata, etiam non obstantibus capitulis matrimonialibus, si lõgum tempus præcessit fit. Vrsill.ad Affl.in dec.402.n.4.

Dos potest arbitrari arbitrio boni viri, secundum facultates, & qualitates dotantis, & dotatæ loco prædicto.

Dotis fauore, & ad eam probandam, admittuntur parentes, & alij testes inhabiles, cap. super eo, extr.de test.& hoc procedit in dote, tanquam sequela ad matrimonium, quod etiam sic probatur, Ioseph.Ludou in dec.Perus.95.n.5. par.2.

Dos habetur loco alimentorũ, & dicitur proprium patrimoniũ vxoris, Vrsil.ad Affl.in dec.371. n.1.

Dos mulieris viduæ, consistens in mobilibus, vel nummis, seu pecunia, tunc hæredes mariti habẽt annum à die mortis ipsius numerandum ad soluendum dotem ipsam, absque aliquo interesse soluendo, nec potest contra eos occasione dotis non solutæ, in litem iurare, l.1.§.exactio, C.de rei vxor.act.l.diuortio, §.interdum, vbi Bar. ff. solu. matr. tenentur tamen ipsi hæredes in primo anno, si nolunt dotes soluere, alere ipsam mulierẽ, si aliunde non habet, ex reditibus aliorum suorum bonorũ vnde viuat, quia non tenetur mulier vendere bona, vel annulos, nec patrem, aut matrem suam aggrauare, vel fratres pro se alimentanda, & mulieris operæ erunt hæredum, glos.Salic.Bald.& Angel.in §.exactio, Aret. in l. diuortio col.3.vers.debes ff.sol. matr. sed si mulier habet aliunde viuere ex reditibus bonorum suorum, tunc pro ipso primo anno, hæredes non tenentur ad alimenta, nec ad interesse, nec fructus diuidere tenentur cum muliere, sed in totũ sunt hæredum, vbi illam alunt. glos. in d. §. exactio in fine, & est comm.opinio Bar. Alex. Aret. Ias.& Pau.de Castr.in d.l.diuortio, fallit quando dos fuit legata vxori à marito, quia tunc debet ei, etiam habenti aliunde viuere, dos solui non expectato anno, l.1.ff.de dot præleg.§. sed si vxori, vbi glo.instit.de legat. fallit etiam quando hædo hæredes mariti sunt diuites, & potentes, quia tunc statim tenentur soluere dotem nummis, vel mobilibus consistentem, nec habent terminum anni, sed communis opinio est, quod etiam hæredes diuites, & potẽtes habent terminum anni, ad soluendum dotem ipsam, Boer.in cons. 50. videtur primo nu.19.elapso autem primo anno luctus, & etiam ante primũ annum luctus, & post mulieri moram non posse, in casibus, in quibus dos ei solui debet, non debetur interesse, nec pro eo potest in litem iurare, quia vbi non est mora, interesse non debetur, Affl. in dec. 284. & etiam elapso anno luctus, & est post, quantumcunque quod non debetur dotis interesse nummis consistentis non solutæ mulieri, etiam moram posse per ipsos hæredes mariti, etiam constitutis in mora à muliere, nec per alios dotis debitores morosos, & pro tali interesse agi, & illud testibus instrumentis, aut iuramento in litem, probari nõ potest, cum de iure non debetur ipsum interesse, eidem mulieri, etiam morã posse, quia quicquid sorti accedit, est vsura, Affl.in dec.284 Plot. de instit.iuran.§.11.n.22.vsque ad nu.24. & hæc est communis opinio legistarum, & canonistarum.

Dos Monialis est minus dotis illius, quæ nubitur in mundo, & est illa, quæ est solita monasterio ab alijs dari, & quando dos est minus illius dotis, quam habuit soror nupta, non potest agere ad supplementum legitimæ, & tunc monialis potest integrum paragium petere, si non fecit professionem, & pater suus non disposuit, & tunc Monasterium loco filij reputatur, Capibl.de baron. cap.65.par.2.nu.14.

Dos non habet priuilegium, vt ab vnoquoque ex hæredibus insolidum exigi possit, sed testatore mandante per eius testamentũ, vni hęredi, quod soluat dotem, legando ei aliquod legatum per grauamen prædictum, concurrente voluntate dominæ dotis, potest hoc facere, & valet, & in quibus casibus hæredes tenentur in solidum, vide Ricc.in coll.dec.528.*Gizarel*.in dec.50. & ibi add.Baldax.de Angel.

Dos cui, quibus, & quomodo cõpetit, & de dote, quæ debetur à patre, fratre, & matre, & de legitima, quæ competit mulieri, vide Ricc.in collect. dec.2246.qui latè, & diffuse tractat hanc materiam.

Dos retineri non potest, ob malos mores mulieris, pudorem matrimonij non ledentes, nec propter res donatas, vel amotas, seu propter communes liberos alendos, nec propter impensas in rebus dotalibus factas fit dotis retentio, sed prædicta ab actionibus competentibus repetuntur, l. rem in præsenti, §.taceat.C.de rei vxor.act.

Dos quomodo, & quanta esse debet, & quibus debetur, & de dote Monialis, & de eius paragio, quod sit solita dari illo Monasterio ingresso, & ab alijs illius Monialibus consueta, & dictum para-

paragium potest extendi vsque ad portionem legitimam sibi competentem, Ricc. in coll. decis. 2246. Mastril. in dec. Sicil. p. 49. & 64.

Dos mulieris augetur auctis facultatibus, & attenditur tempus contractus, & donationis, Gratian. in discept. forens. 148. nu. 9.

Dos inofficiosa, quæ filiis competit, non possunt filij prædicti dicere de dote inofficiosa, nisi post mortem parentis donantis, sed solum pro modo legitimæ, domin. de Franch. in decisio. 176. dos enim inofficiosa reuocatur etiam quò ad fructus à die litis contestatæ, idem dom. de Franch. in decis. 558. Ricc. in collect. dec. 2246. & collect. dec. 180.

Dote confessata præsumitur fraus, & collusio, & præsumitur, quod non sit soluta per coniecturas, vide Gratia. in discept. forens. 238. per totũ, & nocet viro licet non præiudicetur.

Dos promissa, & postea confessio receptionis tantũ sequuta valet, & tenet, & posteris præiudicat, Perus. in dec. 71. nu. 5. & dos a patre filiæ suæ profecta, si pater suus viuit, ad patrem redire debet, vel ad filios, si fuit à patre viuo dotata, dum restabat in eius patria potestate, & sine filiis illa decessit, secus si fuit dotata à patre mortuo, tempore quo non extabat in eius patria potestate, vel erat emancipata, vide tex. in l. dos à patre profecta ff. sol. matr. & dos promissa etiam non sequuto matrimonio est vera dos, & gaudet eius priuilegiis, Pascal. de pat. pot cap. 4. par. 1. nu. 96. Mangon. dec. Flor. 86.

Dotis sorte genero per socerum soluta, nulla facta reseruatione interesse, etiam sorte prædicta soluta nullum ius amittit, & remanet ius saluũ, quo ad interesse prædictos, Gratian. in discepta. forens. 143. n. 17.

Dos mulieris ingredientis Monasterium, debet esse minus dotis illius, quæ nubitur in mundo, & sponsọ terrestri, quia maiores requirit expensas, quam ille qui nubitur sponso celesti, & in bonis maternis legitimam tantum habere debet, Affl. in dec. 348. vbi Vrsill. Tor. in cõpend. dec. Regn. par. 1. in verbo dos Monialis, & verbo Monialis, dom. de Frãch. in dec. 44. & 29. Ricc. in coll. dec. 500. Tesaur. in dec. 3.

Dos æstimata in bonis stabilibus consistens, latè hæc materia tractatur per domin. de Franch. in dec. 270.

Dotis petitio præscribitur spatio triginta annorũ, Boer. in dec. 328 l. omnes in fin. C. de præscript. 40. ann. & quanto tempore præscribitur dicta dotis petitio, vide ante in verbo hypotheca.

Dotata de bonis paternis tantum, si post mortem matris petit legitimam sibi debetur, renunciatione nõ obstante, Affl. super const. Regn. incip. in aliquibus nu. 47. & 48. Tesaur. in dec. pedem. 62. nu. 3. qui facit mentionem Affl. & mater non tenetur filiam suã dotare, nisi in causa spirituali, & cautela dotantis est, quod dicat in capitulis, tantum de materna dote, & tantum de paterna, vt à materna portione excludatur, Amat. in cõs. 54. nu. 2. Ann. in alleg. 70. nu. 8. de Pont. in cons. 74 num. 8.

Dos de paragio potest esse plus, sed non minus legitima, Affl. super const. Regn. incip. in aliquibus, nu. 46. & vt dicatur congrua dos de paragio sex requiruntur, Affl loco citato nu. 53. & sic considerantur facultates dotantis. Secundo dignitas parentis. Tertio qualitas personæ. Quarto qualitas mariti. Quinto numerus liberorũ. Sexto consuetudo patriæ, de Pont. in cons. 65. nu. 17. concordat, quando mulier non potest parem inuenire.

Dotans, seu pater dotator potest pactum, & legem in dotatione apponere, quando vult, sed hoc fit, & apponitur tempore dotationis tantum, & alio tempore, vel in suo testamento per institutionem, vel fideicommissum, vel substitutionem, non potest alterare modum restitutionis dotium constitutarũ, nec in aliquo præiudicare filiæ nuptæ post dotem sibi assignatam, tex. in l. quoties ff. solu. matrim. l. ob res §. si extraneus ff. de pact. dotal. de Pont. in cons. 61 nu. 21. & 26. & sic est prohibita quælibet substitutio dotium à principio libere datarum, & clausula Quẽ honorare nolo, grauare non debeo, & sic pater non potest alterare modum dotium constitutarum.

Dotis constitutio probatur per coniecturas, Gratian. in dec. March. 103. n. 7. in add. Bald. in l. cũ citatio C de iur. dot. Ias. in §. fuerat, nu. 29. instit. de actio. & sola confessio mariti de dote sibi cõstituta, cum aliis adminiculis valet, quando habet alia adminicula veritatis, Bald. in rub. C. de priuileg. dot. nu. 4 vers. vnde quæritur col. 3. Soc. in cons. 82. super quæstione col. 1. nu. 3. vers. pro quibus facit lib. 3.

Dos, & priuilegia dotis, quomodo, & quando præfertur, & hypotheca, vid. Ricc. in coll. dec. 2246. latè discurrentem super hac materia dotis.

Dote non soluta, & constituta non debetur antefatum, & donatio propter nuptias, vel ante nuptias, Affl. in dec. 242. 233. & dos in partem, in partem soluta, in partem debetur antefatum, & donatio prædicta, Amat. in consil. 92. volum. 1. concordat.

Dos per mortem sui viri, ad mulierem reditur soluto matrimonio, ita donatio propter nuptias morte vxoris reditur ad virum, cum lex dicit dotem, & donationem propter nuptias, equis passibus ambulare, auth dos data C. de donatio. propter nupt.

Dos ab extraneo promissa, si maritus eam non exegit, viro præmoriente, vxor lucratur antefatum, & viro imputatur, si dictam dotem non exegit, secus est in parte à quo vir sine suo incommodo ab eo exigere non potest, & tunc dote non soluta, non debetur antefatum, Affl. vbi Vrsil. in dec. 333. & vir, & vxor ad paria iudicantur.

Dos constituta, vel promissa constitui viro per mulierem, si eam non soluit antefatum nõ lucratur, & sibi imputatur, secus promissa à patre, vel extraneo, quia imputatur viro cur non exegit. § illud

lud quoque,auth.de non eligend.secund. nubét. & isto casu mulier amittit antefatum.

Dos reuertitur ad extraneum dotantem, si cautelauit tempore constitutæ dotis, eam sibi reuerti soluto matrimonio,etiam filiis extãtibus. Guid. Pap in dec. 523.

Dos ab extraneo profecta,cũ pacto,quod eã sibi soluto matrimonio restituatur, reuertitur ad ipsũ extraneum dotantem, & dotem constituentem, etiam liberis extantibus,sed dote data filiæ à patre absque pacto,potest filia disponere, alias pacto adiecto ad patrem redditur, Guid. Pap. in dec. 523.

Dos genero per suum socerum soluta, nulla facta mentione interesse, remanet solutum ius, etiam quò ad interesse,Gratian in discept. forens. cap. 143.n.17.& pater quando tenetur iterum filiam dotatam dotare si dotem consumpsit, vide in verbo pater,& Pascal.de patr. pot.cap.5. nu.17. par.3.& cap.4 par.2.n.161.Socci.iun.cons. 226. vol.2.Giurb.dec.5.nu 10.

Dotis priuilegium,ista materia abundantius discutitur per Ricc.in coll.dec.147. tex.in l.1. ff. solu. matrim.

Dos,& donatio propter nuptias pari passu procedunt,& hypotheca,vt doti,datur etiam in instrumento dotis, Thesaur.in dec 46.nu.5.

Dotis causa semper est priuilegiata,& dotis instrumentum præfertur etiam instrumento mutui, imò in ambiguis pro dote est iudicandum.l.in ambiguis, ff.de regu iur. & in actione personali nulli dubium est. quod mulier anterioribus creditoribus præferatur,idẽ dicitur in expressa hypotheca mulieris, vt debeat præferri hypotheca expresse anteriori alterius creditoris.

Dos data,vel in pecunia promissa, si postea consignatur fundus æstimatus, tandem facit emptionem, & fundus est irreuocabilis viri,de Pont. in cons.71.nu.9. pecunia verò in restitutione, quæ fuit in constitutione, tex. est in l. quoties, vbi DD.glos.in l.si inter virum C.de iur.dot. l. plerumque §.si res ff.eod.

Dos à patre siue profecta minus legitima præsumitur congrua,cuius supplementum filia petere nõ potest,Merlin.in suo lib.controuers. forens. cap. 3.num.4.

Dotium causa connumeratur inter causas priuilegiatas, dum non minimum interesse reipublicæ consistit, Tesaur.in dec.26.nu.3.

Dos augeri debet vsque ad mortem dotantis patris,& in morte potest peti supplementum congruæ dotis,& dos data primo viro,potest diminui,attentis facultatibus patris diminutis, & si pater legat centum pro dote filiæ suæ,& postea dat eandem quantitatem in dotem, videtur dedisse animo compensandi cum legato,& si pater secundo loco tradit filiam suã nuptui, & aliquid in dotem de nouo promittit, iudicatur constituisse nouam dotem de proprio,solutione primæ dotis non obstante, Soccin. in consil. 100.vol.3. per totum.

Dos data filiæ habenti aduentitia bona, si dicat, quod dotet eam de propriis suis bonis aduentitis,videtur dotata de proprijs bonis ipsius patris,qui dotare tenetur filias suas, etiam quod dicat de bonis filiæ.quia paternum est officium dotare filias, Vrsill.ad Affl.in dec.179.nu.1.

Dos reuerti debet vnde exiuit,l.dos. ff.sol.matrim. Bar.in l.post dotem,nu.28.& 29 ff.eod.

Dotem,quam pater filiæ suæ semel constituit, iterũ dotare non tenetur vbicunq: filiæ prædictæ culpa,crimine,& facto commissa est,Cacher.in dec, pedem 123.n.5.tex. in auth. quod locum C. de collatio.l si socius pro filio §.cæterum ff pro socio, Bar. in l. si cum dotem,§. si post solutum ff. sol.matrim.

Dos restituitur potius in pretio,& pecunia, quam in rem in dotem habitam,dum potius expediat mulieri habere pretium,quam rem, & fundum dotalem,ratione periculi rei dotalis,& deteriorationis,Ioseph.Lud.in dec. Perus.89.nu. 20. Socc. in cons. 5.

Dotis causa non comprehenditur in generali dispositione iuris,dum est casus priuilegiatus, qui nunquam comprehenditur in generali dispositione,Surd.in dec.164.nu.1.Bald.nouell in tract. de dot.par.6 priuileg.47.in fin.& priuileg.seq.

Dotalis pecunia ad patrem dicitur peruenire,quando pater & filius insimul dotes receperunt, & filius stat in patris potestate, quia ipse filium suũ regit,& gubernat, Vrsil.ad Affl.in dec.332.nu.5. & ex causa dotis quilibet ex hæredibus in solidum conuenitur.

Dotalis rei fructus sunt mariti, si onera matrimonii sustinet, pro quibus dantur dotes, & fructus dotium, & rei dotalis soluto matrimonio pro rata anni,post matrimonium solutum, sunt mulieris,cui debent statim per virum, vel eius hæredes restitui, quæ si medio tempore alimenta recepit, compensantur cum dictis fructibus dotiũ sibi soluendis,& alimenta deducuntur, Surd. in dec.211.

Dotalis rei permutatio facta per vxorem,vel maritum,vir ipse non potest pœnitere, & dicere de nullitate,dummodo res permutata sit in vtilitatem vxoris, & quando res est empta cum pecunia dotali, quæ dicitur res dotalis in subsidium aliorum,Vrsil.ad Affl.in dec.337.nu.3.

Dotata à patre,vel eius matre, intelligitur dotata ab ambobus,Tesaur.in dec.62.nu 6.& dec. seq. & si fuit dotata à patre, non excluditur a successione aui,patre in medio prædefuncto, Pascal.de patr.pot.cap 7.dat.2. nu 23.

Dotata à fratre cum pacto,quod sine liberis decesserit,vel cum eis in pupillari ætate morientibus, dos reuertatur ad dotantem, si mulier testatur, pactum non tenet,nisi ab intestato decesserit, & si est dotata a fratre de bonis paternis, vel maternis cum supradicto pacto, sic etiam est, dum sibi obstat pactum de non succedendo dotibus, & pacto se excludit, domin. de Franch.in dec.491.

Dotans puellam extraneam,videtur eam dotare animo,vt ad eum dos reuertatur, & soluto matrimo-

trimonio dos reuerti debet ad eum, de Franch. in dec.369.nu.5.

Dotata a patre,& fratribus excluditur à successione paterna,de Franch.in dec.73.nu.16. & quando frater dotat sororem de bonis paternis non potest apponere,quod dos reuertatur ad ipsum fratrem sorore decedente sine filiis, de Franch. in dec.196.Pascal.de virib.patr. pot.cap.7. par. 2.fol mihi 428.col 2. nu.24.

Dotata à marito,sibi legitimam, vel paragium cõpetit in bonis patris,etiam si renuntiauerit,quia dos data à marito,fuit data in compensationem nobilitatis,seu pulchritudinis,de Franch.in dec. 119.nu.1.2.& 3.

Dotarium,seu antefatum,non lucratur mulier,quę dotem promisit,& non dedit eam viro suo,sed si minus dedit,quam promisit,idest si partem dedit,vel pro rata,debetur antefatum pro rata,sed si nihil dotis promisit, recuperatur totum antefatum,quia vir fuit conuictus, & matrimoniũ potest esse sine dote,cap. Regn.incip. dotarium, fol.mihi 130.Auth. de non eligend. secund. nubent.§.fin. C.de pact.dotal. l. ex morte in fine. & Vrsil. in dec.333.

Dolo facit petere id,quod petit ille, qui restituturus est l.2.si pers. hæred.pet. vbi Castr. Thesaur.in dec.4.nu.8.in fin.Specul. in tit. de iudic. nu.3.lib.4.

Dolus in maleficiis semper præsumitur.l. si non conuitiis C.de iniur.

Dolus,& delictum pręteritum,possunt remitti,non autem futurum l.si vnus §.illud ff.de pact.l.conuenire ff.de pact.dotal.

Dolus dicitur delictum tex.melior de iur. in l. 1.§. nec ne tractemus in vers.plene ff. de tutel. & ration. distrahen.

Dolus futurus remitti non potest l. si vnus §. illud ff.de pact.

Doli exceptio perpetua est l. pure in princip. ff. de dol.except.

Dolo est,qui non facit id,quod facere tenetur l.dolus,& ibi Bar.in l.tutor qui repertorium col. 4. ff.de administr. tutor.

Dos non infertur volenti l. in summa ff.de condit. & demonstr.vbi etiã glos.l.donat.ff.de transact.

Dolo est ille,qui non adhibet illam diligentiam in rebus alienis,sicut adhibet in suis propriis l. qui nerua ff. deposit.

Dolosus non debet ex dolo ferre commodum l. nequam ff de dol.l.itaque fullo ff. de furt.

Dolo facit petere illud,quod restituturus est l.dolo ff.de dol.except.

Domesticus non potest esse testis,etiam contra domesticum,quando concurrit reuerẽtia vltra domesticitatem,de Franch.in dec.222.nu.8.

Domestici,& cæteri inhabiles admittũtur ad probandum,quando aliter veritas haberi nõ potest, & vnus eorum sufficit ad torquendum, & duo ad condemnandum,Boss.in tit.de iudic. nu.177. & hoc locum habet in delictis clandestinis.

Dominij, & proprietatis non datur differentia l.procuratorem C.de acquir.poss.

Dominium,nec quasi,minime probatur ex solo titulo emptionis,cum ad probationem dominij, vel quasi,non solum requiratur titulus, sed traditio vacuæ possessionis,ita DD.in l.cum res C. de probat.& in l.celsus ff.de vsucap.Bal.in l.nam & postea §. si petitur ff.de iureiurand. Alex.in cons.10.vol.2.in fin.

Dominium in dote, & in donatione propter nuptias transfertur sine traditione,& dominium, ex constituto transfertur, & possessio, Thesaur. in dec.48.nu.1.& 4.

Dominium rei in antiquis probatur per famam Vrsil.ad Affl.in dec.277.n 3.& dec.164.n.6.

Dominus consentiẽdo alienationi rei suæ sibi præiudicat,nisi recipiendo dicat,saluo iuri meo, in tantum quod debitum, siue reditus non potest ab vtroq; exigi in solidum,Vrsil.ad Affl. in dec. 153.n.2.& dec.112. in fine.

Dominus potest facere mandatum suis subditis,ne corã alio domino litigent,Vrsil.in dec.155. n.4.

Dominus non potest retinere vestes sui seruitoris, quas eidem fecit,dicto seruitore ab eo recedentẽ,Bar.late tractat quæstionem istam in l. fin. ff. sol.matrim.idem in l. vestimentum ff. de pecul. Cappell.Tholos.late tractat hanc materiam in decis.337.& si seruus vult domino restituere hanc quantitatem vestium, non debet dominus illi famulo auferre,& vestem retinere dec.prædicta,& l.fin.§ seruus vxoris ff.sol.matr.

Dominus non tenetur de delicto sui famuli, secus quando delictum habet causam successiuam, secus etiam in momentanea,in qua non tenetur. & delictũ famuli tunc domino imputatur, quando scit,& non prohibet, maxime factum in eius vtilitatem,Gram in cons.crim.8.nu.1.& 3. Bar. in l.de pupillo §.si quis ipsi prætori 10. q. ff. de nou.oper.nunciat.

Dominus adhuc esse præsumitur, qui aliquando fuit,& eius hæres vniuersalis l. siue possidetis,& ibi etiam glo.& DD.C.de probation.

Dominus malè tractans suos vassallos,debet feudo priuari,imo est meritorium,& licitum subditis, dominum eos malè tractantem occidere,& ille qui abutitur dominio suo,facit se indignum dominari,Gram.in cons.crim.12.nu.1. Bal. in l. 2. ff.de his qui sunt sui,vel alien.iur.

Domus dirutæ a dominis extrui, Reipublicæ interest l. ad curatoris de re iudic. & per me ante in add.ad l.hoc amplius §. celsus ff. de damn. infect.ni fallor.

Domum communem quis habens, vnus vult in ea habitare, & alius vult eam locare,quisquis præfertur,vid.Gram.in cõs.54.in ciuil. tex.in l.3.C. locat.Alex.in cons.105.magnifice prætor vol.3. & si duo habent dãna pro cõi,& indiuisa, vnus in ea habitans,an teneatur pensionẽ soluere partis domus,socio in eo non cohabitãti,vid.Ias.in l.1.circa fi.C.qui test.fac.poss.n.27.& Cõductor male versatus potest ab ea expelli, Alex.in cons. 129.vol.2.Menoch.de arbitr.iud.cas.78.fo.147. & quo tempore pensio domus est soluenda vltra supradictam l.3.vid.Bar.in l.qui hoc anno ff. de verb.oblig.

Domus communis quando cadit in domo vicini, & quando venit pro delicto distruenda, quomodo quis tenetur, Petr. ad Gram. in dec. 71. n. 8.

Domus quando non patitur diuisionem commodam, fit adiudicatio per iudicem vni ex cohaeredibus, si inter eos est differentia diuisionis, de Franch. in dec. 160. n. 4.

Domus in emphiteusim data tota destructa finitur emphiteusis, si culpa emphiteuticarii, & si non est destructa in totum, non perit emphiteuta, & destructa parte domus superioris per ignem, vel per aquam, dominus soli inferioris ad nihil tenetur, & inferiorem superior cogere non potest, alias si cogere posset, domus incideretur in collapsum, Vrsill. ad Affl. in dec. 83. n. 8. & 9.

Duellum est poena mortis naturalis, tam in diffidato, quam in diffidante, si duellum acceptauerunt, electo loco, & armis, etiam non sequuto effectu, eadem pena sunt nūtij, & assistentes duello, & si vocati, vel domestici, & non comparuerunt infra tres dies, foriudicentur, & sunt excommunicati, Reg. pragm. 1. de duello, Bull. Iul. II. fo. mihi in Bullario meo 155. q. 29. Cōstit. 11. Leon. X. Clem. VII. 82. Gregor. XIII.

Duelli penae, quae ponuntur per Ricc. in resol. 170. non habent locum, quando committitur duellū ex proposito, quia tunc non sufficit, si ex iracundia, vel rissa fit inuitatio ad pugnam, & statim incurrit in excommunicationē, & priuatur ecclesiastica sepultura, Ricc. resol. praedicta par. 2. & vide Tasson super pragm. de antefat. vers. 12. obseruat. 67. ponit omnes poenas duelli, & incurrentes, & modos latè hanc materiam.

Duellū de iure permittitur pro honoris defensione, quod alias est prohibitū, qui honor omnibus est praeferendus, Gram. in vot. crim. 17. n. 6. Bal. in c. 1. in prin. 5. col. de pac. ten. in vsib. feud.

Dubijs causis iudex debet procedere in diuisionē, & nō totum inclinare in alterutram partem, maxime in successione haereditaria dubia, quia in causa dubia semper iudex per medium diuidere debet, & hoc procedit, si dubium est in iure, secus si est in facto, quia vtraque pars debet suam probare intentionem; & iudex pro reo debet iudicare, Thesaur. in dec. 89. n. 2. per totum, & etiam in hoc casu iudex debet ad transactionem procedere.

Dubij contractus declarationem, modum, & formā accipiunt à consuetudine, ita est glos. notab. iuncto tex. in l. quod si nolit §. ea enim quae sunt ff. de edilit. edict.

Dubijs causis, sēper est iudicandū fauore dotis l. in ambiguis ff. de iur. dot. l. si ego §. si res de iur. dot. & sic conditio agentis pro dote melius est.

Dubia in meliorem partem sunt interpretanda, Ricc. in coll. dec. 220.

Dubiū praesumitur pro libertate l. libertas la secunda ff. de reg. iur. Affl. in constit. Regn. incip. probationem nu. 18.

Dubio quilibet videtur obligare pro se, & eius heredibus, Affl. in constit. Regn. incip. probationē defectus lib. 2. rub. 35. n. 13.

Dubiis causis coniecturae sunt liquidissimae probationis l. non omnes §. a barbaris ff. de re milit. Alex. in cons. 46. lib. 6.

Dubiis causis, quomodo iudex debet se gerere, & debet ad diuersionem procedere, vide ante in verbo dubiis.

Dulcius in fonte, quam in riuulis bibitur, cap. ieiunium 76. dist.

Duo contraria non possunt stare in eodem subiecto l. mutuis ff pro soc. l. 1. C. de furt. & l. vti praegnantia de reg. iur.

Duo qualitates concurrentes in vna re, maior, & minor, maior minorem assorbet l. quae religiosis ff. de rei vendic. cap. quod in dubijs de consuet. eccles. vel altar.

Duo obligati insolidum, sententia mandatur executioni pro rata, si simpliciter est prolata, de Franch in dec. 680.

Duo sponsalia non possunt concurrere circa idem l. 1. C. de dot. promiss. tu vid. Nicol. Euerard. in loco à toleratione inconuenientis, loco 92. vbi plenè, & limita secundum Dec. in cons. 546. n. 4. vol. 3. vt non procedat, quando vna veniret in consequentiam alterius, vt per Bar. in l. si is qui pro emptore col. penul. ff. de vsucap. add. quod actio de dote competit marito, non autem vxori l. si pater C. de dot. promiss. quod tamen intellige, vt per Bald. in d. l. si pater, Petr. de Bellapert. Odofred & Cyn. & per Crot in 2. lect. l. si cōstante ff. sol. matr. nu. 90. & 91. & limita, vt per Ioan. Baptist. de Sācto Blasio in tract. de priuileg. dot. priuileg. 34. num. 34. fol. 230. & per Cephal. in cons. 156. nu. 38. 41. & 42. multa Alex. in consil. 207. & 208. vol. 7. Limita etiam, vt per Gabriel. in suis conclusionib. fol. mihi 405. concl. 3. add. vltra DD. in gl. in verbo praetendis, in l. si voluntate C. eo. an & qn nobilis nubēs plebeio possit sibi plebeius constituere dotē animo donādi in recōpensam nobilitatis, Abb. in c. gemma n. 6. de sponsal. in c. fin. de don. inter vir. & vxor. & in c. & si necesse, add. tit. in c. 2. infr. de adult. in c. cum in Ecclesiae corpore, col. 2. & 3. de simon. in cap. super eo lo 2. col. 2. de test. Dec. in l. si diuortio ff. de verb. oblig & ibi Alex. Rom. in cons. 445. consultatio praesens col. 5. facit celebre cons. Angel. 182. & glo. in cap. lex est 2. dist. cap. nobilissimus 97. dist. & de dote simpliciter promissa per patrem filiae suae, de cuius patrimonio dotasse videtur, vid. vltra l. si pater dotem C. eod. Alciat. in regul. 1. praesump. 29 add. Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius in verbo dotem quam ei dederat nu. 21. & 22. extr. de testam. & Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 7. §. 12. fol. 270. nu. 1. vers. sed quid si mortua, add. Affl. in dec. 188. n. 13. Neuizan. in cons. 16. n. 8. vbi multa Paris. cons. 80. vol. 3. Et nota, quod pater non potest filiam suam dotare de bonis matris ea inuita l. nequam mater, & ibi DD. infra de iur. dot. vid. Crot. in l. frater a fratre n. 65. ff. de conditio. & demonstration. Girard in cons. 71. quia paternum est officium dotare suas filias, vt in d. l. si pater dotem, & quid si dos fuerit promissa

per

per extraneum, de cuius patrimonio promissa præsumitur, glos in d.l. si pater dotem in verbo paternum,dicit,quod mulieris,vel patris,tu vid. Corne in cons 111.n.3.4.& 5.vol.2.

Dum languet infirmus, medicus sit pignore firmus ægroque curato,doleat de pignore dato, quia post salutem restaurato infirmo, nihil ægroti sanati curant medico ipsi soluere, Vrsill.ad Affl.in dec.123 nu.1.

Duplo inest simplum l fi.in princ.& ibi etiam Bar. C.de sponsal.

Durum est hominem habere, & pœnam exigere,l. apud celsum §.labeo ait ff. de dol. mal. & met. except.Caran.super Rit.M.C.V.163.n.4. in fin. fol.mihi 81.col.1.

Duriorem causam datur debitori electio debiti soluti creditori suo,& proinde solutio debiti inducitur in duriorē partem, idest illud debitum indicatur durius,quod est liquidū,& maius damnum ex eo prouenisscitur, Theodor.in alleg.5. nu. 7.l.3.4 5.& 6.de solut & l si qui ex famosa,dom. de Franch.in dec.164.n.15.

Duriorem partem,quando debitor in vna parte liberi est debitor,& in alia parte est creditor,potest compensationem facere, & statur in electione debitoris Vrsill ad Affl.in dec.121.nu.3.l.2.cum sequ. ff. de solution.

E.

EBrietas est peccatum veniale, & ex consuetudine fit mortale,Petr.ad Gram.dec.16.

Ecclesiæ potest relinqui liberè,& absoluto vocabulo,omni modo alias esset contra christianam veritatem,Vrsil.ad Affl.in dec.29.nu.11.

Ecclesiæ,& Monasteria compellunt vicinos,non solum ad vendendum eorum seruitutem domorū, sed etiam ad vendendum proprias domos,& parietes ratione honestatis, & religionis ad ampliandum, & extruendum Monasterium,vt fuit factum in quibusdam domibus habentibus aspectum Monasterio Sanctæ Claræ, via publica intermedia non obstante, dom.de Franch in decis. 223. l. si quis sepulchrum ff. de relig. & sumpt. funer.

Ecclesia non habet ius prælationis in bonis clerici obligati soluere censum, Vrsil.ad Afflic.in decis. 190. nu.10.

Ecclesia potest emere domum vicini pro eius ædificatione,ac pro ampliatione Seminarii,& seruitutem Monasterio allicientem, dummodo hoc non faciat in fraudem,vt alteri cōplaceret,Petr. ad Gram.dec.75.n.8.dom de Franch in dec.223

Ecclesiam confugiens delinquens, non potest ibi obsideri,& alimentis priuari, Oter.in disp.Rom. 10.de Angel.in add ad pract.crim. Foll.in tit.nő tatos capiat de persona,n.33.fol.mihi 28.

Ecclesia, Monasteria, & cætera loca pia, an possint vicinos compellere ad sibi vendendum eorum domos pro constructione,& ampliatione Ecclesiæ, & similia, vide Gizarel.& ibi de Angel.in dec. 37. vers.vicini in præsenti libello, fol. mihi 168. & potest cogere vicinos ad vendendum altius non tollendi, ne luminaribus vicini officiatur nu.18.& Ecclesiæ maiores habent circuitus quadraginta passus,Cappellę verò triginta,n.10. dec. prædictæ.

Ecclesia,vel Monasteriū nouiter erigendum, quomodo seruatur,vid. Ricc. in dec. 222. Thor.in compend.seu in add. de Pont. de potest.proreg. in tit.de mercatis nu.2.fol.mihi 165.

Ecclesiam confugiens, & eam clausam reperiens gaudet immunitate ecclesiastica tangendo portam, & fugiens ab Ecclesia timore familiæ Curiæ secularis eum prosequentis, & in fuga eum capiētis restituitur Ecclesiæ, secus vero quando satellites Curiæ custodiūt eum extra Ecclesiam, & exeundo ab ea illum capiunt,tūc non gaudet immunitate ecclesiastica Ricc.in resol.430.

Ecclesia Romana tantum gaudet tēpore dilationis centum annorum, & eius præscriptione; cæteræ vero Ecclesiæ non gaudent nisi præscriptione 40.annorum,Ricc.in coll. dec.2164.sed primo omnes ecclesiæ habebant hoc tempus. & vsusfructus relictus ecclesiæ Romanæ,durat cētum annos tantum,cap.nemo,16.q.4. auth. hæc constitutio coll.8. extra de præscrip. & Rex Ludouicus prætendebat se esse tutum in possessionibus,quæ possidebat contra ecclesiam Romanam,& sic Ioannes Papa ostendit non esse tutū, nisi per centum annos præscriptionis, cap. prædicto, vbi glos.

Ecclesiastica immunitate non gaudet, & de ea est indignus ille,qui etiam semel furatus fuerit in strada publica ex dispositione iuris canonici, Mar.Ital.in tract.de immunit. eccles. cap.5. §.1. nu.44.add.ad dec. Peguer. 40. Capibl. de iur. & auctor.baron.par.2.cap.29.nu.15.& 10. & si per vnicum furtum, proceditur ad modum belli, vide Ioan. Grand. in tract. de bell.exul.fol.mihi 41.nu.19.

Ecclesiastica res stabilis non potest transigi,nec vēdi,etiam si à Prælato fit,vel eius capitulo, absq; Summi Pontificis assensu,Vrsill.ad Affl. in decis. 232.nu.6 Bar.in l.nulli de transact.

Excellens in arte non debet mori, Gram. in consil. crim.29.nu. 40.

Educatio pupilli an fiat apud matrem ipsi pupillo debitricem,Gram.in dec 55.

Edificans iure communi, ędificium commune efficitur,sed ędificanti bona fide reficiuntur expensæ.l.si in area C. de rei vendicat.

Edificans in solo alieno perdit ędificium, & solo cedit,l.si is contra quem, C. de ęuict. priuat. instit.de rer.diuis.§.ex diuerso.

Effectum habendo,non curetur de modo,l. fi. vbi glo.C.de donat. quæ sub modo.

Effectus punitur, etiam si non sequatur effectus,vt in atrocioribus Clar.in pract.crimin.q. 91. vers. scias tamen,Gram.in vot.8, nu.11.& vot.9.nu.8. Muscatell.in pract.crim.tit.de priuileg.nu 13.

Effectus verbum,cum effectu importat realem executionem eius,quod quis prouidit, & præcisè vt sunt strictiora promissa,& ad ea tenetur,domin, de Franch.in dec.624.nu.6.

Electio Sindici,& aliorum officialium vniuersitatis

fiat per ciues, vt solet pragmat. 2. in tit. de administrat. vniuerſ.

Electio regiminis Vniuerſitatis non fiat de patre, fratre, & filio in vno tempore ſimul, alias facta ſit nulla, Reg. pragm. 5 nu. 15. de admin. Vniu.

Electi, & Sindici, nominati ad officium publicum, qui habent exceptionem quinque liberorum, recuperant ſumptus in lite factas, ab eo, qui ipſum in officium nominauit l. vnic. C. de ſumpt. recuper. lib 10.

Electio quando eſt neceſſaria, ſtatim facta, acquiritur ius electo, & reuocari non poteſt, de Franch. in dec. 539.

Electio officialium Vniuerſitatis ſpectat ad ipſam Vniuerſitatem, nõ habendo tamen Baro per antiquam conſuetudinem, vel obſeruantiam illius loci poteſtatem eligendi, vt fit in multis partibus huius Regni, & particulariter in Ciuitate Andriæ, vbi ego fui Iudex in anno 1631. & 1632. ſtatus Illuſtriſs. & Excellentiſs. Domini Ducis illius Ciuitatis qui habet hanc poteſtatem eligendi, facta tamẽ prius nominatione duplicatorum Electorum, & Syndicorum per Vniuerſitatem in publico parlamento, readunatis ciuibus ad ſonũ campanæ, vel præconia voce, ſecundum conſuetudinem loci, & ſic ſeruatur in Terra Caſtriueteris Excellentiſs Domini Principis Roccellæ, Calabriæ Vlterioris, vbi ego fui etiam Gubernator in anno 1623. & non eligũtur pater, & filius, aut fratres vno eodem tempore, debitores Vniuerſitatis, & alij, qui non rediderunt computa de adminiſtratis Reg. Pragm. 2. de adminiſtr. vniuerſ. Capibl. de iur. & author. baron. par. 2. cap. 69. num. 16.

Electio officialium vniuerſitatis, quæ per ipſam vniuerſitatem fit in menſe Auguſti cuiuslibet anni, ne fiat ad votum, & modum Baronum, & ne ſint nulla, ſed valida, & recta, qui interuenire debent, & quo modo fieri debet, vide Capibl. de baron. cap. 72. nu. 1. par. 2. per totum, & fiant prius Parlamenta iuxta loci conſuetudinem cõuocatis Ciuibus per præconia, vel cum campana, deſtinata die, vt deueniat ad notitiam ipſius Populi, alias colloquium alio die factum, quam deſtinata, eſt nullum, & poteſt fieri etiam die feſtiuo, & in Eccleſia, ſi adeſt cõſuetudo, alias Canon reſiſtit, & debet eſſe officialis præſens in dicto colloquio, vel de eius licentia, etiam ſi ſit contra baronem de lite mouenda, & omnes decuriones debent interuenire, niſi ſint legitime impediti, & in loco ſolito, alias ex legitima cauſa in alio loco fiat decreto Curiæ præcedente, Syndicus proponat. & ſi eſt abſens Sindicus, vnus ex Electis proponat, & vota Ciuium diſtinctè per Cancellariũ deſcribantur, & poſtea conſideratur qualitas eligentium, & electorum, & ſingula, quæ ſequuntur loco ſupra citato.

Electus ab Vniuerſitate finito ſuo officio electatus debet vacare per quinquennium in illo officio, & in alio diuerſo per triennium, iuxta deciſ. D. de Franch. 210. & Erarius, vel Officialis Baronis vel alterius non comprehenditur in hanc prærogatiuam, & deciſionem, dum intelligitur ſolũ de illis perſonis, & officiis ad Vniuerſitatem ſpectantibus, & ſi Erarius fuit datus Baroni ab Vniuerſitate comprehenditur inter dictos officiales, alias ſecus, vid Capibl. de baron. par. 2. cap. 72. nu. 24. & tria officia vniuerſitatis quis exercuere poteſt, dummodo non ſint officia incompatibilia, & poteſt quis exercere tria onera tutelæ, Gizarel. in dec. 31.

Electione facienda per Vniuerſitatem de officialibus ſui regiminis, quæ ſunt illæ perſonæ, quæ non habent vocem actiuam, nec paſſiuam, vide Capibl. de baron. par. 1. nu. 126. ſuper pragm. 10. de baron. ni fallor, Fontanell. de pact. nuptial. par. 1. glo. 10. clauſ. 4. par. 1. nu. 126. Gabed. in dec. 84. par. 2.

Electionem fori habent viduæ, pauperes, virgines, vniuerſitates, & ſimiles, iux. l. vnic. Cod. quand. Imper. int. pupill. & vid iuxta Afflict. in dec. 257. Ricc. in coll. dec. 2156. 2282. Vrſill. ad Affl. in dec. 56. & 221. de Franch. in dec. 671. Vin. in dec. 65. & 522. in fin. electionem habent excæcati amore Ricc. in coll. 2117.

Electio fori facta per perſonam priuilegiatam, per eam ſunt ligatæ manus Iudicis, & acta facta ſũt nulla, Ricc. in coll. dec. 2548.

Electio fori facta per perſonam priuilegiatam, per eius electionem, & variationem, omnia acta facta ſunt nulla, de Franch in dec. 294. & fuerunt annullata acta facta per iudicem poſt fori electionem per viduam factam per ſolam comparitionem tantum, non aliter expeditis prouiſionibus a ſuperioribus, Muſcatel. in ſua pract. S. C. 2. inſtantia de appell. par. 1. gloſ. in forma à nu. 62. vſque ad n. 67. l. præcipimus, verſ. eadem obſeruanda C. de appell. Theſaur. in dec. pedemon. 177. nu. 5. Borrell. in ſumm. dec in tit. 56. nu. 31. volum. 1.

Electio eligendi iudicem eſt actoris, quando reus conueniendus habet plures iudices l. 2. §. 1. ff. de eo quod cert. loc.

Electionem fori habent viduæ, pupilli, & miſerabiles perſonæ, ac omnes priuilegiati, vt docet de Franch. in dec. 294. Foll. in pract. crim. in tit. aud. excuſ. fol. mihi 83 num. 90. & eo ipſo, quod quis ſuum forum declinat, efficitur de iuriſdictione iudicis declinati, & definit eſſe iudex, & lex dat iuriſdictionẽ iudici eligendo, & ſunt ligatæ manus iudicis, coram quo fit fori declinatio.

Eligere vnum, non videtur vitiare alterũ l. ſimiles qui deſtinauerat, vbi etiam glo. ff. de milit. teſta.

Eligendi facultas tranſmittitur ad hæredes, l. ſi ſtipulatus fuerim illud aut illud ff. de verb. obligat. Iaſ. in l. quicquid a ſtringendæ eod. tit. vbi notat differentiam inter ius eligendi, & declinandi, quod non tranſmittitur, prout eſt gloſ. notab. in l. inter ſtipulantem §. 1. in verſ. actori, vbi plenius Iaſ.

Elemoſyna potius eſt danda propinquis, quam exteris, Petr. ad Gram. dec. 67. nu. 5. de Franch. in dec. 190.

Emancipatio filiifamilias, vt ſit ſui iuris, fit coram iudice

iudice ordinario iurisdictionem habente non valet coram notario,& iudice cartulario, vide Pascal.de vir patr.pot.cap.6.num 139. par. 1. & Afflic.in dec 308.quando comm. reputatur filiusfamil.emancipatus.

Emancipatus habetur,tam filius vxoratus, quam filia nupta,de Franch in dec.632. nu.3.

Emancipatio fit hodie coram iudice, & penes acta l. non nudo glos.in l.fin.C. de emancip. Carau. super Rit.M.C.V.128.nu.14.

Eminentissimi titulus fuit institutus in anno 1630. Cardinalibus,& Reuerendissimi, qui ante habebant titulum Illustrissimi tantum,& in eorum Collegio primum habuit titulum Illustrissimi, Ioannes de Aragona,qui fuit Cardinalis, & filius Regis Ferdinandi primi,& inde Cardinalis de Este,& postea paulatim alij habuere, refert Tasson.super pragm. de antefát.vers. 3. obseruat.3. num.111.

Emptio rerum facta per emptorem, si reus vincit in causa appellationis, non tenetur rem emptam relinquere virtute sententiæ,sed tantum ad pretium habet actionem recuperandi actor vincens contra victum, de Franch.in dec.120.nu 8.

Emens fundum, videtur etiam emere fructus pendentes,& emptor illius tanquam nouus successor excludit colonum partiarium, Vrsill.ad Afflict.in dec.77.n 11.

Emens rem Ecclesiæ à non habente potestate eam vendendi, & sine sollemnitatibus à iure requisitis,dominium non transfertur in emptorem,neque possessio,Vrsil.ad Affl.in dec.286.nu.3.l.iubemus §.sanè la grande,C de sacrosf.eccles.

Emens res furtiuas scienter,tenetur furti actione, sed cautela est in emente,vt dicat protector emere nomine futuri domini, Vrsill.ad Affl. in decis. 369.nu.6.Ricc.in coll.dec.2331. Peguer. in dec. Catalon.73.& 23.Viu in dec.140.Reg.pragm.in tit.de empt.& vend.

Emens animal morbosum,aut librũ, vel quamcunque rem, ementi competit actio redhibitoria aduersus venditorem,dummodo vitiũ sit latens, & quod erat apparens ante venditionem, cum cæteris aliis notatis per Gratia.in discept.forens. par.2.cap.343.n.22. Hodiern.ad Surd.dec.146. sed hoc fallit in Ciuitate Neapolis, vbi de consuetudine emptor habet quadraginta dierum tempus à die venditionis.

Emptor potest agere de obnoxia reperta,vel vt res liberetur, vel actione quanto minoris pretij, Amat.in cons.58.quando emitur aliqua res alteri obligata,vel debito, emptor potest comparere coram iudice,& dicere,quod res est sibi obnoxia,vel quod res sibi liberetur, vel actione quanto minoris,venditor teneatur, Bart.in l.cum stipulatus sim 113 §. fin.ff de verb.oblig. Angel. in l.1 §.si hæres nu.15.ff.ad Trebell. Negusant. in tract.de pignor.memb.1.5.par.num. 24. vers. similiter.

Emptor tenetur ad interesse, quando percepit fructus rei emptæ, pretio non soluto, Ricc.in coll. dec. 159.

Emptor fundi, & domus,in emptione illius veniunt omnia ibi affixa,Ricc.in coll.dec.212. & 594. & 649.Gizarel.in decis.32.Hodiern. ad Surd.decis. 213.ni fallor, & sic otilia, & bona destinata ad perpetuum vsum domus.

Emere res maiorum nostrorum, nostra interest,Tiraquell.in tract.de retract.nu.35.37. & seq.Barbat.in cons.18.nu.2.

Emptio,& venditio non est,quando apponitur pactum,quod dominium rei venditę ad emptorem non transeat l.cũ manu sata ff. de contrah.empt. & vendit.

Emptio facta pro persona nominãda,quanto tempore durat,vid.Mantuan. Surd.in dec.226 nu.6. vbi latè, & quod nõ facultatem nominandi personam,tales sic ementes habent nisi sexaginta dierum spatium,quo termino elapso, actio perit, tex.in l.quod si nolit §.quod si ita ff.de edil.edict. per quem Bar.in l.si quis arbitratu num.8 ff.de verb.oblig.dixit,quod vbi in vnũ ex contrahentibus confertur arbitrium circa substantialia contractus, tunc ille arbitrari debet infra dies sexaginta.

Emens res mobiles à seruo,semper actione furti tenetur,Rouit.super pragm.6. de empt & vendit. nu.4.Bertazol.in cons.crim.43.& de emptione rei furtiuæ, & venditione ipsius, maiori pretio iusti valoris, & de emptione rei deprauatæ ab hostibus,& emptione bonæ fidei, si tenetur rem furtiuam restituere, non constito de furto, latè Rouit.in pragm.prædicta.

Emptor an teneatur soluere interesse pro fructibus perceptis,pendente rei æstimatione, Gram. in dec.70.nu.4.

Emens res deperditas ab hostibus, non tenetur illas restituere, nisi soluto pretio prius, Petr.ad Gram.dec.71. nu.15.

Emptor rei ecclesiasticæ malè alienatæ, amittit rẽ, & pretium l.iubemus §.sanè C.de sacros eccles. Abb.in cap.cum causa,extr.de re iudic.Et an remedium detur emptori contra alienantem ibidem, Quid in minore, vide in l.si prædium ff.de præd.min.& ibi Bald.& Afflict.in dec.278.in fin. & an emptor teneatur fructus restituere, vide Bald.in l.si fundus §.1.de reb.eor. quem sequitur Felin.in d.cap.cum causa col.7.vide Abb.in cap. cum quis de reb.eccles. non alien. Dec. in cons. 142.col.2.& cons.174 in fin.& add. quod ipse idem qui alienauit, potest reuocare alienata cũ fructibus,non obstante iuramento, allegat glos. fin.cum tex.in cap.si quis presbyterorũ,de rebus eccles.non alien.Alex.in consil.22.col.1.lib. 8. & add. quod quis potest venire contra factum proprium nullum, dum tamen non sit longum tempus decursum, glos.in l.2.C.si aduers.rem iudic. allegat Alex.in cons.85.col.2. lib. 5. An autem Prelatus alienans rem ecclesiæ contra formam possit propria auctoritate contrauenire? vide in tract.de episc.4 par.princip. quæst. 42. in 2.vol. tract. & Abb. in d.cap.si quis presbyterorum Et circa hanc materiam vide Laurentium de Rodulph.in cap. sine exceptione 12.q 2. latè, &

ponit

ponit septuaginta quæstiones, Abb. in cons. 63. num. 5. & vide omnino Barbat. in 2. vol. cons. 14. col. pen. & vlt. & an alienatio rerum ecclesiæ vtilis, valeat absque sollemnitatibus? latè Gabriel lib. 3. in tit. de reb. alien. concl. 1. fol. 378. & quod alienatio, quæ tendit in euidentem ecclesiæ vtilitatem non requirat aliquam sollemnitatē, Hyppol in rub. de prob. nu. 210. emptor debet esse cautus, vt soluat creditori, add. vidend. singul. cons. Socc. sen. 14. vol. 1. vbi multa, & notabil.

Emptor non tenetur præcisè soluere, vbi res vendita alteri obligationi obnoxia reperiatur, vēditoremque agentem ad pretium exceptione doli submouendum, eamque procedere, etiam facta ipsius rei traditione, & de regula tex. in l. ex his prædiis C. de euictio. Merlin in cap. 45. controu. forens. de Franch. in dec. 100. nu. 14. & Bal. in l. 3. C. de euictio. dat cautelam pauperi emptori, qui pretium exbursare non valet, vt excipiat contra venditorem, quod res non fuerit libere tradita, & quod est obligata pro dote vxoris, vel alijs creditoribus, Rip. post Alex. in l. 1. §. si hæres ff. ad Trebell. n 32.

Emparæ non fiant, nisi prius constet de debito liquido per publica documenta in ciuilibus, quia criminalis carceratus non emperatur ciuiliter, sed ciuiliter carceratus emperatur criminaliter, pragmat. 1. de cens. fol mihi 132. Scaglion. super Rit. M.C.V. 163. nu. 21. dicit, quod criminaliter carceratus potest ciuiliter emparari.

Emparari potest quis carceratus pro delicto criminali ciuiliter pro debito, vt ait Carau. super Rit. M.C.V. 163. nu. 20. fol. mihi 213. sed si est carceratus indebitè criminaliter, non potest emparari ciuiliter, sed ponitur sub sua pristina libertate, de Franch. in dec. 415. sed contrariū tenet Paul. Mōtan. super pragm. Regn. de administr. vniuers. fol. mihi 33. nu. 13 Vrsil. ad Affl. concordat cum D. de Franch. in dec. 180. nu. 7. l. ait prætor §. si debitorem ff. quæ in fraud. cred. contrarium tenet Ricc. in coll. decis. 2215. quod criminaliter carceratus non potest ciuiliter emparari, vide Peguer. in dec. Catalon. 22. & 69 quod potest criminaliter carceratus, ciuiliter emparari, quando causa criminalis, pro qua erat carceratus, nō est capitalis, quod differat executionem sententiæ, sed si est exiliaris potest emparari.

Emparari potest criminaliter carceratus sed empara fit per præsentationem scripturæ per examinationem debitoris, si negauerit, vel affirmauerit debitum cum iudicis decreto, & sic empara fit causa cognita, vt fuit emparatus Andreas della Rocca foriudicatus, Pau. Mont super pragm. de admin. vniuers. domin. de Franch. in dec. 415. in quæst. incip. lapus nu. 19. sed quando emparatus erat carceratus sub aliquo indulto, vel guidatico, tunc prius erit reponendus in sua pristina libertate empara non obstante, de Franch. in dec. prædicta.

Emphiteuta non incidit in commissum ob non solutionem pensionis non factam nisi sequuta declaratione per dominum directum, Aym. in cōs. 212. in princ. vol. 2. l. 1. ff. si ager vectigal. Iacob. in auth. qui rem nū 14. C. de sacros. eccles. & glo. in l. 2. eod. tit. n. 10.

Emphiteusi finita, dominus directus potest propria auctoritate ingredi possessionem rei emphiteuticæ inuito emphiteuticario, dummodo hoc faciat ad conseruandum iura sua, non ex temporis interuallo, sed melior est communis opinio indistinctè, quod hoc faciat cum iudicis auctoritate, & licentia, Clar. in §. emphiteusim, q. 44 25. & 11.

Emphiteusis euitatur per purgationem moræ ante litis contestationem, & sit solutio totius debiti, in loco creditoris, ad euitandum caducitatem, Ricc. in coll. dec. 2127. Affl. in dec. 174. & 150. & idem Ricc. in coll. dec. 156. latè.

Emphiteuta non potest spolio conuenire dominū directum, qui propria auctoritate cepit possessionem, Vrsill ad Affl. in dec. 39. nu. 19. vsque ad finem, & loquitur ibi quando ab emphiteuta cōuentus est dominus spolio ob venditionem ex requisito, & ob reditus nō solutos, quo casu nec auditur, si spoliatus petat restitutionem possessionis, per regulam generalem, spoliatus ante omnia est restituendus, & idem Vrsill. in decis. 97 & an res, quæ redeunt præsumantur redere ex cōtractu censuali, vel emphiteotico, dec. 129. Capic. in dec. 103. Clar. in §. emphiteusis q. 1. nu. 3. & an requiquiratur scriptura ad probandum emphiteusim, Clar. in q. 4 & Stephan. Ranchin. in add. ad Guid. Pap. 14. in quibus locis cōcludunt, quod sic, ex communi opinione omniū, & an sit locus purgationi moræ de iure Canon. potest celeri tamen satisfactione, cap. potuit de locat. de iure ciuili nō reperitur aliquo iure cautum, quod emphiteutæ priuati possint purgare moram, sed quomodo seruetur in S.C. Affl. in dec. 174. vbi Vrsill. Ann. in singul. 349. in quibus locis diuersæ sunt decis. Guid. Pap. in decis. 171. Clar. in q. 8. in fine add. §. empiteusim; Et an emphiteusis ecclesiastica transeat ad hæredes extraneos, de Franch. in dec. 255. in princ. Clar. qui refert DD. opiniones, & articulum disputat in §. emphiteusis q. 28. vers. tertius casus, Vrsill. in d. decis. 386. in princ. & idem in alia sua dec. 100.

Emphiteusis remissio Canonis non censetur facta, si dominus præstat licentiam, vel assensum alienandi rem emphiteuticam, sed potest remittere Canonem, quādo per bellum, in eo termino per biennium, emphiteuticarius non potuit accedere ad rem emphiteuticam, Ricc. in coll. dec. 2110. Affl. in dec. 258.

Emphiteusim, qui laudemia soluere tenetur, tenetur etiam ponere emphiteusim extra suas manus, quando est manus mortua, vt est ecclesia, Ciuitas, &c. & directus dominus nō tenetur consentire, de Franch. in dec. 659.

Emphiteuta non soluens Canonem per triennium, cadit à iure suo, probat tex. in l. 2. C. de iur. emph. add. quod si emphiteuta iurauerit soluere Canonem, si non soluerit, ob periurium priuatur iure emphiteutico, nec expectatur lapsus trienij, vel

vel biennij,ita Alex.in conf.85.& 126.col. 1. sequitur Iaf.in l.si quis maior col.3.verf.nota tantum fupra de trăfact.refert Siluan.in tract. feud. q.27.verf.& ideo dixit nota fol. 18.quæ autem fit differentia inter contractum diuifionis, fiue conductionis,& emphiteuticum , ac etiam cenfuarium,vide per Iacob. in prælud. in auth. qui rem C.de facrof.eccl.vbi dicit diligenter aduertendum ad verba conceffionis ad hoc,vt cognofcatur quis contractus fit, de contractu autem libellario quomod.feud. amitt.Et an huiufmodi contractus emphiteuticus requirat fcripturam, vide eund.Iacob.in alleg auth.nu. 15.vbi plene tractatur materia tituli de iur.emphit.add.quod Speculator in tit.de emphiteufi p.134.lib. 4. inquit,fi pereat tota res, non dolet emphiteota, fed fi pro parte,nulla fe liberet arte, add.Iaf.in l. 1,C.eod.n.77.& in l quo minus ff. de flumin.n. 150.Et nota,quod qui probat folutionem in tribus annis continuis proximis retro, femper foluiffe præfumitur,vt per glof.in d.l 2.in verbo repellere,fed hoc limita procedere , quando foluiffet fingulo anno,fecus quando vnica folutio fuiffet facta pro tribus annis præteritis, ita Bal. in lectur.noua l.2.infra de dot.promiff.fequitur Iacob.in d.auth.qui rem nu.70. latius Gulielm. de Bened.in repet. cap. Raynutius extr.de teft. in 2.par.in auth.fi abfque liber.more il fecondo nu.162.Et an reftituatur aduerfus caducitatem qui ignoranter non foluit,vltra DD.in l. 2. vide Alex.& Socc.in l cum filias §.in hac ff de verb. obl.& Salic.in l.2.fup. tit.fi aduerf. vĕdit.pigno. add. quod nemo debet expectare admonitionem,fiue interpellationem pro foluendo canone,fed vltro fe fe offerre,& debitum fponte perfoluere,vt in d.l. 2. Et an emphiteuta poffit ius fuum vendere,& quæ requirantur, vide in l.3.C. eod.an autem fi plus vero pretio, & reperto denuntiauerit , puta quia inuenit viginti , & dixit triginta, priuetur iure fuo,propter mendatium,Iaf.in d.l.3. tenet, quod perinde habetur, ac fi facta non effet, quod facit pro ftatuto dictante , quod in venditione alicuius rei confanguinei præferuntur pro comperto pretio quod fi maius pretium quis inueniffe dicat, quod re vera comperit , habetur ac fi non denuntiaffet, tu circa hanc quæftionem , vide quod not.fcribit Caffan.in confuet.Burgund, rub.4. §.16.fol. 182.nu.2.& feq.ibi pour lo pris.An autem directus dominus debeat certificari, fi fcitur, & videbatur , quod non , quia qui femel certus eft, amplius certior fieri non debet,l.1.§.fin. ff.de action empt.l.1.§.fi intelligatur ff. de edil. edict. cum nemo videatur eas fraudare qui fciunt, l. nemo videtur ff.de reg.iur.l.qui autem §.præterea ff.quæ in fraud.cred.tamen, quia contentus potius domini,quam fraus agitur l.qui non facit ff.de reg.iur.tenetur venditor domino directo ratificare,& ab eo confenfum impetrare, licet id fciat;Add.quod quinquagefima pars pretij,vel æftimationis loci,qui vĕditur,debet præftari d. l. 3. in fin. quid autem in donatione, vel permutatione,vide Bald.Salic.& Iaf.in d.l. 3. an autem ex diuifione præftentur laudemia, fuere qui tenuerunt , quod fic , fed à prouocante id diuifionem non à prouocato , arg. l. & ideo eleganter ff.de condit.furt. Cŏtra vero Gulielm.de Cun.motus ex l.fin.C de litig.per l. diuerfa §. exceptis C. mand. quem fequitur Barto. in l. & ideo ff.de condit.furt. Alex in conf. 183. vol.1. Ioa Petr Ferrarius in fua pract. tit. pro legatis, vel rebus fingul.diuif.Corfet.in obferuat. Tholof.q.85 diftinguit,vt ex voluntaria debeantur, ex neceffaria non , quid autem fi in diuifione pro rebus frater fratri pecuniam dedit , an debeantur laudemia ? vide Ancharan. & Arnald. Ferron.in confuetud.Burdegal.tit. de feud.§.15. vbi etiam videbis quid in creditore,cui eft adiectum prædium emphit pro debito, vide Salic. & Iaf.in d.l. quid in venditione cum pacto de retrouendendo, an laudemium debeatur , & an in venditione , & retrouenditione, vide eundem Arnald.in d.tit.§. 16.

Emphiteufis ad meliorandum per vigintinouem annos,conceditur in bonis infructiferis,vt plantentur , & conceditur in bonis infructiferis , vt plantentur,& cŏceditur abfq; affenfu, de Frăch. in dec. 561. & fic etiam conceduntur terulæ , & terræ nemorofæ , vt reducantur ad culturam pro certa parte victualium, eft argumentŭ feudi nu.4 culta terra,& cefinato nemore,eft magnŭ augmentum.

Emphiteuticus non eft,fed contractus cenfualis dicitur,quando in inftrumento transfertur dominium vtile , & directum , non obftante, quod in inftrumento dicatur , facere contractus emphiteuticus, Vrfil.in dec.72.n.14.

Emphiteuta Ecclefiæ ceffans à folutione Canonis, & fi fit minor Canon , & res magni valoris per biennium, cadit à iure fuo , & priuati per triennium,Petr.ad Gram.in dec.29.nu.2. & pro Canone non foluto, agitur hypothecaria contra tertium poffefforem, nu.5.Vrfill.ad Affl. in dec. 95.Surd.in dec.31.& 32.Frez. de fubfeud. lib.2. auth.3.& l.2.C.de iur. emphit. in tract. de tertio priuato, & cap. potuit de emphit. ecclef. & per folutionem Canonis attenditur confuetudo loci,& non poteft domino inuito , fieri vnica folutio Canonis pro annis futuris,& dominus recipiens Canonem,remifit ius caducitatis , & emphiteuta alienans rem domino irrequifito,cadit à iure fuo,& emphiteuta Ecclefię tenetur foluere Canonem , etiam fi fit contractus nullus , & nullitas poteft per quemlibet allegari,de Frăch. in dec.483. Vrfill.ad Affl.in dec.107. hæres non poteft rem deuolutam prætendere , fi eius pater tacuit in vita fua,Petr.loc.cit.

Emphiteuta Canonem non foluens , cadit à iure fuo,etiam fi folutio deficit in vno nummo tantum,Petr.ad Gram.in dec.26.nu.18.

Emphiteuta, cui nulliter res ecclefiæ funt conceffæ abfque requifitis à iure permiffis,tamen emphiteuta ipfe tenetur ad cenfus , ac fi iuftè contractus fuiffet excufatus,de Franch.in dec.296.

Emphi-

Emphiteuta tenetur suis sumptibus facere meliorationes emphiteuticas,& sunt minimæ impensæ,& quotidianæ pro reparatione,vel cultura agri,quæ dominus concedens non tenetur soluere augmentum, quod compensatur cum fructuum perceptione, illa impensa medio tépore facta habita consideratione,quod reditus est minimus,& si ædificat de nouo, tenetur dominus soluere emphiteusim, secus quando nulla culpa puta extincta linea,&c. de Franch. in decis. 291. quia res steriles dantur emphit.vt meliorentur.

Emphiteuta Ecclesiæ alienans partem rei emphiteuticæ,non cedit in totũ à iure suo, sed si adest clausula,saluo consensu domini, non aliter, nec alio modo impetrans priuetur, Vrsil. ad Affl. in dec.107.nu.7. Gram.in dec.49.

Emphiteutæ ecclesiarum tenentur ad solutionem functionum fiscalium, vt tenentur coloni ecclesiæ,& dominus si est præsens venditioni rei emphiteuticæ non sibi præiudicat, Vrsil.ad Affl.in dec.129.n.37.

Emphiteusis, si vnus ex hæredibus soluit totam portionem suam,& alius non soluit,tota res illa incidit in commissum,& ille hæres, qui soluit, nõ potest facere caducitatem pro numero vnius anni,ad euitandum caducitatem, Vrsil.ad Affl. in dec.153.nu.1.

Emphiteusis duobus concessa,quisque tenetur pro sua parte soluere,nisi dicat in solidum, Vrsill.ad Affl.in dec.153.nu.4.

Emphiteuta ecclesiæ nõ soluens Canonẽ per biennium,repelli potest a iure emphiteutico, auth. qui rem C. de sacrosan.eccles. Pro materia videndus Bertrandinus in consil.2. vol.1. Paul.de Castr.in cons.68.Bal.in cons.261. vol.5. Pau. de Montepic.in l.Titia testimonio col.89.de leg.2. Ias.in l.si insulam col.16.ff.de verb.oblig. & in cons.17.vol.1.& Affl in dec. 80. & 77.Et an valeat pactum, quod emphiteuta non cadat propter Canonem non solutum,vide Gram.in sing. 106.item an emphiteuta sua culpa cadens perdat melioramenta,vide Paul.de Castr.in consil. 260.notandum nu.7.vol.2.& in l.Colonus ff.locati,& Paul.de Montepic.in alleg.loco,vide etiã Aret.in l.cætera §.Marcellus col. pen.de leg.1.

Emphiteuta tenetur ad solutionem Canonis pendente iudicio super contractus nullitate, Merli. cap.22.controuers.forens.

Emphiteusis concessa pro se,& filiis suis, comprehendi videtur etiam filias fęminas, de Franch. in dec.30.sed per commun. opin. non comprehenditur, & hic loquitur de emphiteusi ecclesiastica.

Emphiteuticæ rei dominus directus valet expellere emptorem illius rei emphiteuticæ propria authoritate,si sine assensu, quia res emphiteutica deuoluitur ad dominum concedentem, ob duo,vz.ob reditum non solutum, & ob alienatione factam domino irrequisito, Vrsil.ad Affl. in dec.97.nu.1.

Emphiteusis si fuerit inter hæredes diuisa, si vnus soluerit Canonem pro parte sua, alter vero non incidit in commissum, quia per hæredum diuisionem non potest mutari conditio primæ obligationis, quæ erat in solidum in persona emphiteutæ,de Mariis in resolut. quotid. cap. 13.nu.3.

Emphiteusis ecclesiæ,quãdo est facta cum sollemnitatibus a iure requisitis, transit ad extraneos, & potest confiscari, Vrsil.ad Affl. in dec.100.

Enormissima læsio sufficit ad reuocandum renũciationem etiam iuramento vallatam, etiam si patri esset facta renunciatio, de Franch.in decis. 119.nu.6.

Episcopus tenetur obseruare ius laici, sicut laicus tenetur obseruare ius Episcopi, Vrsil.ad Affl.n. 2.in dec.30.

Episcopus potest punire aduocatos, nuntios, notarios,partes litigantes, & alias personas, qui aliquod delictum coram eo in actu iudiciario committũt,Bar.in l.si quis obrepserit ff. de fals. Montemaran. in pract.cur.Archiep. in cap. 10. fol. mihi 87.

Episcopus visitans diocesim, debet habere victualia pro equis,& pro mensa, non autem pro ferratura animaliũ,cap.1.§ procuratores de cens. in 6.Montemar.hoc refert in cap.21.nu.12.fol. 116.in sua pract.Cur.Archiep. & potest pauperibus dispensare fragmenta, quæ remanent in sua mensa, & non potest recipere osculenta, & poculenta ad domum suam portãdum, nisi pro ibi comedendis tantum, potest ibi inquirere tamen contra laicos in actu euictionis, non ad finem puniendi,sed corrigendi, & pęnitentiam impetrandi.

Episcopi sunt executores omnium piarum dispositionum,& possũt magistros ecclesiæ malos administratores priuare eorum officio, Mõtemar. in pract.Cur.Archiep.in cap.17.per totum,Sac. Conc.Trid.cap.8.sess.22.& in cap.8.sess.25.

Episcopus non potest contra Canonem dispensare Petr.ad Gram.dec.4.n.6.

Episcopus potest clericos extrahere a sua diocesi, duo a sua ecclesia,ad finem illos puniendi tantum,& non iudex secularis,Montem. in cap.22. nu.11.fol.mihi 129.& in cap.18.fol.83.n.11.

Episcopus non potest morari extra suã diocesim absq; licentia Papæ, nisi prope suam ecclesiam, Vrsil.in dec.Affl.289.n.1.

Episcopus potest conferre beneficium extra territorium, dum est actus voluntariæ iurisdictionis, sed hoc non licet Vicario suo generali habenti talem potestatem,Capibl.de auct. baron. par.2. cap.69.nu.25.

Episcopus potest exequi testamentum, negligente hærede infra annum adimplere voluntatem defuncti,Gauant.super decret.S.Congregat.in tit. forum episcopale nu.23.Barbos.in alleg.8.

Equiualentia est consideranda,l.1. & ibi not.Socc. not.4.ff.de reb.dub.

Equitum Hierosolymitanorum materia, quæ sunt eis permissa, & interdicta, vide Ricc. in collect. dec.216.

Æquitas præfertur iuris rigori, l. 2. §. item casus, vers.

vers.quanquam ff.de aqu. pluu.arcend. Carau. super Rit.M.C.V.208.

Equitas fundamentũ est interpretãdi leges,l.si socius pro filia ff.pro socio,Bald.in l. si defunctus C.de suis,& legit.

Equum sudantem à stabulo extrahẽs, & ad palum ligans,si capistratur, tenetur extrahens ad damnum, de bono opere laudamus te,Pet.ad Gram. in dec.25.nu. 10. Equos subtrahens Regios punitur in libram auri,priuatos ad sex vncias,Tasson.de antefat.vers.3.obseruat.nu 380.

Erarium debent habere Barones,& baiulos in eorum terris,salario mediante, pro conseruatione fructuum feudi,de Franch.in dec.108.n.1. Frec. in suo tract. de liquid. instr. auct. 37. & Marin. Frez.de subfeud.in author. 34. dicit,quod Baro quolibet anno debet habere suum erarium ab vniuersitate,Petr.ad Gram.dec.80.nu.3.Capic.in dec.128.

Erroneam suã confessionem quis allegans, nullatenus fateri dicitur, Grã.latè in suo vot.crim.7.

Error probari non potest post cõclusum in causa, in quo tempore confessio erronea probari non potest Affl.in dec.44.n.2.cap.2.de rest.in integ.

Error Notarij non præiudicat veritati,l. Imperator ff de stat.homin.l.si librarius,vbi DD.de reg. iur.& filii legitime nati sequuntur patris conditionem,Gulielm.de Bened.in repet.cap. Raynutius in princ.extr.de testam.

Error calculi redit sententiam nullam per Iodoc. de Comit.in tract.differ.iur.can.& ciuil.n.150. 1.vol. tract. & qualiter probetur huiusmodi error,& alia multa per Par.in cons.vlt.num.26. & seq.vol.1.

Error in nomine proprio vitiat actum, vt puta si legatum sit aurum,& reuera est lignũ, sed error in nomine proprio non vitiat actum, dũmodo constet de corpore, vt puta si testes recognouerint cadauer,vel errauerint in nomine proprio illius,non propter hoc testes dicuntur falsi.

Errore calculi semper,& omni tempore dici potest in causa,& erronea calculatio etiam sæpe facta non nocet,nisi fuerit transactione, vel sententia sopita super canone cõputationis,tex. in l.vnic. C.de err.calcul.

Error non cadit in actu reiterato,& sic præsumitur certa scientia, & bis actum faciens, non potest contra eũ opponi l.1.§.supradictis, de emendat. iust.Cod.cap. ex literis, verbo admonita de diuort.& ita est in confessione deliberata,in qua non præsumitur error.

Error in alieni facti ignorantia tolerabilis est l.fin. ff. pro soc.

Error nõ præsumitur in pacto,Petr.ad Gram.dec. 60. nu,12.

Error calculi potest allegari, & retractatur sẽtẽtia l.vnic.C. de error. calc. pro cuius materia vide Ias.in cõs.210.vol.2. vbi videbis an exceptio erroris calculi aliquo tempore tollatur. Itẽ an error calculi possit allegari in causa appellationis, si non fuerit allegatum in causa principali, vide Pau.de Cast.in cons.32.& refert Iacob.in l.Procula in fi.ff.de probat.& multa alia circa materiã calculationis,& cõputationis, vid.per Bar.in l.instar n.4.& seq.C.de iur.fisc.li.10. Add.quod. error calculi reddit sñtiam nullã, Prosodoc. de Comit.in tract.de differ.iur.can.& ciuil. n.150. in 1. volum. Et qualiter excludatur aliquis ab actione dicendi de errore calculi,latè idẽ Pari. eod.vol.cons.89.n.6.& seq.add.quod si quis rationes semel perfectas reddiderit,nõ tenetur iterum reddere, Natt.in cons.40.nu.1.& ibi quod calculatores debeãt cũ iuramẽto offerre, & vid. pulchr.cõs.Ruin.71.per tot.vol.4.vbi an & quãdo calculatio rescindatur, etiã interposita transactione,vid.Ant.de Alex.in d.l.vnic.& limita,& declara,vt ibi per eum, add.Berou.in q.105.vbi multa de errore calculi.

Æternum differt à Sempiterno,& quid sit æternũ, vid.glo.in vers.æternus l.cum debere de seruit. vrba.præd.Cepoll.in d.tract.de seruit.vrb.præd. & latè in cap.37.

Ætatis miseratio leuiat pęnã, & perducit interdũ iudicem ad mediocrem pęnam, Plac.in epitom. delict.lib.1.cap.32.per totum,& ante per me in l.capsæ la seconda.eod.tit.

Ætas perfecta hodie in Regno reputatur tempus annorũ decem & octo, & quisq; maior dicitur, vt in Cost.Regn.incip.Minorum iura,ea intelligitur,vt libera sit à tutela,& cura,sed nõ extenditur ad cætera, quę de iure maiorem ætatẽ requirunt,Mangon.in dec.Flor.22. Barz. in decis. Bonon.74.n.12.Capibl.de baron.par.2. cap.25. n.17.Sforz.de rest.in integr.par.1.q.15.art.9.qui bene punctum discutit,Pascal.de vir.patr.pot.c. 1.n.105.par.2.sed in feudatario esse in anno 14. & minores per quadriennium restituitur in integrum post factus maior 18. annorum, Lexus infra ætatem prædictam.

Ætas probatur per librum baptismi,& per librum patris,in quo sit descripta,Petr.ad Gram.in dec. 48.nu. 3. & per testamentum matris, l. etiam ff. de probat.

Ætas maior in Regno Neapolitano in cõtractibus est annorum decem & octo,de Franch. in decis. 632.nn.3.

Ætas perfecta,& maior in Regno est annor.decem & octo completorum,tam in simplicibus quam in feudatariis,& mulieribus non maritatis tantũ ante dictũ tempus, ideo vsq; ad tempus prædictnm datur eis curator pragm.2.de minor.

Ætas perfecta de iure communi est tempus annorum vigintiquinque l.fin.C.de his qui ven.ætat. impetr.de iure Regni est annorũ decem & octo, Cõstit.Regn.incip.Minorum iura.In feudatario est annorũ quatuordecim,tam in masculo, quã in fęmina,& quadriennium restitutio habet, & currit per læsionem à die elapsi tẽporis minoris ætatis,de Franch.in dec.651.& 632.

Ætas minor probatur ex libro patris, in quo scribitur natiuitas filii, Petr. ad Gram. decis. 23. num. 14.

Ætates hominis sunt septẽ,vz.Infantia, Pueritias, Adolescẽtia,Iuuẽtus,Virilitas,Senectus,& Decre

N pitas

pitas; Iuuentus dicitur illa, quæ est ab anno vigesimo quinto, vsque ad quinquaginta, & à quinquaginta vsque ad septuaginta dicitur senectus, & à septuaginta in antea est decrepita, ætas quæ à tortura excusat, Gram. in dec. 34. n. 3. & toto tit. qui ætate excusantur.

Ætatem minorem eam probandi, onus spectat ad allegantē, & fallax est dispositio ætatis per aspectum, de Franch. in dec. 119. nu. 8 & 9.

Euictionem non habent ementes sub hasta, nec eo tempore vendentes tenentur, Muscatell. de appell. in 3. par. in glos. venduntur nu 95. dicit, quod venditor victus, in cuius commodum pretium solutum fuit, tenetur, & in cuius dominio esse dicebatur l. si solus § si iussu ff. de euictio.

Euictionem in condemnatione ab arbitris non debet permittere venditor in condemnatione sententiæ iudicis, tenetur de euictione Ias. in l. dotis causa ff. sol. matr. n. 4. l. 1. C. de offic. Ciu. iudic.

Euictio non promissa emptori à venditore, semper promissa censetur, de Franch. in dec. 239. l. pacta conuenta, & ibi glos. ff. de contrah. emptio. & fiscus tenetur de euictione, nedum pro capitale rei venditæ, sed etiam pro interesse, & late de Marin. in resol. quotid. tract. resol. 147. & 97.

Euictione, quando emptor est re euictus, an teneatur venditor illius rei euictæ restituere dicto euicto pretium celebrati contractus, vel euictionis, & videtur, quod ei restituitur pretium illius rei euictæ, quæ erat tempore celebrati contractus, de Franch. in dec. 298.

Euictio de iure quando imminet in limine contractus, puta si dicitur in contractu, quod sequuta euictione per solam citationem, vel litis contestationem, & similia, & pretium nō est solutum, quod potest retineri per emptorem, & ipse non cogitur soluere l post perfectam C. de euiction. sed præstatur fideiussio de seruando indemnem emptorem ab euictione prædicta, de Franch. in dec. 555.

Euictio semper in contractu debetur, & in contractu venditionis venit de eius natura, de Pont. in consl. 17. par. 1.

Euictio dicitur, quando verè, & effectualiter sequitur per realem capturam, & abdicationē rei euictæ, non per solam sententiam, quæ potest retractari, & appellari, & per appellationem suspenditur iudicatum, Thesaur. in dec. 102. & 85. vel quando per executionem sententiæ in rem iudicatam consuetæ, fuit possessore conuento, & condemnato ablata, & abdicata res, l. habere licere ff. de euictio.

Euictionis exceptionem, siue rei non liberè traditę posse opponi aduersus liquidationē instrumenti, sed quod obstat deleganti, non etiam obstare delegatio, Merlin. cap. 91. forens. controuers.

Euictio venit de natura contractus, etiam si promissa non sit, & quando creditor reperitur pręsens venditioni, quæ fit alteri per debitorem, & recidit pretium, & consentit, tenetur de euictione, vt tenetur omnis ille, qui consentit venditioni, & recipit pretium, & tunc euictione sequuta, creditor ille tenetur de euictione, & pretium restituere, Mastrill in decis. Sicil. 58. nu. 11. l. non dubitatur, vbi Bald. & cæteri DD. C. de euiction.

Euictio renunciata cum pacto, quod quis non teneatur in futurum de euictione, & de materia euictionis, vide Ricc. in coll. dec. 28 & 29.

Euictione quis non tenetur, si sibi non fuerit ab emptore denunciata lis ante litis contestationē, & quando non curat se defendere, & facit se contumacem reputari, & allegans in authorem post finitū processum, allegatus, & laudatus absoluitur ab impetitis, glos. & DD. vbi Bart. in l. emptor C. de euictio.

Euictione contra venditorem nō aget emptor, qui fuit contumax reputatus, res empta euicta l. si ideo ff. de euictio. & hoc intelligitur quando fuit contumax in processu non defendendo, Dec. in consl. 34 vol. 1. nu. 3. & idem Dec. in consl. 34. vol. 1. num. 3. & 74 dicit, quod emptor non potest agere de euictione contra venditorem, nisi fuerit prius sibi lis denunciata similiter, nec contra fideiussorem, sicut contra fideiussor, non sit denūciandus, nec sufficit sola scientia venditoris, & etiam emptor ipse tenetur defensionem prosequi, & appellare tenetur, alias de euictione non agitur, similiter non tenetur venditor, quando facto euincitur l. 1. C. de pericul. & commod. rei vendit. cap. fin. de emptio. & vendit. Capic. in dec. 106. l. quoniam C. de euictio. Abb. in cap. fin. de empt. & vend. Barthol. Capibl. in l. ad res donatas. ff. de edilit. edict. nu. 7.

Euictionis ratione actiones contra authorem [authoris, recta via intentari non possunt, sed opus est iurium cessione, & agere ex iure certo l. si res quam ff. de euictio. vel adiudicatio nomine debitoris. ex his, quæ tradita sunt per de Franch. in dec. 33.

Exactio facta per vnum ex creditoribus, certo communi debito, creditor debet habere in portionem exactionis communis pro suo, de Frāch. in dec 635. nu. 6.

Examen testium factum per Iudicem incompetentem redditur nullum, Crau. in consl. 2. nu. 7.

Examen factum non dato termino in causa est validum, de Franch. in dec. 618.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ opponitur infra biennium per debitorem in causa mutui, eam opponere non potest, si adest confessio per constitutum in mortis articulo, vel per eius hæredes, Gram. in consl. crim. 70. nu. 2.

Exceptio quæ reddit iudicium retro actum nullum, potest quandocunq; opponi, Gram. in vot. 18, nu. 5.

Exceptiones, & commoda, quæ competunt principali, competunt fideiussori l. omnes ff. de exceptio. & l. ex persona ff. de fideiussor. obligatio enim fideiussoris est accessoria § fideiussores, instit. de fideiuss. sequitur naturam sui principalis, cap. accessorium de reg. iur. in 6.

Exceptio nullitatis, qūo, & qn executionē sententiæ impedit, Barto. & Alex. in l. 1. §. condemnatum ff. de

ff.de re iudic.& Sebastian.Vant.in tract.de nullit.sent ex defectu processus nu. 133. vers.& est communis.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non potest opponi nisi in contractu mutui infra biennium,in aliis vero contractibus non potest opponi nisi in contractu mutui infra biennium, in alijs vero contractibus non potest opponi nisi infra triginta dies, Affl.in dec.105.vbi Vrsill.tex. in l.in contractibus,vbi Bald.C.de non numer. pecu.& glos.instit. de verb. oblig. in verbo ostendatur l.pecuniæ C. de solut.

Exceptio firmat regulam in casibus non expressis exceptis l.nam quod siquidem ff.de pen.legat.

Exceptio dilatoria per eam differtur in causa procedi,& debet opponi ante litem contestatam,de Franch.in dec.290.

Exceptio iurisiurandi impedit litis ingressum ad vlteriora,Gram.in dec.65.nu.1.

Exceptionibus pro se introductis,vnicuique liceat renuntiare,l.si quis in conscribendo C.de episc.& cleric.

Exceptiones dilatoriæ opponuntur ante litis contestationem tantũ,non post l.Pomponius §.Rasi ff.de procur.& si opponantur post litem contestatam,punitur aduocatus ad vnam libram auri l.pen.C.de except.Castrens.in singul.176. col.1. volum.{1.

Exceptiones dilatorias, & peremptorias non potest opponere tertius comparens in causa, etiã si est priuilegiatus, Ricc. in collect. decis. 2284. Gram.in dec.21.Viu.in dec.30.Gratian. in dec. March. 147.

Exceptio rei iudicatæ,non prodest ei,contra quem est lata sententia,de Franch.in dec.680. n.4.

Exceptioni hosticę quãdo semel renunciatur, amplius quis ea vti non potest, Ricc. in collect.dec. 2702.

Exceptio solutionis impedit litis contestationem, Specul.in tit.de except.§.d.vers.Bart.in l.nam & postea in princ.2.col.in fin.ff.de iniur.l.cum qui creditur in fin.2.col.ff.iudic.solu.Cappell.Tholos.in dec.335.

Exceptiones oẽs hodie opponuntur ante litis cõtestationem, idest ante termini dationem, & sic tam exceptio dilatoria,quam exceptio declinatoria, sed exceptio peremptoria semper opponi potest,Muscatell.in pract.ciuil. par. 4. glos. termini nu. 2.

Exceptiones peremptoriæ, idest litis finitæ periurij,rei iudicatæ,transactionis,pacti de non petẽdo,& similia,sunt omnes peremptoriæ, cæteræ verò sunt dilatoriæ, & declinatoriæ fori, quæ possunt opponi vsque ad litis contestationem, idest ad termini dationem, peremptoriæ verò sunt illæ, quæ impediunt processum ad vlteriora,& opponuntur vsq; ad conclusionem in causa; exceptio excommunicationis dicitur anomala, & potest quandocunque opponi, vt ait Muscatell.in sua pract.ciuil.par.3.glos. similes.n. 2.& quando datur terminus ad opponendum exceptiones peremptorias, & termino elapso, opponens non auditur,sed reseruantur ad merita causæ, Aret. super instit. in tit. de except.§. appellatur nu.3.

Exceptionem Macedoniani Senatusconsult.& non numer.pecuniæ renuntiare videtur, qui partem debiti soluit,Petr.ad Gram.in dec.103. n.39.

Exceptio periurij impedit litis ingressum, Petr.ad Gram.in dec.66. n.1.

Exceptio, quæ impedit processum,impedit compromissum,Petr.ad Gram.in dec.60.nu.3.& exceptio non opposita ante litis contestationem, valet postea amitti,Marant.in suo spec.aur.par. 6.memb.9.

Exceptio non numeratæ pecuniæ,intra biennium est opponenda per tex.in l.in contractibus C. de non num.pecu.quod tamen fallit quando confessio, & obligatio fieret ob mutuum de præterito,tunc enim non clauditur meta biennii, de quo ponderatur glos magistralis in l. aduersus supra eod. Secundo fallit in clericis, & aliis ecclesiasticis personis,nam ij perpetuo eam opponere possunt.auth.hoc ius porrectum supra de sacros.eccles.Bald.in l.2.§.fin.ff.si cert.pet.Imol. in cap.si cautio extr. de fid. instrum. & plenius in cap.fin.de solution.vbi de materia d.l.in contractibus. Tertio fallit in tutore, qui confitetur se habuisse,& recepisse à pupillo, & apparet hæc confessio manu eius scripta,glo.2 in l.singularia ff.si cert.pet.de quibus vide Rom.in l.si sub specie supra de postul.nu. 7.& 8. tu autem si plene cupis videre, an talis exceptio biennio claudatur,siue in scriptis,siue sine scriptis,vide Scribentes in l.si ex pretio supra si cert. pet. per DD.in l.si pecunias ff.si cert.pet.Imol. in l. si stipuler §. qui sororem ff.de verb.oblig.Add.quod si exceptio huiusmodi ante biẽnium opponatur, onus probandi competit affirmanti numeratum, si autem post biennium, transfertur in excipientem,& hoc tenendum de æquitate canonica, pro quo allegant Innoc.in cap.quia plerique de immun.eccles.Rom.in l.1.n 19.& seq. An aut ẽ ista exceptio currat contra illum, qui ignorauit cedulam,seu literarum obligationem, vide Cassan.in cons.63.nu.13.& an huic exceptioni potuisset renuntiari,vide per Fulgos. in cons. 192. & Aret.in §.1.nu.14.instit. de verb. oblig. Item aduerte etiam, quod debitor conuentus super chirographo,elapso termino ad hanc exceptionem proponendam,nõ potest compellere actorem ad iurandum,quod non fuerat mutuatum, seu numeratum,neque positionem facere puta per confessionem aduersarij, Capic. in decisio. 15.multa alia pro hac materia vide per Bald. in tract.de pac.in princ.n 8.& seq.vol.3.tract. Add. quod exceptio non numeratæ pecuniæ non opponitur, vbi illi cum iuramento renuntiatum est,erit tamen remedium, quod opponatur de contractus illius simulatione, Marsil. in singul. 327.exceptio nõ numeratæ pecuniæ, Add.quod licet post biennium talis exceptio opponi non possit,potest tamen iudicis officium implorari, Marsil.in singul.277.incip.licet, & poterit etiã

insimul doli exceptio opponi ibidem, & in repet.l.vnic.C.de rapt.virg.n.167. Add. quod exceptio non numeratæ pecuniæ tollitur per geminatam confessionem, idem Marsil. in l.1.§. quæstion inu.3.ff.de quæst.& in l.1.nu.41.C.ad l.Cornel.de ficar. Add.quod non habet locum dispositio d.l.in contractibus in Ecclesia, quæ potest perpetuo opponere istam exceptionem, Hyppol.in singul.622. latissimè in materia Angel.in §.item iuris est instit. de except. & vide Duen.in regul.260.261.& 121.vbi multa in cæteris contractibus opponitur infra triginta dies tantum, vide Affl.in dec.105.ni fallor.

Exceptionē pretij nō soluti,& nō numeratæ pecuniæ semper quis potest opponere, quando venditor confitetur pecuniam,& pretium recepisse rei venditæ per medium banci, & non apparet apoca acceptata, Petr.ad Gram.in dec.59. num. 16.& 17.

Exceptio non numeratæ dotis potest opponi infra annum, si matrimonium durauit per biennium, si verò per decennium infra tres menses opponitur,& quando maritus confessus est dotes recepisse,& vere non recepit,& ei fuit numerata dos, Auth.quod locum de dot. caut. non numer. & hoc tempus currit à die soluti matrimonii.

Exceptio non numeratæ pecuniæ habet locū quandocunque pecunia mutuata petitur sub specie futuræ numerationis, sed in obligatione tantum opponitur infra bienniū, dummodo non procedat ex alia causa petitionis, auth.2.C.de nō num. pecun. Vrsil.ad Affl.in dec.105.& dec.94. & habet etiam locum in causa dotis, Pascal.de patr. pot.cap.3.par.1.nu.90.

Exceptio dilatoria ante litis contestationem opponi debet l. exceptionem C. de probat. Butr. & Abb.in cap.2.extr.de ord.cogn.& communiter omnes in cap. pastoralis extr. de except. Itē Angel.in l.qui procuratorem dat,& in l.Pomponius §.rati ff.de procur. & Salic. in l. de die §.si seruus ff.qui satisd.cog. Limita tamen non procedere, vbi quis ignorasset exceptionē sibi competere, tunc enim post litis contestationem opponere potest, ita Ias.in l.quamdiu nu. 4. C. qui admitt.add.quod post didicita testificata, testiū productio non procedit, Auth.& qui semel C.de probat.tu vide Ioan. Andr. & sequaces in cap. fraternitatis de test. DD in clem. testibus de test.Innoc.in cap cum venisset eod.tit.Specul in tit.de test.§.satis vtiliter, Affl. in §. item si vasallus nu.4.& seq.in tit.de controuers. inuestit. sed Soccin.latè vltra omnes DD.in d.cap.fraternitatis, add.quod ex sola falsi suspitione, nisi veritas aliter comprobetur, quis condemnari potest, tex.est in l.iubemus C.de probat.tu vide Riminal.in conf.1.nu. 19.col.1. & Dec.in conf.189. & nota, quod ex inditijs indubitatis deuenitur ad condemnationem l.fin.C.eod. tu vide Bald. in l.1.col.5.vers quinto oppono supra de sūm trin. Abb.& Bald.in cap. testimonium extr.de test. Amplia dispositionem d.l.fin. etiam procedere in causa mista, vel ciuili ardua, vel si agatur ad pœnam pecuniariam tantum, & etiam non ex delicto, Purpurat.in l cunctos populos n. 80.& 81.supra de summ.trin. add Battendier.in prax.crim.regul.63.vbi quod inditia debent esse luce clariora, secus in probationibus, & Menoch.remed.15.nu.395.

Exceptio opposita contra testes, est examinanda antequam eius dictum recipiatur, vide Heuum in conf.5.n.1.& 2 contrarium tamen in Regno per Rit M.C.V. 282.Item seruat ipsa Curia quod in exceptionibus, & ibi Petr.ad Gram. in dec.86.& in conf.crim.64. nu.6. & an testis clericus falsum deponens coram iudice laico possit ab illo puniri, glos. in verbo nullum in verbo præscriptionem, C. de test. quod sic, tu vltra Bald in l.nullum, vide Archid. in cap. presbyter 5.q.6.facit, quod voluit glo.in c.1.de fals. Feder. de Sen.in conf.88. Anchar.in repet. cap. ea quæ de reg.iur in 6.q.22 add.etiam Boer.in consuet. Bituri.tit.de iurisd.omn.iud.§.21.in glo.nec pariter, Gulielm.de Bened.in repet.cap Raynutius extr.de testam.in verbo & vxorem nomine Adelasiam nu.523.Afflic.in dec.230.Franc.Marc.in dec.492.circa finem,& vide omnino Guid Pap. in conf.45.num.4. & 5.vbi multa.Et nota quod testem semel per producentem approbatum, nō posse amplius ab eo reprobari, per tex. in l. si quis testibus C.eod tit. sed hoc in personam, secus in dictis, Abb.in cap.præsentium de test.col. 2.vers glos.1.& ibidem Felin.n.7.vbi dicit, quod pars quæ produxit testem in vno iuditio, prout ibidem tenet etiam Abb. Quod amplia etiam si producens non sit vsus testibus, Feli ibidem nu. 8.& Abb.add.quod ista conclusio fallit, vbi pars aduersa impugnauit testes, & repulit à iuditio, tunc enim poterit producens in alio iudicio reprobare illos testes productos ab alio contra ipsum primum producētem, ex quo non fuit vsus eis ratio est, quia post aduersa repulit, & approbatio sua fuit improbata per iudicem, Bal.in d. l.si quis testibus, quem sequitur Felin.in allegato loco nu.9.Item fallit vbi testis esset approbatus in iudicio summario, quia in plenario producens posset eum reprobare, Ant de Butr.in cap.veniens de test.col.7.vers.oppono. Item fallit ista conclusio vbi producens vellet reprobare testes productos per se ex noua causa, vel ex antiqua occulta, quæ de nouo venit ad eius notitiam, Abb.in alleg.cap.præsentium col.3. vers. limita tamen prædicta,& Felin.ibid.nu.10. add. Afflic.in constit.instrumentorum in 3, notab.& Socc.in l.1.§.fin.col.1.& 2.ff. de verb. oblig. vbi an sine iuramento credatur, & Ias.in l.1.col. 2. eod.tit Add. Boer.in dec.245.Gram.in decis.34. nu.12.Neuiz.in conf.47.nu.3.& vide Viu.in suis comm.opin.in vers.testis productus fol. 291.

Exceptio hostica non competit in casu dotis, nec post conclusum in causa, domin.de Franch. in dec. 286.

Exceptio declinatoria fori debet opponi ante litis contestationem, & si opponitur in continenti, ante

ante litis conteſtationem ſufficit, Vrſill.ad Affl. in dec. 185.

Exceptio nullitatis in cauſis criminalibus, poteſt per procuratorem admitti cum tribus alijs, vz. infirmitatis,captiuitatis, & abſẽtiæ, & nõ aliter, quia prohibitum eſt in cauſa criminali procuratori comparere pro contumace, & allegare alias exceptiones,& ſi acta nulla extant, & nullitates obſtent,ſtatim fiſcus inquiſitum de nouo citare facit , vt legitimentur acta, de Franch. in dec.232.Carau.ſuper Rit.M.C.V.269.

Exceptio dilatoria in Regno debet infra tres dies in cauſa allegari, & infra dies quinque probari, alias ad merita cauſæ reſeruata intelligatur, Capic.in dec.83.& pragm.3. de ord.iudic.& idem Capic.in dec.13.Rota in nouis in dec.208.

Exceptio ne litis continentia diuidatur , an poſſit opponi poſt litis cõteſtationem, & dominus habens clauſulam abdicatiuam in ſuo priuilegio, poſſit illam opponere,Vrſil.ad Affl. in dec.155. nu.5.& dec.354.Capic.in dec.122.

Exceptio falſi procuratoris, quandocunque opponi poteſt l.licet C. de procurat. ex qua l notã, quod licet exceptio de iudicis competentia falſi procuratoris,& ſimilium, ſit dilatoria regulariter,tamen fallit , vbi talis exceptio redderet iuditium retro nullum,tunc enim poteſt quandocũque opponi,ita Alberic.Ang.Bald.& communiter DD.in l.2.ff.ſi quis in ius voc.non ier.d.l.autoritate nixi,vide Iaffred.auct. ſua 67. latè Bell. in conſ.26.nu.8.& ſeq. & ad materiam d.l.licet add.videndum Abb.in cap.quoniam contra col. 25. verſ. venio nunc finaliter de probat qui tenet,quod teneatur docere de mandato,ſed contrarium tenet gloſ. in l.Pomponius §.rati ff.eo. Salic.Bal.& Pau in d.l.licet,& Ioan.And. Imol. in d.cap.quoniam contra,Anto.de Butr. in cap. cum M.Ferrarienſis col. 12. de conſtit.ſequitur Felin.in d cap quoniam contra nu. 84. tamẽ gl.in cap.1. de electio.in 6. videtur tenere,quod iudex hoc caſu poteſt ex officio cogere procuratorem oſtendere mãdatum, & ita tenet Abb. in d.loco,cuius autem expenſis vide Bar.in l.cautio rati ff.eod tit.nu.14.Io. de Amicis in conſil. 135.Guid.Pap.in dec.116.Et an ceſſionarius teneatur edere inſtrumentum ceſſionis,vid.Alex de nouo in conſ. 41. Et an acta facta cum falſo procuratore ſint nulla,& an poſſit teſtibus probari procuratorium,vide Rimuald. in conſ. 1. vol.1.& an & quando,qui citatur teneatur perſonaliter cõparere, vide latè Socc. in tract. de citatio.art.20.nu.26.& ſeq

Exceptio dilatoria poteſt ad litis conteſtationem opponi,& eſt prima omniũ, & nõ poteſt opponi per contumacem,cui denegatur audientia, & eam amittit, & contumax pro comparente habetur ad ſubſtinendam litem ad ſui præiudiciũ, Merlin.in cap.48.nu.6.& 7.controuerſ.forenſ.

Exceptio non numeratæ pecuniæ , quæ poſt biennium opponitur , non poſſunt eam opponere mercatores,& campſores cõtra eorum apocas mutui,quia hodie per malitiam hominum exuberantem,nemo confitetur pecuniam recepiſſe per apocam,niſi prius illam præſentialiter viderit,vel alias recepiſſe, Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 110.nu.6.

Exceptiones dilatorias opponentes ad litis ingreſſum impediendum , ſi non fuerint vſi, pro qualibet exceptione ſoluant ducatos duos pro pœna,tam principalis,quam aduocatus, & procurator,Reg.pragm.3 .de offic.S.R.C.

Exceptiones aduerſus ſñtiam,non opponuntur ad effectum retardandi executionem, niſi per triginta dies poſt , & terminus petitus ad denunciandum per procuratorem parti,ſit etiam dierum triginta,pragm.77 nu.25.de offic.S.R.C.

Exceptiones prædictæ probandæ non excedant terminum duorum menſium intra Regnum, & extra Regnum ſex menſium,tanto minus,quanto iudici videbitur,& non petatur reſtitutio in integrum , & aliquod beneficium in eodem iuditio,nec fiat concluſio,nec publicatio,ſed ſolum detur repulſa ſimpliciter, quæ non excedat dies quindecim,pragm.77.nu.26.de offic.S.R.C.

Exceptio quæ non releuat,non debet admitti,Bal. in l.cum ſeruum C.de ſeru.fugit.

Exceptio ſolutionis iuriſiurandi tranſactionis, ſeu pacti , oppoſita , & non probata , condemnatur quis ad tarenos decem,pragm.1.de exceptio.

Exceptio iuriſiurandi,impedit litis ingreſſum, Vrſill.ad Affl.in dec. 63.

Exactio indiſtinctè ſit, vbi poteſt creditor exigere de Franch.in dec.93.

Excuſſio principalis requiritur in fideiuſſionẽ, quando non adeſt clauſula,inſolidum & ſi principalis non eſt repertus ſoluendus , vel notoriè apparet eius impotentia abſque alia excuſſione,fideiuſſor tenetur,& conuenitur,Affl.in dec. 318. auth.præſente C.de fideiuſſ. prius erat in electione creditoris conuenire principalem , vel fideiuſſorem,hodie tamen eſt correctum.

Excuſſio eſt de apicibus iuris ,& non admittitur in cauſa,quæ agitur ſummariè,vbi adeſt conſtitutũ,& quando adeſt fideiuſſor , quæ fideiuſſio eſt inuenta,vt euitetur circuitus ex magna equitate,Theſaur.in dec.52.& 51.nu.1.& 4.

Excuſſio non requiritur,quando quis habet hypothecam ſpecialem. quæ eſt ſuum proprium corpus,Theſaur.in dec.51.

Excuſſio requiritur,quando quis habet ſpecialem hypothecã iure debitoris,& eſt neceſſaria , Theſaur.in dec.51.de Franch.in dec.587. & in omni modo excuſſionis,quaſi tractatur in deciſ.prædictã.

Exculpatio euitat torturam criminati,& inquiſiti, Campagn.in cap.Regn.incip tormenta n.19.

Exculpatio ſocij criminis , quando , & quomodo proſit,Petr.in dec.Gram.56. num. 7. & quando exculpat,vt confiteatur ſua peccata, quando eſt condemnatus, & habet laqueum in collo.

Excuſatio à tutela eſt permiſſa omnibus habentibus filios in acie belli,& Monacos,& Moniales in monaſterio,filium Epiſcopum, Patritium, & emancipatum, de Franch.in dec.522.

Excom-

Excommunicationem contendens, dicendo vulgariter, Che scomunica, proceditur contra eum ad excommunicationem, & contendens ad excommunicationem minorem, & poterit pœna spirituali, & temporali puniri, & pęna pecuniaria, quæ imponitur, & applicatur locis piis, & fit eis præceptum, qnod domi se contineat, & si non obedit, excommunicatur, & fit præceptum officialibus locorum, quod excommunicatum expellant ab eorum terris, refert Montemaran. in sua pract. Cur. Archiep. Neap. fo. 77. cap. 8. per totum.

Excommunicatio pro conseruatione iurium in casu visitationis, de facto potest fieri, nulla præcedente scriptura, nisi protestatio, quæ à notario, seu actuario Episcopi fit, & eo modo quo per Montem. in sua pract cap. 18. nu. 2. fo. 104.

Excommunicatio suspenditur per appellationem, & sic cedulonum affixio, & sic ignoranter excommunicatus à die notitiæ impedit denunciationem per appellationem, Montem. in cap. 27. nu. 1. cap. 15. de sent. excom. in 6. cap pastoralis §. veramn u. 27. de appell. & excommunicatus post legitimam appellationem, excommunicatio ipsa est nulla, cap. licet de sent. excom. in 6. & potest ab excommunicatione appellari, quia est interlocutoria, & continet grauamen irreparabile, ex quo infamat. cap. infamis 6. quæst. 1. & sententia excommunicationis interdicitur ad tempus.

Excommunicati participantes non possunt ab eodem Episcopo excommunicari excommunicatione maiori sine trina monitione nominatim facta, secus si aliquis fuit excommunicatus à iure, vel Episcopo, quia tunc potest absque mentione excommunicari, cap. statuimus primo & secundo de senten. excom. in 6. & ad excommunicationẽ citatio personalis requiritur, nisi excommunicandus dolo latitet, vel subterfugiat citationem personalem, vel alio modo absentia non malitiosa, quæ præsumitur in clerico non residente, Couar. in cap. alma mater, de sent. excom. in 6. par. 1. §. 9. Innoc. communiter receptus in cap. pastoralis, & fin. de eo, qui mittitur in poss. Felin. in cap. cum sit Romana de appell. Montem in pract. Cur. Archiep. cap. 28. n. 12. fol. mihi 211.

Excommunicatus non potest intentare remediũ l. diffamari, Vrsil. ad Affl. in decis. 268. Boer. in dec. 255.

Excommunicatio repellit iudicem à iudicando, siue sit ordinarius, siue delegatus, Pet. ad Gram. in dec. 55 nu. 21. & potest excommunicatus contrahere matrimonium, & alios contractus facere, nu. 22. & intelligitur de excommunicato maiori, secus in minori, nu. 24. & quod non possit exigere debitum ab vxore excommunicata, prohibeturque excommunicatus salutari, & resalutari nu. 28. & excõmunicatus intrando Ecclesiam, Missa quæ celebrabitur dimittitur nu. 25. & amittit fructus beneficij, & tenetur recitare officium nu. 26. caret ecclesiastica sepultura, & non potest sepeliri minus prope Ecclesiã, vel eius Ciuitatem, & ecclesiastica sepultura nõ denegatur, quando in mortis articulo per confessionem accipit Sacramẽtum Eucharistiæ existens in articulo mortis, si confessorem non habet, potest absolui à quolibet sacerdote, qui valet illum absoluere a quolibet, & excommunicatus petens absolutionem, tenetur cauere de satisfaciendo, & parendo mandatis Ecclesiæ, & percutiens clericum excõmunicatum est excommunicatus, quia caracter est impressus.

Excommunicatus ab Ordinario, vel suo Officiali, non potest ab alio Ordinario superiore absolui, sed absolutio ad excommunicantem est remittenda, quo tamen al igente, superior absolutionem poterit concedere, & hoc locũ habet, quando à sententia per Suffraganeum lata, ad Metropolitanum non appellatur, quia si causa ad illum per appellationem denotatur, licet appellatio non suspendat excommunicationem ante latam, c. pastoralis de appell. vbi Abb. quem citat Quarant. in summ. Bull. in verbo Archiepiscopi authoritas nu. 33. vers. id autem, tamen deuoluit istam excõmunicationem, & absoluendi potestatem ab illa ad iudicem ad quem, & sic ad Curiam Neapolitanam, per tex. in cap. venerabilis, & cap. per tuas extr. de sent. excomm. de Marinis in suis quotid. resolut. in cap. 17. nu. 8. par.

Excommunicari nõ potest pauper, dummodo sui culpa ad paupertatem non inciderit, Petr. ad Gram. in dec. 85. n. 2. & 3.

Excommunicari non potest notorius pauper, cap. Odoardus de solution. Abb. ibi in 2 col. Felin. in cap. ad aures de simon. Sed hodie indistinctè excommunicantur, & cedulones affiguntur. Vrsil. ad Affl. in dec. 377. nu. 4 de Franch. in dec. 251.

Excommunicati incursi in casibus Summo Pontifici reseruatis, si sunt mulieres, filiifamilias, & serui possunt absolui ab Episcopo, non obstante, quod sint incursi in dictis casibus reseruatis, ca. mulieres de sent. excom. in 6. clarè de hoc ibi loquitur, & non tenentur accedere Romam pro tali absolutione.

Excommunicatus excommunicationem euitare debet, alias peccat, & illum non potest in iudicio vocare, & conuenire, Ricc. in coll. dec. 2108.

Excommunicatio generalis pro futuris defectibus cogendis fieri potest, Ricc. in sua pract. for. eccl. resol. 45. par. 2.

Excommunicatus non potest testari, & hoc intelligitur de excommunicato graui, & publico, de Ponte in cons. 42. n. 53. par. 1. Sed Viu. in dec. 96. & Ricc. in coll. dec. 214. tenent cõtrarium, quod excommunicatus potest testari, & quæ facere potest excommunicatus, & quæ non, vide latè d. Ricc. in coll. dec. prædicta, & tria sunt prohibita excommunicato, regere, patrocinare, & testificari.

Excommunicatus repellitur agendo, non excipiendo, glos. in cap. cum inter extr. de except.

Excommunicato quis mittens literas per nuntiũ videtur

videtur loqui Vocubular iur.ciuil.fol.mihi 216. a ter col.2 in verbo participatio, & sic participare videtur cũ mensa,thoro,loquutione, osculo,& salutatione.

Executor testamenti satisdare non tenetur, nisi quando non est soluendus, Paul de Castro in l. diuus pius ff.si cui plus quam per l. Falcid. l. Hibertus §.largius de ann legat. & per me ante in add.ad l.hæc autem satisdatio ff. si cui plus quã per l. Falcid.

Executori testamenti non debetur solarium, Petr. ad Gram.decis.103.num.138. de Franch. in decis. 122.

Executores testamenti possunt exequi in beneficium legatariorum pro legatis factis in testamẽto,de Franch.in dec.568.

Executores plures testamenti,si vnus tãtum à creditoribus citatur, & absens non est in partibus remotis,sed in Regno deget, processus factus cũ vno est nullus, & dum tractatur de exonerando animam defuncti,valet citatio vnius tantum, de Franch.in dec 622.

Executores & nuntij capiunt cautelam,& fideiussionem de stando iuri,& si aliquando dicti executores reperiuntur cum armis,& ad cautionem non admittuntur, habent actionem iniuriarum contra executores,Vrsil.ad Affl.in dec.209.n.1.

Executori testamenti non debetur salarium, & sic etiam tutori,dum à principio non petiit salariũ prædictum,nec fuit sibi constitutum,de Franch. in dec.122.nu.6.

Executio non potest fieri in lecto,vestibus, & alijs similibus deputatis ad vsum quotidianum, vt sunt vasa suppellectilia,fictilia, & vestes etiã cõdemnatis,& cedẽtibus bonis, sunt relinquendæ, Marãt.in suo spec.pract.ciuil.fol.mihi 548. vers. 28.& post omnia aduertatur.

Executio non fiat contra DD.scholares, milites in eorum stipẽdiis,armis,libris,& rebus, quæ quotidiano vsui deseruiunt,sed hoc fallit quando nõ extant alia bona, vbi possit fieri executio in rebus nominatis,Marant in suo aur.spec.fo.mihi 549.6.par.nu. 28. cum omnibus aliis sequentibus, Instit. post omnia aduertatur circa executionem.

Executio infra summam ducatorum duodecim, & in causis assistentiæ non retardatur, Carau. super Rit.M.C.V,259.Reg.Pragm.2. de appell. Affl. in dec.261.

Executum in bonis alienis allegans,& non probãs punitur in ducatis duodecim,Pragm. 47. de offic.magistr.iustit.§ 4.

Executio liquidi instrumenti fit realiter & personaliter,vna die electa,altera non tollatur,fit executio in personam,& in bonis eodem tempore, Franc.Ant.de Iudic. Robert. in tract.de liquid. instrumen. in Add. verbo si vero, num. 73. fol. mihi 411.

Executio in causis ciuilibus ordinariis fit in bonis,ac in subsidium deuenitur ad personam, sed solum in liquidatione instrumenti fit ad creditoris arbitrium,vel ad personam,vel in bonis,de Franch.in decis.162. num.7.

Executio sententiæ in enormibus delictis fit etiam tempore feriato in honorem Dei,Pet.ad Gram. in dec.32.nu.2.

Executio facta non seruato ordine à Diuo Pio §. in venditionem de re iudic. est nulla, quia executio primo incipitur à mobilibus, postea à stabilibus,& deinde capitur de persona,Vrsill. in dec.302.& 358.de Franch.in dec.441.

Executio non fiat contra virum in bonis dotalibus pro debito contracto cum vxore ante matrimonium,dum vir est dotium prædictarum vsufructuarius, sed prius fiat discussio cũ vxore debitrice,saluis tamen iuribus in capitali dote, de Franch.in dec.636.

Executio non retardatur à seruitiis præstitis,quando datur sententia condemnatoria pro tali causa à seruitiis præstitis super mercede famuli, nõ datur appellatio ad finem retardandi executionem, Vinc.de Ann.in sing. 42. & portat Angel. in l.quisquis C. quorum appell. non recip. Rebuff.in tract.sent.prouis.facient.art.3 glo.7. Menoch.in cons.98.nu.17.lib.1.Gratian. in dec.53. 200.& 201.Ricc.in coll.dec.160. Elis.Danz.in suo tract.de pugn. DD. in tit. de salar. fol.mihi 453.

Executione in causa non est incipiendum, ne tollatur defensio debitori l. 1.C.de execut.rei iudi. Galter.in pract crim.instrum.considerat.4.Add. 4.nu.57.fol.mihi 205.col. 1. & si debitor potest personaliter comparere, allegaturus satisfactionem,vel aliam exceptionem impedientem liquidationem l.si cum nulla ff.de re iudic.& l.1.& 2. ff.de execut.rei iudic.Thesaur.in dec.26. n.1.

Executio sententiæ, & decreti per tres annos peti potest,& non præscribitur,Marant in sua prax. ciuil. par. 6. in verbo & post omnia aduertatur circa executionem nu.65.Affl.in dec.245.in fin. nu.13.& per hoc non dicitur instantia perẽpta.

Executio per vim facta in domo h ostium frangendo contra domini voluntatem in causa ciuili fieri non potest,l.is qui domum de iniur. Socci. in tract de citation.art.17.nu.5.Cepoll.in caut. 51.l.4.ff.de in ius voc.

Executio pro debito vniuersitatis, non fit contra vnum solum,nisi pro rata sua, l.sicut ff.quod cuiusque vniuers.nom.Affl.in prælud.constitutio. q.9.nu.3.Felin.in cap.accedentes n.311.de præscript.Alex.in add.ad Bar.in l.semel C. de apoc. public.lib.10.

Ex,dictio,causam immediatam significat,l.eo tempore.§.fin.vbi Bar ff.de pecul.

Ex diuersis non fit illatio, l.Papinianus exuli ff. de minor.

Exempla non restringunt regulam §.hactenus insit.de grad.affin.l.damni ff.de damn.infect.

Exemplis non est iudicandum, l. nemo C.de sent. quia non quod Romæ fit, sed quod fieri debet expectandum est,l.sed licet ff de offic.præsid.

Exempti, priuilegiati, vel commissionati, Vassalli existentes in terris suorum baronum,cum dictis exemptionibus, si in dicta terra,& eorum iurisdictio-

dictione baronis delinquerint, non autem intuitu eorum officij, recognoscuntur ab eorum Baronibus, Capibl. in tract. de auctor. baron. par. 2. cap. 56. nu. 1.

Exactores bonorum Vniuersitatis per annum tantum habent executionem paratam in exigendo fiscalia, & eius introitus, elapso vero anno agunt via ordinaria, & proceditur contra dictos exactores per Vniuersitatem, elapso termino dicti anni, & proceditur contra eos ad capturam, & detinentur, & capiuntur l. sicut C. de exact. vers. quæro an pro tali debito ff. de re iudic l. 1. circa princip. ibi de caus. prim. ff. de muner. & honor. Guid. Pap. in dec. 87. nu. 3. & dicti exactores statim per Reg. Pragm. tenentur exigere, & si non exigunt, tenentur vt supra, & dictio statim, intelligitur cum temperamento, quod si elapso die solutionis debitor aufugit, vel factus est non soluendo; & dicta dictio statim, per decem dies intelligitur, l. quod dicimus, vbi glos. ff. de solutio. quia præsumitur debitores non habere pecuniã in continenti præ manibus, & quod statim soluere teneatur, intelligitur post dies decem.

Exilium condemnati in hac pęna, cum facultate redimendi, quomodo redimitur, vide Gram. in decis. 37.

Eximens captum pro debito à manibus Curiæ, siue à carceribus, tenetur creditori soluere omne id, quod exemptus tenebatur, not. Bald in l. addictos C. de episc. aud. in fin. & in l. quoties C. de exact. tribut. lib. 10. vbi Andr. de Barulo, & Io. de Platea, quos sequitur Cassan. in cõsuet. Burgun. rub. 1. n. 15. Amplia etiam si talis exemptus denuo carceretur, Cassan. ibid. Add. etiam videndum Milleum in sua pract. crimin. prosequendi fol. 60. nu. 9. & seq. & Bonifac. de malefic. Rub. de carcer. priuat. nu. 16. & an aliquis possit eximere damnatos ad supplicium, vide Boer. in decis. 214. in 2. par. nu 32. & Andr. de Isern. in tit. de pac. iuram. firm. nu. 30. & 31. & ibidem Affl. Et an huiusmodi eximẽs incidat in crimen Maiest. vide Cassan. in Consuet. Burgund. Rub. 1. n. 34. vbi multa de eximentibus, Add. quod Cardinalis potest eximere eum, qui ducitur ad supplicium, vel ad furcas, si illi obuiam factus sit, & etiam notat Bald. in d. l. addictos. An autem propterea familia potestatis antequam obuiat Cardinali in via, possit illum occidere, dixit Bartholom. de Capua quod non, refert Bald. hic, de quo tamen latius per Barbat. in tract. de præstan. Cardin. q. 9. nu. 3. & 1. tract. vol. 2. & ibi etiã videbis, an indistinctè Cardinalis omnem condemnatum possit eximere, add. Angel. in tract. malefic. in verbo quod fama publica nu. 55. & ibi nu. 58. videbis quò ad hanc materiam, an differant eximere à manibus familiæ, & eximere à carceribus, latè Carer. in sua pract. crim. §. 6. nu. 24. & seq. Add. Gulielm. de Bened. in repet. cap. Raynutius extr. de testam. in verb. mortuo itaque testatore, il primo nu. 176. & seq.

Exiliatus conuentus si statim ad condemnationẽ non transmittitur, exilij tempus carcerationis computatur cum exilio prædicto à die sententiæ, & si creditores instant carceratum non excarcerari, quia est eorum debitor, non impeditur condemnatio per instantiam prædictam, quia publica vtilitas præfertur priuatæ, & si carceratus prædictus potest præstare cautionem de soluendo, vel ad carceres redeundo, facta condemnatione, benè, & ritè, si secus relaxatur sub iuratoria cautione, de Franch. in dec. 317.

Exilii pœna in sententia adiecta, quod inquisitus exulet per tot tempus, vel soluat ducatos tot, non valet, quia sententia debet esse libera, & absque specie condemnationis pecuniæ, quæ est species compositionis, & dicta sententia, & decreta sunt nulla, & fieri non possunt, nisi communis exilii simpliciter, Reg. Prag. 45. de offic. magistr. iust. fol. mihi 461. col. 2.

Exilii pęna quando duplicatur, vide Pragm. 2. in tit. de releg. & prouisum in causa, quod tũc pœna exilii duplicatur, quando reus in ea dedit cautionem de seruandis finibus, sed si reus eam non potuerit, vel noluerit præstare, iurare debet pęnam remigationis in casu contrauentionis, quæ pęna danda est, vt finiat tempus in sententia præfixum in Regiis triremibus absque alia duplicatione, ex gratia facta per Regem ad Regni petitionem, vt in Pragm. 5. eod. tit. & si reus exiliatus erit nobilis, & cautionem de seruandis finibus non habet, & iurauit remigationem, si contrauenerit, debet deportari, vel condemnari ad seruiendũ in aliquo Castro ad Domini Proregis arbitrium, sed ante condemnationẽ debet S. E. certiorari, Capibl. de auct. baron. par, 2. cap. 32. nu. 10.

Exiliatus non debet commorari in Ecclesia sita in territorio bannientis, Capibl. in eod. suo tract. par. 2. cap. 34. nu. 5. & per totum, & narrat dari mensem ad recolligendum sarcinolas reo, & semel concessa, non potest amplius concedi, nisi ex causa infirmitatis, & cum clausula dummodo non exeat ab eius domo, & si exijt carceretur, sed si non oritur scandalum, ponitur ad pristinã causam suam.

Exilii fines frãgens incidit in pęnam, etiam quod non sit captus, & hoc non procedit si transisset tantum, & non stetisset, Viu. in dec. 505. Petr. ad Gram. in dec. 34. nu. 24.

Exitus acta probat, l. rem non nouam C. de iudic. l. fin. ff. ad l. Rodiam de iactu.

Expendens monetam falsam excusatur, si doceat authorem, à quo illam habuit, Petr. ad Gram. in dec. 28. nu. 3.

Expensis debet condemnari victum victori, vel ab eis absolui, & in sententia non reseruatur prouisio earum facienda, siue condemnatio circa expensas, Reg. Pragm. 1. de expens.

Expensæ semper exequuntur, quando quis in causa principali est absolutus, & pars aduersa in expensis est condemnata ob probationem non factam, si appellat, appellatione non obstante, expensæ exequuntur, præstita tamen cautione de restituendo, si per Iudicem appellationis sententiæ

contra est retractata, Pragmat.2.de expens. nisi impedimentum probationum non factarum probauerit.

Expensæ hodie taxantur per Iudicem, & facta taxatione datur parti iuramentum, ne iurans sit periurus, Vrsil.ad Affl.in dec.70.n.4.

Expensæ soluuntur quando sunt acta nulla, & Iudex habet arbitriū hoc arbitrare, Vrsil.ad Affl. in dec prædicta n.2.

Expensæ funeris Prælati, quis facere tenetur, partim Ecclesia, & partim hæredes patrimoniales, vt distinguit Capic.in decis. 84. latè circa vestes luctuosas famulorum, &c.

Expēsarum refectione, etiam si vnus nummus deficit, excluditur à refectione prædicta, Petr.ad Gram.in dec.26. n.17.

Expensas facere debet, qui aliquid à iudice petit, de Franch.in dec.332.n.3.

Expensæ in criminalibus non debentur, nisi petantur, quod non est in ciuilibus, Petr.ad Gram.in dec.39.n.8.& quæ causæ excusant ab illarum condemnatione, Thesaur.in dec.267.

Expensæ quæ soluuntur per actorem in causa peremptionis instantiæ, non repetit, etiam quod sit in causa victor, Petr.ad Gram.in decis. 71.nu.7.

Expensæ sunt subministrandæ pauperi litiganti cum diuite, contra regulam ne quis teneatur aduersarium suum iuuare.l.nimis graue ff. de test. Petr.ad Gram in dec.85.n.11.

Expensæ minuunt dotes quando sunt magnæ, secus in paruis, & factæ in exigendis nominibus debitorum, & factæ ad perpetuam rerum vtilitatem, Vrsil.ad Affl.in dec.359.

Expensas soluere tenetur appellans, condemnatus in eis in prima instantia, alius ad appellandum non admittitur, Vrsill ad Affl.in dec.378.n.3.

Expensas contumaciales non tenetur soluere Vidua, pupillus, & rusticus comparendo in purgatione contumaciæ, Thesaur.in dec.9.n 6.l. sancimus C.de procur.Marāt.de ord.iudic. Pragm. 4.nu.35.

Expensæ sunt soluendæ fisco, quando Baro petit causæ remissionem, Carau. super Rit. M.C.V. 235.nu. 13.Capibl.de auctor.baron.par.2.super Pragm.8.nu.88. quia iniustum est, vt fiscus sit in damno, & Baro in lucro, Ann.in singul.271. sed Baro potest eas à parte repetere, Couar.in pract. quæst.cap.1.num.11.Rit.M.C.V.231.de Franch. in decis.335. de Angel. in pract.crim.Foll.in tit. Notar.cap de pers. fol.mihi 33.& not.sequentiā.

Expensæ factæ à Syndicis terrarum in ratiociniis publicis, quæ sunt dimittendæ, & quæ non in eorum computis, vide Excobar. de ratiocin. cap.24.Capibl de auctor baron.par. 2. cap. 71. nu. 10. & par.1. in singul.53. Auend. de execut. mandat. Princ.cap.10.

Expensæ factæ per Patrem in studio filij sui, vel in doctoratu, veniunt in collatione bonorum in diuisione, nisi fuerint expressè donatæ, dum inter eos versatur magna inæqualitas, Vrsill. ad Affl. in dec.247.nu.5.

Expensæ fiunt dupliciter in rebus emptis, & melioratis, v3. necessariæ, voluptariæ, & vtiles, Azo. in summa Cod. de impens. in reb. dotal fact.fol. mihi 172.

Expensas pauperi litiganti debet iudex decernere, & eum prouidere de Aduocato, & Procuratore, dum non potest litigare, & suo iure propter inopiam tueri, Guid Pap.in dec.Pedem. 561.

Expensarum fideiussiones, quæ olim ab actoribus præstabātur, de reficiendis expensis, recesserūt ab aula, sed Affl in dec.321.vbi Vrsil. n. 10 dicit quod in M.C.V.& S.R.C. contrarium seruatur, sed quia præstantur hæ cautiones ad petitionē conuentorum per actores contra Auth.generaliter de episc.& cler.

Expensæ factæ per vnum ex fratribus socialiter viuentibus, quando possunt repeti, Gratian.par. 1.discept.forens.cap.159.n.10.& 15.

Expensas non tenetur reficere victus victori, quando habuit iustam causam litigandi, Dec.in cōs. 74.n.2.vol.1.l.qui solidum § oportet auth. de iudic.& §.etiam de leg 2.l. qui solidum, tamen si expensæ promissæ fuerint, vt promissio aliquid operetur, vel addat iuri communi, generaliter debentur expensæ, etiam si iusta subsit causa litigandi, Bald.& Angel.in l. non solum ff. de rei vendic.

Expensæ factæ per patrem filio in studio, non sunt ei computandæ in portionem, habes in l. quæ pater. eod. tit. famil. hercisc. & quid si remaneat in societate omnium bonorum cum aliis fratribus, Roman.in consil.172.interposito themate Bald. in auth. quod locum C.de collation.Pascal.de vir.patr.pot.cap.3.nu. 16. & seq. par.2.& latè dicit, quod censentur dogmata, & sic libros studii filius habet præcipuos.

Expensis, si non fuit quis in sententia condemnatus, & dictum in ea victum victori, non tenetur in sindicatu, si non fuit petitum, si verò petitum fuerit, tenebitur, Alberic. in cap. in literis nu. 2. extr.de restit.spol.cap.auditis circa finem, extra de procur.decis.Rot.341.& Abb in cap.fin. de rescript.& ante per me in add.ad l.1. ff.de dam. infect.

Experientia est rerum magistra, cap.vbi periculū de electio.in 6. Vrsill.ad Affl.in dec.364.nu. 12. & cap. quantum eod. tit. Vnde Philosophum natura potentem, ars facilem, vsus promptum reddit artificem, & cuilibet artifici præbet experientia nutrimentum. l. legatis seruis §. ornatricibus ff. de legat. tertio, & glos. in dicto cap. quantum.

Expositi morientes ab intestato absq; liberis, non succedunt hospitalia, vbi fuerunt enutriti, nisi dicta hospitalia sint in quasi possessione succedendi, quia bona vacantia ad fiscum spectant in hoc Regno, de Franch.in dec.198.per quam decis.fuit aliquando prouisum, quod debitores faciant depositum, quod factum fuit cum cautione dicto hospitali.

Expositi reperti in aliquo loco, à quibus sūt alendi, & ex communi sententia DD. sunt alendi ab

Vniuersitate, dum vocantur filii Vniuersitatis, & mater exponens istos filios suos ob vitæ periculum, punitur pœna fustigationis, Thes. in dec. Pedem. 118. de Franch. in dec. 198. Surd. in tract. de alim. q. 81. tit. 1. & Pascal. de pat. pot. par. 2. c. 3. n. 56. & sic partus mulieris cōdemnatæ debet ali publicis expensis, & ita Boer. dec. 303. n 6.

Expresso vitiato, nō vitiatur tacitū. l. 1. §. 1. ff. quib. pign. vel hipoth. solu. Bar. in l in fin. col. 1. ff. de vulg. & pupill.

Expressum facit cessare præsumptū, Bal. in l. in multis in verb. Item noto ff. de stat. homin.

Exprimi quod facilè poterit, si non fuerit expressum id, censetur ex industria prætermissum, l. vn. §. sin autem ad deficientis C. de caduc. toll.

Expressio casus freqnentioris non limitat dispositionem de eo tantum casu loquentem, not. glos. in verbo simulant in l. 1. C. de his, qui ad eccles. confug. Add. gl. & ibi de Ang. in l. vn. C. de rapt. virg. vbi loquitur de viro rapiente virginē, glo. ibi dicit idē in fęmina rapiente virū, sed potius expressit de viro, quia magis frequentatur, idem voluit glo. in verb. Imperator ff. de stat. hom. vbi tex. loquitur in fęmina libera, glos. dicit idem in ancilla, vid. Barbat. in cons. 30. vol. 2.

Expertus in arte ratione eximij ingenij, & exercitij, non debet mori, sed Princeps est primo consulendus. l. ad bestias ff. de pęn.

Experti qui dāt sentētiā, si nō fuerit à iudice dictæ sñtia confirmata, non transit in rem iudicatā, & experti non possunt cogi ad iuditium, Vrsill. ad Affl. in dec. 33. n. 4. Hypp. de Mars. in sing. 127.

Exteri habitantes in terris Baronis si non sunt de terris demaneis, & sunt illi Baroni, & Vniuersitati nimis infesti, odiosi, & inimici, & pandūt secreta vniuersalia, possunt expelli causa cognita, & legitima, Tor. in cōpen. dec. Regn. par. 1. verb. rixosus, verb. expelli, & verb. emere, de Pont. de potest. Proreg. in tit. de exter. habit. in terris Baronis, & tit. 1. fol. mihi 5 n. 12. & in tit. de Abundantia §. 2. n. 3. & in Add. Tor. ad de Pont. fol. mihi 165. n. 1. Ricc. in coll. dec. 280.

Exteri, & forenses non admittūtur ad gubernia, & officia Ciuitatis, & Vniuersitatis, quia lex nō cōfidit esse tantum claram, prout in propriis Ciuibus. l. 2. de offic. præfec. Marc. Aut. Surgens fol. 154. Boer. in dec. 153. vel debitores Vniuersitatum, quod si essent de gubernio, præsumūtur sua sua occupare C. de debit. Ciuit. & participes gabellarū, & introituum Vniuersitatis. l. pen. §. conductores ff. de iur. immun. Capibl. de auctor. baron. super Pragm. 10. n. 72. & 73. par. 1.

Extimatio bonorū dotaliū marito in dotem præstitorū facit emptionē, qñ maritus est soluēdus, secus si est pauper, l. ęstimatis rebus ff. de iur. dot. Frāc. Aret. in cōs. 4. n. 3. fol. 4. Couar. lib. 1. pract. quæst. c. 28. fo. mihi 12. à t. & non potest maritus nolente muliere alienare bona dotalia sibi in dotem tradita, quando non est soluendus.

Extimatio non fit secundum subastationem, quia quotidie fit fraus, de Franch. in dec. 54. n. 12.

Extimus, neq; possessio dominium probant. l. si pater C. de actio. empt. l. sollemnibus C. de rei vendic. Affl. in const. Regn. circa violentias n. 21.

Extrema omnia sunt vitiosa. l. continuus §. ita cum ff. de verb. oblig.

Extorsionis crimen committitur per personas iurisdictionem habentes tantum, non autem per personas priuatas, Ricc. in coll. dec. 2545. & dec. 239. par. 4. idem Author.

Extrahens arma simpliciter absq; aliorum insulto, pęna extractionis est duplicata, & sic pęna asportationis, vt in Constit. Regn. incip. Asperitate. n, sed si extrahens facit insultum, & dicitur quod si vtrumque fit eodem tempore, pœna est vnica, si verò diuerso tempore fit, vtraque pęna debetur, glos fin. in Const. Regn incip. Si quis aliquē, & ibi Affl. nu. 25. Gram. in cons. 43 Carau. super Rit. M. C. V. 68. n. 13. & 15. Muscatell. in pract. crim. tit. de vulnere, num. 36. Campagn. in cap. Regn. incip. ab illo n. 63.

Extrahentes inquisitum ab Ecclesia etiā exceptuatum, vel mandans aliquem illū extrahi, vel mori, vel occidi, vel extractum nō restituit, incurrit in pęnā excommunicationis, Montem. in pract. Archiepisc. super Bull. Greg. XIV. quia si inquisitus pro delicto exceptuato in dicta Bulla pōt extrahi, debet statim extractus consignari carceribus Episcopi, & ab Episcopo prædicto prius cognosci si est inquisitus pro tali delicto exceptuato in Bulla prædicta, quò delicto sic reperto, consignatur Curiæ seculari, alias omnes extrahentes, mandantes, &c. sunt excommunicati, Montem. in pract. Cur. Archiep. præ-dicta cap 22. nu. 7. Bull. Gregor. XIV.

F.

FAbricare quis potest suos parietes, & Ædes extollere, dummodo faciat ad sui vtilitatem, etiam quod lumina domus vicini obscurentur, & quis in suo solo potest facere clausuram, dūmodo faciat hoc ad sui vtilitatem, non ad alterius emulationem, quæ omnia relinquuntur arbitrio iudicis, Affl. in dec. 225 vbi Vrsill.

Factum antiquum, vt obliuio præsumatur, nedum apparere debet lapsum decem annorum, verū duorum annorum, Gram. in vot. crim. 36. nu. 2. l. 2. C. de vet. iur. enucl.

Factum stipulando tacitè interesse stipulari videtur, glo. singul. in l. stipulationes non diuiduntur in verb. dare oportere ff de verb. oblig.

Facti sui de proximo qui nō recordatur fatuus est, Bal. in l. super longi col. 2. vers. fatuus G. de præscript. long. temp.

Factum antiquum dicitur, quando spatium temporis annorum 40. excedit, Barbat. in cons. 18. vers. & si dicatur vol. 2.

Facta pro infectis haberi non possunt, l. in bello §. factæ ff. de capt. & postlim. reuers.

Facto Principis status mutatione, & iudicis imprudentia quis tenetur, & potest emendam dani petere, Vrsil. ad Affl. in dec. 54. n. 3.

Factum alienū quis promittens excusatur, faciendo quis totum eius posse, quando quis vult contractum ratificare, allegat aliquā iust am causa

contra-m

contraueniendi,& verè impossibilium, nulla est obligario Vrsil.ad Affl.in dec.295.

Factis antiquis decem requiruntur testes,& sunt illa, in quo memoria hominum non extat in contrarium,& consanguineorum,Pragm. 1.de test. refrenat.

Facta non præsumuntur,nisi probentur, l.assecuratio C.de non num.pec.

Facti ea quæ sunt non præsumuntur, nisi probētur l.in bello §.factæ ff de capt.& postlim. reuers. l. 1.C.de probat.cum seq.

Facienda magis impediuntur,quam pro iam facta tolluntur,l.patre furioso,vbi etiam glos. ff.de his qui sunt sui,vel alien.iur.

Facere plus est,quā pronuntiare, l.si tamē §. ecqui ff.de edil.edict.plus est enim facere facto,quam verbo,cap.dilecti il primo de appell.

Factum si non sit totum, fecisse aliquid non sufficit, l. cum Syllanianum in fine. C. quibus vt indign.

Factum tamen tenet fieri quod non debuit,l.relegatorum § ad tempus ff de interd.& relig.l.1.§. biduum ff.quand.appella fit.

Factum antiquum est,quando excedit tempus centum annorum,ad quod probandum decē testes requiruntur,Vrsill.ad Affl.in dec.13.n.33.

Factum alienum promittens,non tenetur ex com. opin.Petr.ad Gram.in cons.2.n.1. Vrsill.ad Affl. in dec.295.

Falsitatis præsumptio remouetur ex personarum bona qualitate,& fama,Gram.in cons. crim. 47. nu.19.Bald.in l.2.C.de fals.l.quoties §. sed si nō in corpore ff.de hæred.instit.

Falsa causa non vitiat dispositionem. l.cum tale §. falsam ff.de condit. & demonstr.

Falsificantes monetas, vide hanc materiam positā per Ricc.in coll dec.172.l.1. & 2. Cod. de fals. monet.

Falsos testes producens,si contumaces sunt effecti ex eorum depositione habentur pro confessis in causis ciuilibus, secus est in causis criminalibus,& actores tenentur dictos testes citatos, & contumaces effectos præsentare, aliàs eorum depositiones non faciunt fidem, ad fauorē actorum,& falsitas potest transigi,Reg.Pragm non obstante,dummodo sit in accessoriis, nō autem in causa principali,Gram.in dec.43. Capic. in dec.60. Et quomodo testes falsum committant, & ex quibus falsitas probetur, latius hæc materia per Ricc.in coll.dec.2176.

Falsum committitur,si redditur,interlenitur, deletur,vel subiicitur aliquod instrumentū, vel scriptura, Muscatell in pract.crim.de fals. num. 1.l. 2.ff.de fals.etiam si in ligno, seu marmore esset sculptum,glos.in cap.cum causam de probat.falsum committitur verbis, idest quando quis instruit,seducit,instigat,seducit testes, eosque corrumpit,vt falsum deponant,& falsum deponentes.l.1.in princ.& ibi glos.ff.eod.& hoc casu continentur illi,qui alienas manus imitantur eas cōtrafaciendo,vel libellos intercidunt,l.quid si falsum ff.de fals.Affl.in dec,404. & carta rasa, vt formetur delictum in genere, si bene rasuræ nō appareant,mittitur dicta causa ad Solem, & aspicitur per oculos, & sic statim rasura apparebit nu. 10. & falsum etiam committit, qui post rasuram aliquid addidit,seu subiecerit,nu.13.& sic tenetur testis pecunia corruptus, & eum corrumpens,n.16.l.1.§.sed si quis ff.de fals. Et tria in falsitate concurrere debent,dolus,mutatio veritatis,& quod alteri noceat, idest interesse partis,nu.18.Anchar in cons.24.visa informatione, Affl.in dec.404.n. 8. Et nouem priuilegia habet hoc delictum. Primo, quod in generali remissione delictorum non comprehendatur hoc delictum. Secundo,quod condemnatus hoc crimine,Cardinalem obians liberatur,& in hoc delicto vna falsitas non compensatur cum alia per regulam, quod plura delicta mutua compensatione soluuntur, in falsitate non requiritur sollemnitas, l. libellorum de accusat. vt in cæteris delictis, & istud falsi crimen est grauissimum, quod vituperat statum,& famam hominis,& sequētia alia priuilegia,sequuntur posita per Muscatell in pract crim.de fals. vsque ad nu. 42. & in hoc crimine solæ contumaciæ contractæ sufficiunt ad condemnandum, & punitur affectus, non sequuto effectu, Pragm.de fals. dummodo deueniatur ad actum proximum, nu.45. & 43. In cæteros vero casus,in quibus certas constitutiones nō habemus seu leges determinatas, pęna remittitur iudicis arbitrio, circa leuius, vel religiosius puniri, nu.41. Constit. Regn.incip. qualitas personæ,vbi Affl.

Falsificans literas Regis,vel Papæ punitur pœna mortis,dūmodo sit sceleris magnitudo, Capic. in dec 30.nu 8.

Falsa instrumenta, vel falsas scripturas fabricans, Notarius, & Iudex puniuntur pęna mortis naturalis de iure Regni,sed prius de iure communi Longobard. erat pęna manus, hodie non est in vsu Constit.Regn.incip.Iudices sub titu.de apparitor.alias sub tit. quod nullus officialis capiat,Capic.in dec.153.nu. 6. & in causa falsitatis,suspitio pro veritate habetur, si adsit aliqua diffamatio, & iudicatur per coniecturas,& præsumptiones.

Falsitatis iudicium motum contra testes,vel contra principalem perdet, facit supersederi in causa principali,ne sentētia proferatur, & hoc procedit in causa possessorij propter Pragm. & hoc causam principalem retardat in sententia,non in conclusione,Capic.in dec.25.nu.1. Bart. in l. diuus,& l.seq.ff.de petit.hæred.l.fi. prope finem C.de fid.instrum.

Falsitatibus in iuditio committendis,latè hæc materia ponitur per Petr.ad Gram.dec. 60. n.30.

Falsi in crimine suspitio pro veritate habetur, & non potest procedi in hoc crimine falsi, vel in causa criminali,nisi præcedentibus inditijs, coniecturis,vel diffamatione,& falsificans literas Papæ, vel Regis punitur pœna mortis naturalis Capic.in dec.30.nu. 6.l. maiorem de fals.& ibi Salic.sed de iure communi debet quis bullari,

Constit. Regn. incip. qui literas, cap. ad falsariorum, de fals. loquitur Dec. in causa Magnifici Gasparis de Reitaino.

Falsum quis deponẽs, si ex eius depositione fuit aliquis ad mortẽ condemnatus, eadem pęna mortis puniri debet, Vrsill. ad Affl. in dec. 230. nu. 4.

Falsitatem quis committens coram iudice ciuili in causa ciuili, punitur per iudicẽ criminalem, de Franch. in dec. 147. n. 6. nõ sic in clerico committente falsum coram iudice laico, punitur à iudice ecclesiastico, & publicatio bonorum fit per Iudicem clerici, Vrsill. ad Affl. in dec. 230.

Falsitas instrumenti per tres testes probari potest, & dictis instrumentis comprehenduntur etiam acta iudicialia, & per multas coniecturas, Baiard. ad Clar. in §. falsum suæ pract. crim. num. 98. cum seq.

Falsum si habet iudex aliquem suspectum pro tali potest contra eum integrè procedi, illumque interrogare, & illaqueare testes de falso criminatos, & de circunstantijs delicti, Vrsill. in dec. Affl. 165. nu. 2.

Falsum impedimentum matrimonij denuncians, acriter punitur, Petr. ad Gram. in dec. 39. nu. 1.

Falsum quis deponens, & instruens eum; vel consultans in causa criminali, pęnam mortis naturalis incurrũt, & in ciuilibus pęnam truncationis manus dexteræ, ac perpetui exilij extra Regnum Pragm. 4. de fals. Excellentiss. Ducis Alug Senioris, & reiterato crimine in ciuilibus est pęna mortis.

Falsa Grammatica non vitiat verum sensum verborum, Dec. in cap. ad audientiã lo primo extr. de rescrip. Bart. in l. cunctos populos C. de sũm. trin. & fid. cath. Bald. in l. ea, quã C. de fideicom. Archidiac. in cap. in memoriam. nu. 10. dist. 19. & per me ante in add. ad l. plautius ff. de aur. & arg. leg.

Falsus denarius non est denarius, glos. in verbo habent, l. omnes C. de hæret. & Manich. sic & falsus tutor non est tutor, l. Paulus ff. de verbor. signific. & de d. glos. vide Alex. in cons. 104. statutum loquens col. 2. lib. 1. & Barbat. in cons. 43. col. 9. lib. 1. nu. 16. Et pro hæreticis non licet aliquis interuenire, vel supplicare, vide Afflict. in Constit. Regn. incip. inconsutilem, nu. 25. vbi videbis an pro hæretico aliquis procurator possit interuenire, vel aduocatus.

Falsitati tria concurrere debent, videlicet, mutatio veritatis, dolus, & interesse partis, idest, quod depositio alteri noceat, Ancharan. in cons. 26. incip. Visa inquisitione, Gram. vot. crim. 36. n. 4.

Falcem non licet mittere in messem alienam. l. sicut §. aristo, & ibi Paul. de Castr. ff. si seruit. vendic.

Facultas in dubio censetur data iure proprio, & concessa, Bart. in l. 2. §. data igitur actione ff. de option. legat.

Fama bona est thesaurus inæstimabilis, & sicut lilium dans suauitatem odoris, Bald. in l. 1. col. 5. de confess. & sicut corpus nostrum illustrat nos, ita & bona fama, Bal. in cap. in aliás, & cap. veniens extr. de test. refrenat, refert Marian. Soccl. in cons. 39. nu. 23. vol. 2.

Fama non facit inditium nisi ad inquirẽdum, Crauett. in cons. 41. Ricc. in coll. dec. 133. Et quomodo probetur fama, vide Gram. in cons. 26. nu. 13.

Fama cum alio minimo inditio, facit inditium ad torturam, & de materia famæ, & fugiens eius requisita, tractatur per Ricc. in coll. dec. 206.

Fama in antiquis plenè probat, ita Bald. argum. glos. in verbo legitimis in l. proprietatis C. de probat. Quid autem vbi agatur de graui præiuditio, puta de dominio, vt in casu d. l. dic quod sic, vt tenet Alex. in cons. 4. num. 14 vol. 2. Calc. in cons. 11. col. 5. Dec. in cap. cum causam 2. not. extr. de probat. id tamen plenè videas per Aym. qui vtramque partem disputat in tract. de antiqu. temp. par. 1. vers. fama an fidem faciat in antiquis, nu. 1. & sequ. magistr. est etiam glos. in l. at qui natura §. si cum me ff. de negot. gest. secundum quam se obtinuisse inquit in facto Angel. in l. Titius ff quib. mod. pign. vel hypoth. solu. & quæ sit legitima probatio, vid. Cass. in Consuet. Burgund. rub 1. nu. 4. fol. 79. Add. quod quandoque diuersæ species probationum coniunguntur ad faciendam plenam probationem, not. ex l. instrumenta C. de probat. tu vide Abb in cap. cum causam, & ibi Bald. de probat. & Bar. in l. excipitur ff. ad Syllan. Et an, & quando credendum sit rationibus vid. DD. in l. rationes C. de probat. vide Aym. in tract. de antiquit. tempor. par. 1. vers. vidimus, & abunde circa princ. latè etiam Boer. in dec. 105. & nota, quod denunciatiuæ voluntates morientium, non sunt pro l. seruandæ, nisi probentur, ita glo. in d. l. rationes, in vers. quantitatem, Add. quod non probatur dominium, nec quasi dominium ex solo titulo emptionis, cum ad solam probationem dominij, vel quasi, nõ solum requiratur titulus, sed traditio vacuæ possessionis, ita DD. in l. cum res C. de probat. & in l. celsus ff. de vsuc. Bald. in l. nam & postea §. si petitor ff. de iureiur. Alex. in cons. 1. nu. 4. vol. 4. prope fin. & in cons. sequent. Et qualiter probetur filiatio, & quomodo articulanda, vide Bar. in l. 1. §. ad quæstiones ff. de quæst. & ibid. Hyppol nu. 19. & Salyc. in l. non nudis C. de probat. Add. quod qui olim possedit, hodie præsumitur possidere, Felin. in l. sine possideris, in vers. constituti C. de probat. quod vide plenè per Alciat. in præsump. 21. reg. 2. & limita, vt ibi. Et an probatis initio, & fine possessionis, pręsumatur medio tempore possedisse, vide eundem in præsump. 22. reg. ead. & Add. ad Abb. in cap. accedens extr. de conuers. coniugat. vide Bald. in cons. 446. nu. 2. vol. 8. & limita, vt ibi.

Fama publica, vt faciat inditium ad torturam, debet oriri ante formatam inquisitionem, & testes qui de fama deponunt, debent dicere, quod audiuerunt a tali persona nominatim, & docere authorem, vnde ortum habuit, & à maiori parte populi, aliàs fama prædicta non bene probatur,

tur,Grammat.in suo vot.crim.34.nu.14.& seq.

Famæ,& integræ opinionis non dicitur ille, qui alicuius delicti macula fuit repertus,Afflict. fol. mihi 144.nu.65.

Fama facit nedum inditium,sed plenam fidē,Tartagl.super consil.Innoc.vital.nu.2 fol.mihi 107.

Fama probatur per tres testes, glos. in verbo confirmat.l 3.§.1.ff.de testib.

Fama publica à maiori parte hominum terræ, vbi fuit delictum commissum cum alijs adminiculis facit inditium ad torturam,Cyn.in l.fin.de quæst.Bal.in l.1.de pac.iuram.firm.Bar.in consl. 99.incip.Domino Paci de Burgo, Gram.in cōs. crim.32.

Fama mala vt sit plenè probata, debet apparere, quod inquisitus deliquit tribus annis retro,Grā. in suo vot.crim.3.nu.34.

Famulus potest subtrahere de pecunia, seu rebus domini sui,tantum quod sibi satisfiat,nec actione furti tenebitur, cum in furto solus animus attendatur, & furtum non committitur absque animo furandi §.1.instit.de vi bon.rapt. nec furtum teneri qui non eo animo Capic.l. si quis vxori § si quis asinum in fin.ff.de furt.Gram.in cons crim.50.nu.5.

Famulus à domino expulsus ante tempus, & sine causa totum salarium consequitur, secus si fuit cum causa expulsus,Petr.ad Gram. in decis.58. num.13.

Famula,& filiæ non sunt idonei testes ad condemnandum, sed ad torturam tantum faciunt inditium indubitatum,& tam pro,quam contra patronum,vt supra probant, vel ad condemnandū ad pęnam extraordinariam,& filiæ inter domesticas personas computantur,de Franch.in dec. 358.l.etiam C.de test.l.parentes C.de test.sed limitatur per l.consensum C.de repud.

Famulus aufugiens à domino habet contra se pręsumptionem,quod res omissas subtraxit, Baiar. ad Clar.in §.furtum nu.5.Mascard.de præsump. concl.822.vbi latissimè.

Famulus tenetur de occisione equi à lupo in pascuis,Petr.ad Gram.in dec.3.nu.18.

Famulo infirmo non debetur ei salarium durante tempore infirmitatis,Bar. in l.si conductor § sin autem in fin.ff.sol.matr. Abb. in cap. cum percussio de clerio.ægrot.

Familiaritas intrinseca inter prudentes parit magnum amorem,& augetur conuersatione.l.cum allegas C.de castrens. pecul. lib. 12.

Familiares Episcopi gaudent priuilegio fori, c. fin. de offic.archidiac.Abb.in cap.2. de for.compet. Capic.in dec.12.Thesaur.in decis.Pedem.22.nu. 8.Clar.in sua pract.crim.§.fin.q.35.nu. 11. Viu. in dec.116.lib.1.Farinac.de inquisit. q.8.n.46.

Familiares prō eorum domino, & rebus, possunt alijs defensam imponere, Afflict. super Constit. Regn.fol.mihi 72.nu.15.

Familia Episcopi,& eius Actuarius gaudet priuilegio fori,nedum quod Actuarius est de familia Episcopi,sed etiam quod est Curialis, & illi necessarius,Ricc.in prax.for.for. eccles. resol. 471.

par.2.Gratian.in disceptat. forens. 340. & dec. 233. per totum, cap.fin. de offic.archid.Capic. in dec.10.

Familia Officialis,& eius Curia Officialem repræsentat, l.1.§.familia ff.de publ. & qui per alium facit, per seipsum facere videtur.l.1.§.fin.ff de veter.iur.enuclean.

Familia Curiæ carcerās aliquos inquisitos,vel debitores,& postea eos relaxans, punitur pęna ordinaria vsq; ad pęnam capitalem,si capti, & relaxati,erant personæ de capitali crimine conuictæ, & sic fuerunt quidam milites de tali casu inquisiti,condemnati ad exulandum per septēnium,Capibl.de auct.baron.par.2.cap.17.nu.5. & non solum sunt sic puniendi relaxantes criminosos, sed etiam relaxantes dictos debitores ciuiles;nam postquam sunt in manibus Curiæ, non possunt illos dimittere, & si illos certiorassent vt aufugerent,similiter castigari possunt, & teneatur ad debiti solutionem,Campagn. in cap. 16.Boer in dec.217.Marii.in sing.17.sub rubr. de fideiussor.nu.16.tract.de mercat. tit. de decoctor.par.2.vltimæ par.

Familia de ea domo, & casata est, idem etiam potest legatum obtinere familiæ prædictæ ille, qui non est consanguineus, sed de domo tantum per decretum S.R.C. per Vrsill.ad Afflict. in dec.25.n 7.quod quando quis decedit, & legatum facit pro filijs maritandis, si sunt de eadem familia,quod illud habeāt,ipsi etiam habere debent, dec.prædicta.

Familia Officialis nemine capiat de persona sine ordine,& mādato dicti sui Officialis,cap.Regn. incip.Item stipendiarij fol.mihi 305.

Fęmina venit appellatione lineæ fęmininę,domus, vel Cippi,Petr.ad Gram.in dec.63.nu.6. Capic. in dec.2. Viu.in dec 10.

Fęminæ cum masculis in carceribus misceri non debent, Affl.super Constit. Regn. fol. mihi 77. num.15.

Fęmina potest in testem interuenire tam in testamento, quam in donatione causa mortis, quæ vltimæ voluntati æquiparatur, sed communis opinio est, quod æquiparatur contractus inter viuos,Vrsil.ad Affl.in dec.134.n.304.

Fęmina potest esse testamēti executrix si vult, alias cogi non potest,vt est Mater,& Auia l. à filio in princip.ff. de alim.& cibar.leg. l.id quod pauperibus C.de episc. & cler.

Fęminæ sunt idonei testes in criminalibus, Gram. in cons.crim.26.n.4 & seq. Tor.in compen.dec. Regn.par. 2.verbo pęna,fol.mihi 444.col.2.

Fęminæ virilibus officijs non funguntur,de Pont. in tit. de potestate substituendi in officijs.nu. 4. fol.mihi 482.

Femina nulla bona, quia ter mutatur in hora, fęmina fallere,talsaque dicere quando carebit. Et femina aliquid sub secreto habere nō potest,Io. Neuzan. in sua sylua nupt. in verbo non est nubendum,& Carau.super Rit. M.C.V.4.

Fenestra quando veniat claudenda ad petitionem domini soli,vbi habet aspectum, & quò ad lumē ingre-

ingrediendum fieri potest cum cantonibus, vel fortiatis ferreis, non autem ligni cancellatis, Affl.in dec.225.vbi Vrsill.

Fenestram quis obligatur non facere, & emptor domus non tenetur seruare pactum prædictum, Vrsill.ad Affl.in dec.95.nu.5.

Fenestram quis in sua domo potest facere, etiam si domus vicini aspiciatur, dũmodo hoc ad sui vtilitatem faciat,non autem ad emulationem, vt vicino noceat, Cepoll. in suo tract. de seruit. vrban.præd.tit.de fenestra,Alex.in cons.174.Vrsill.ad Affl.in dec.225.Et potest quis suas eleuare domos vsque ad cęlum,etiam si lumen vicini impediat,dummodo totum ad sui vtilitatem faciat,non ad emendationem prædictam,Ricc.in coll.dec.1510 Vrsil.in dec.265.& 224.

Fenestræ quæ fiunt ad lumen ingrediendum non debent in totum obscurari per eum,cui fuit data hæc potestas illam faciendi pro dicta causa, sed ibi ponantur cancellæ, seu cantones iuxta altitudinem cubitorum octo, Vrsill ad Affl.in dec.265.nu.116. Cepoll. in suo tract. de seruit. vrban.præd.in tit.de fenestra.

Feriatis temporibus in honorem hominum possunt celeriter expediri causæ viduarum, pupillorum,& miserabilium personarum, Thesaur.in dec.39.nu.7.in fin.vbi latè tractatur de feriis,& in dec.95. Sed non fiunt remissiones per pupillos in diebus feriatis, latè Pascal.de vir.pat.pot. par.2.cap.1.n.104.

Feriato tempore in honorẽ Dei, & etiam Paschali tempore potest inferri tortura, & condemnari pro furtis in strada publica commissis, Muscatell. in sua pract.crim.in tit.de furt.& rapin. num.52.

Feriæ non obstant, quando proceditur contra famosos latrones,& alios latrones graues,& atroces delinquẽtes,Cauens. super Rit.M.C.V.149. in fin.Rit.48.& 41. nu.19.

Feriæ non seruantur in causis criminalibus ad vtilitatem hominum introductæ,veluti feriæ Messium,& Vindemiarum, quibus feriis fit executio instrumentorum habentium paratam executionem,cap.fin.de iudię. Bar.in l.omnes C.de fer.Lanfranc.in dec.2.Franc.Ant. de iudic. Robert. in tract. suo de liquid. instrum. fol.mihi 390.nu.36.

Feriæ quæ sunt introductæ in honorem Dei,& quę in honorem hominum,tam tempore Messium, Vindemiarum, quam sericum, & qua causa dictæ feriæ sunt introductæ, & omnia acta facta stantibus feriis prædictis sine Regia dispensatione sunt nulla,si partes contradixerint,remanent valida, dummodo non sint facta in diebus festiuis in honorem Dei, sed quando delictum est graue, per tex.in l.prouinciarum C. de fer. proceditur etiam feriarum tempore, Gizzarell. in dec.58.& ibi Add.de Angel.& quæ sunt ferię introductæ in honorem Dei,& suorum Sanctorum, vide in cap. fin. extr. de fer. & quæ causæ possunt agitari tempore feriato,vide Add.ad supradictã dec.de Angel.causæ alimentorũ,&c.

Festa prouerbium vulgatum est, qui obseruant festa,malè sciũt Codicem,atq; Digesta,vt ex glo. in Add.ad l diuus ff.de fer.

Festos dies non obseruantes, potest Episcopus eos punire pœnis pecuniarijs, & in Regno adest cap. 104. quod Prælati in criminibus Ecclesiasticis procedunt liberè contra laicos,& puniunt eos, nec officiales laici possunt se intromittere, S.C.Trid. in sess. 25. cap.3.de reformat.Couarr. pract.quæst.cap.10.

Fetus in loco vicino prohibetur, Bar. in l.2.§. idem ait col.2.ff.ne quid in loc.public.

Feudum nouum bene potest alienare pater in præiuditium filij primogeniti,secus est in feudo antiquo,vide Affl.in dec. 248.Sed hoc semper intelligitur cum Regio assensu, absque quo nihil de feudo feudatarius disponere potest, nec illud donare,nec vendere,vel alteri in testamento legare.

Feudum cum vasallis nobilitat personam, Petr.ad Gram.dec.82.n.2.

Feuda quando dantur per Reges, & Imperatores, non dicuntur transire ad manus mortuas, nec venditores, & donatores reuocantur, & eorum donationes,& venditiones propter ingratitudines Prælatorum.

Feudum potest alienari,& obligari pro dotibus,& earum restitutione,ac interesse,de Frãch.in dec. 613.n.12.in fin.

Feudum non deuoluitur ad dominum, sed ad hæredes mortuo vasallo post Kal.Martii,de Frãch. in dec.572.n.7.& si sunt duo fratres, primus instituitur hæres in feudo, & secundus frater in burgensaticis.

Feudum alienari non potest sine Regio assensu, & si sunt Ecclesiæ sine assensu Apostolico per Constit.Regn.incip.Cõstitutionem Diuæ memorię, de Franch.in dec.561.nu.1.Verum fit concessio in emphiteusim, quando fit ad meliorandum per viginti nouem annos absq; Regio assensu.

Feudis quaternatis tantum non potest hodie Iudex Baronalis cognoscere, Constit.Regn.incip. Iustitiarii per prouincias in fine.

Feudo nouo frater succedit fratri, & sic in feudo empto de cõmunibus, Vrsill ad Affl.in dec. 293.

Feudis quaternatis non possunt cognoscere Iudices ordinarii,sed solum M.C.V. Vrsill. ad Affl. in dec.297.n.2.

Feudum quaternatum est illud,quod est descriptũ in quinternionibus Regiæ Cam.Summariæ, Vrsill.ad Affl.in dec.282.nu.1.

Feudatarius non denunciando domino suo mortẽ feudatarii,vel Regiæ Cameræ soluit releuium duplicatum de consuetudine hodierna, quia de iure feudorum perdit feudum, & habet annum ad faciendum denunciationem prædictam, & diem amplius,de Franch. in dec.426.& 121.nu. 15.Vrsill.in dec.129.nu.11.

Feudum quod ad Ecclesiam, vel personam Ecclesiasticam, vel Monacum vadit, dicitur illud ad manus mortuas transire,Capic.in dec.31.

Feudatarius qui per triennium non soluit adoham feudi,

feudi,cadit à feudo,Vrsill.ad Afflict. in dec. 252. num.14.

Feudum siuè sit hæreditarium, siuè nouum, semper indistinctè computatur in legitimam,& nouum feudum potest alienari per acquirentem absq; filiorum consensu,de Franch. in dec. 368. num.5.

Feudum non potest alteri hipothecari absq; Regio assensu,Afflict.super const.Regn. fol. mihi 116. num.21.

Feudum cum vassallis præstat nobilitatem,Petr.ad Gram.in dec.34 n.2.

Feuda quæ excomputantur in legitimam, si vltra legitimam valent, excomputantur in trebellianicam,quæ est idem,quam legata,& quarta, de Franch in dec.384.

Feudalia non veniunt in appellatione omnium bonorum,ea tamen comprehenduntur sub dictione omnium,Petr.ad Gram.dec.4.

Feudi quaternati cognitio,& causa ipsius ad M.C.V.spectat,dummodo Barones in eorum priuilegiis non habeant aliud in contrarium,Vrsill.ad Affl.in dec.257.n.4.

Feudalia bona non probantur per testes,& famam publicam de causa scientiæ,nisi dicant si præsentes fuerint inuestituræ feudi, & probant de inuestitura,& dominum fuisse de feudo inuestitū, Vrsil.ad Affl.in dec.277.

Feudalis res absque titulo possideri nō potest, vel per talem præsumptionem, quæ vim priuilegii habeat,de Pont.in consi.97.n.8. vol.1.

Feudatarius tenetur ad collectas tempore inuasionis Regni,quia tēpore magnæ necessitatis belli, non habet vires, & necessitas non habet legem, Vrsil.ad Affl.in dec.152.n.4.

Feudatarius absq; sollemnitate Regii assensus potest concedere res steriles,& parum vtiles, Vrsil. ad Affl.in dec.129.n.13.

Feudum venditum à defuncto non impetrato Regio assensu, in vita amplius impetrari non potest,nisi hæredis consensus interueniat, Andr.de Isern.in cap.Imperialem in princ.vbi Camer.de prohib.feud.alien.per Feder. de Franch. in dec. 163.n.9.

Feudum amittit vassallus, qui per annum, & diem inuestituram non petiit, & fidelitatem domino non fuit pollicitus ipso iure,& requiritur sententia declaratoria ad auocādum ipsam possessionem,& non datur purgatio moræ, de Pont. in consf 67.n.1.vol.1.

Feudo empto à patre cum pacto de retrouendendo,eo mortuo,habet locum primogenitum, & si reemitur, diuiditur pretium per omnes suos filios,de Franch.in dec,54.n.13.

Feudo empto per matrem,vbi sunt eius dotes,succedit primogenitus soluendo partem pretii feudi secundogenito,de Franch.in dec.40.n.3.

Feudis quaternatis,& parte ipsorum, & crimine læsæ Maiestatis cognoscit solum M.C.V. & non aliæ Regni Curiæ,nisi hoc priuilegium habeant in specie,Constit.Regn.incip. Statuimus, vt M.C.V.& Gram.in cons. crim. 6. & quod videtur

Et miserabiles personæ habent fori electionem, seu declinatoriam, perhorrescendo potentiam partium iurando.

Feudo nouo hæreditario franco, quis testari non potest,& quando testari potest, & in Regno Neapolitano viuitur iure Francorum, & primogenitus succedit in feudo, & feudum non diuiditur,de Franch.in dec.1. Ricc. in coll. dec.2153. 2154. 2152. 2149. 2150. & 2151. & quando Clericus,Monacus, & Monasterium, possunt succedere,tenere feudum, & præstare seruitium per tertiam personam.

Feudis planis,& de tabula,quæ sunt feuda rustica, non requiritur Regis assensus, sed assensus Baronis tantum,& isti feudatarii non tenentur ire in Parlamentis,contribuere in donatiuis,nisi expressè promittant domini ipsorum, vt hodie faciunt Barones in Parlamentis generalibus,& Priuilegia,quæ istis per Barones conceduntur, non possunt,nisi sub solito seruitio concedi, Vrsil.ad Affl in dec.243.

Fideiussores citati ad præsentandum reum, si fuerint effecti contumaces, & condemnati ad pœnam fideiussionis ob præsentationem principalis non factam,& postea post paucos dies illæ se præsentent, vel fideiussores illam præsentant proceditur ad expeditionem causæ principalis inquisiti,& si venit condemnandus, exequatur pęna fideiussionis, si verò venerit liberatus, ad pęnam non tenetur,Gram.in dec.95.Foll.in sua pract.crim. vers. verum si citati compareant n. 13.fol mihi 149.col.2.

Fideiussori futuræ necessitatis, auocatur pecunia, Bal.in l.illicitas §.ne potentiores ff.de offic.pręsid.& officium aduocationis est laudabile,& vitæ hominis necessariū. l.laudabile C. de aduoc. diuers.iudic.& l.1.C.de aduoc.fisc.

Fideiussor indemnitatis non potest conueniri, nisi excusso principali,Marant.in suo spec.aur. par. 6.memb.8.n.19.& par.4.dist.princ.7. iudiciorū n.44.in nouis,& in l.si ego.

Fideiussor an & quando potest agere prius quam soluat, vt liberetur Afflic.in dec.241.n.3. & seq. glos.& Abb. in cap. fin.de fideiussor. ante solutionem agere contra debitorem, & quando fideiussor potest cogere debitorem principalem ad soluendum,glos.& Abb.in d.cap.fin.Ias. in l. duobus col.2. ff. de iureiuran. Guid. Pap. in dec.117.

Fideiussor allegans de debito certo non apparēte, & quod fideiussit, & se obligauit incertæ rei, & obligatus pro re incerta est audiendus, l. 1. & l. dies incertus ff.de conditio.& demonstr.& ille dicitur debitor,à quo inuito exigi potest.l.debitor ff.de verbor.signific.Boer.in dec.314. nu. 4. & tenet contrarium per l.vbi autem non apparet §.qui vero a Titio ff.de verb.obligat.quia fideiussor semper videtur certum promittere.

Fideiussorem non inueniens reus propter suam paupertatem,statur suæ iuratoriæ cautioni,glo. in l.1.in verbo fideiussoribus ff.qui satisd.cogā. Clar.in pract.crim.§.fin.quæst.46.vers.sed quid agen.

agendum n.14. Frecc. de præsent. instrum. quæst. 1. & 6.

Fideiubere non est aliud, nisi perdere, & suam substantiam dilapidare, & quando qui malè vtitur substantia sua, submittendo se pro alio ad fideiubendum, Viu. in dec. 210. Capibl. de auctor. baron. cap. 68. nu 10. par. 2.

Fideiussio capitur fisico actuarii, si non adest iudicis mandatum, & capitur quod fideiussores obligentur in solidum, & debent esse personæ diuites, quod possideant, & non sint clerici, nec filijfamilias, & obligent eorum bona, quæ capiuntur detractis dotibus, & debitis, Carau. sup Rit. M.C.V. 163. n. 1.

Fideiussio potest capi per Actuarium, vel Subactuarium, idest Scribam, qui Scriba debet stipulare de licentia Actuarii, & nomine Curiæ, idest mihi actuario nomine Curiæ stipulanti, Carau. super Rit. M.C.V. 161. n 4.

Fideiussor, vel principalis captus post condemnationem per familiam Curiæ tempore quo gaudet fatalibus, cap. Regn. incip. Legem veterem, non euitat pœnam, Carau. super prædicto Rit. 163. n. 1.

Fideiussor, vel principalis quando citatur, citatur cum inserta forma fideiussionis, Carau. super Rit. prædicto n. 3.

Fideiussor citatus, si solus se præsentet absque principali non purgat moram, & contumaciam, sed si venit cum principali purgat, & durum est hominem habere, & pęnam exigere, Rit. M.C.V. 163. n. 4. vbi Carau.

Fideiussor debet seruari indemnis per suum principalem, & ratione iuramenti potest quis per Iudicem ecclesiasticum, & coram eo conueniri, Vrsill. ad Affl. in dec. 91. nu. 2.

Fideiussores quis præstans, non potest præstare fiscum, quia est potens, & inhabilis ad conueniendum, & fiscus semper est conueniendus ratione potentiæ solutionis, & fiscus dicitur quasi fixus, firmus, & sic diues, & non est semper priuilegiatus nisi in casibus à iure permissis, Vrsill. ad Affl. in dec. 88. n. 3.

Fideiussor, cui contra confideiussorem per creditorem cessa est actio, agere contra eum potest, de Franch. in dec. 55. n. 3.

Fideiussio requirit stipulationem, & nõ potest fieri inter absentes, neque per epistolam, sed hodie inter absentes fit per viam expromissionis, Vrsill. ad Affl. in dec. 29. n. 1.

Fideiussores tenentur denunciare principali, & appellare, vt valeant postea agere de euictione, Vrsil. in dec. 49. n. 1.

Fideiussio de non offendendo potest peti, & conceditur causa cognita, cauetur de non offendendo, Vrsil. ad Affl. in dec. 109. n. 3. l. illicitus §. ne potentiores, vbi Bar. de offic. præsid.

Fideiussores sunt liberati per eorum carceratione, vel per carcerationem suorum principaliũ in duriorem carcerem, Vrsill. ad Afflict. in decis. 383. n. 7. & 8.

Fideiussoribus quis est relaxandus, & non carceratur si sumus in delictis infra relegationem, vbi venit dicta pęna imponenda, Affl. in Const. Regn. incip. Humanitate n. 5. vers. incip. Itẽ quæro 8. col. & incidentes in pęnam pecuniariam, siue bannum, dantes fideiussores, non carcerantur, Foll in sua pract. crim. fol. mihi 158. n. 1. & si comparent, sed M.C.V. hoc non seruat, sed indifferenter carceret in omni delicto.

Fideiussoribus sunt relegandi inquisiti in omni delicto, etiam si pęna capitalis, & vltra relegationem venit imponenda per Constit. Regn. nouiter repertam, quæ incipit Humanitate, & cap. Regn. incip. Item caueant Iustitiarii, exceptis decem tantum casibus, vz. si fuit confessus non relaxatur fideiussoribus in fraganti crimine captus, in notoriis corã populo, vel iudice, in crimine læsæ maiestatis in personam Regis, & suorum Collateralium, quando inquisitus erat bannitus pro alia causa ab ea Curia, vel diuersa eius superioris, quando quis non potest dare fideiussores, quia tunc debet stare in carcere, Constit. prædicta incip. Humanitate, conuictus non relaxatus sub fideiussoribus quando est per Præsidẽ deportandus, donec princeps non rescribat, si exactor plus recepisset, quam esset ei concessum. decimo si mittitur carceratus delinquens, non excarceratur, si non veniunt accusantes. vndecimo si quis deliquit iudice pro Tribunali sedente non liberatur sub fideiussoribus, non est etiam sub fideiussoribus liberandus ille, qui alias aufugisset à carcere, etiam carceratus in casibus infra relegationem, non relaxatur sub fideiussoribus inquisitus de falso, etiam si venit imponenda pęna pecuniaria, & dico etiam, quod liberati sub fideiussoribus, si nõ sunt idonei fideiussores, possunt iterum capi inquisiti, vt idoneos præstent fideiussores, Foll. in pract. crimin. fol. 154. n. 7. cum seq. vers. & si comparent.

Fideiussores de præsentando eorum principalem certa die, non tenentur eum præsentare, nisi fuerint requisiti, vel nouis superuenientibus inditiis, non molestentur, nisi extent noua inditia vrgentiora primis, Vrsil. in dec. 130. n. 1.

Fideiussor præsentando reum carceratum, etiam post pęnam incursatam, pęnam euitat, quia iniquum est hominem habere, & pęnam exigere, Vrsil. ad Affl in dec. 130. n 7. cap. Regn. incip. Legem veterem, l. & si post tres ff. si quis caution. Gram. in dec. 95.

Fideiussores liberentur per capturam rei factam à Curia, quia videtur Curiam recedere à fideiussoria cautione, alias non solum per vnciam, sed per binas præsentationes fideiussores non liberantur, & tenentur reum præsentare, & post sententiam si sunt ibi verba quodcumque, alias secus, Vrsil. ad Affl. in dec. 130. n. 1. & 2.

Fideiussor antequam soluat potest petere à debitore liberationem fideiussionis, l. Lutius Titius. ff. mandat. quando diu steterit in fideiussione, & ibi glos. & Affl. in const. si dominus vassallorum lib. 3. num. 11. vbi vltra glos. alias ponit limitationes.

Fideiuſ-

Fideiussores alicuius, qui fuerunt coacti soluere propter principalem, omne quod perdiderunt recuperent à principalibus, quia si habeo bona propter te, debes habere bona propter me, Vrsill. ad Affl in dec. 149. n. 5.

Fideiussionem de non offendendo quando quis eã præstare non potest bannitur in isto Regno Neapolitano, vt ait Felin in tract. de treug. & pace, tex. in auth. vt litigia iudicij §. fi. in fi. Vrsil. ad Affl. in dec. 149. n. 8.

Fideiussio de iudicatum soluendo facit expirare quamlibet mutationẽ iudicis, Vrsill. ad Affl. in dec. 182. n. 5. Socc. in consl. 62. visis conuentione, & 91. conclude dictum 4. vol.

Fideiussor præsentare promittẽs se infra dies octo, elapsis diebus octo, & non se præsentante, interpellatur per citationem, & non comparente condemnatur ad pęnã, non obstante, quod plus est interesse, quã pęna stipulata, quia stipulãdo quis intelligitur obligatus in omnem casũ, & causam, quæ ex natura negotij procedit. l. si seruũ §. nũc videmus. l. si mora ff. de verb. oblig. & per pęnæ oppositionẽ hodie nõ intelligitur facta nouatio, Vrsil. in dec. 134. n. 3.

Fideiussoribus relaxari non potest inquisitus de delicto, vbi venit imponenda pęna corporis afflictiua, Capic. in dec. 39 n. 2. & 7. Bart. in l. 1. de custod. reor. c. cum homo, vbi glos. 25. q. 3.

Fideiussores idonei non sunt clerici. scolares, filiifamilias, minores, mulieres milites, & cæteri priuilegiati, Cauens. super Rit. M. C. V. 155. l. . & 2. & l. fideiussor ff. qui satisd. cogan. Bald. in l. fi. C. ad Maced. & tit. de fideiuss.

Fideiussor potest agere contra principalem antequam conueniatur, si diù stetit in obligatione, si inimicitia non interuenit inter eos, si principalis vult ire ad partes longinquas, Vrsil. ad Affl. in dec. 241. n. 4. Guid. Pap. in dec. 107. Et quando incepit debitor bona sua dissipare, in istis tribus casib. tenetur fideiussorẽ liberare à fideiussione.

Fideiussor de stãdo iuri, & iudicatũ soluendo, tenetur simul cũ principali, tã in prima instãtia, quã in causa appellationis, etiã si principalis fuit absolutus in prima instantia, & condẽnatus in causa appellationis, vel condemnatus in prima, & absolutus in causa appellationis. Fallit hoc in variatione, de Franch. in dec. 320. & 208. Vrsill. ad Affl. in dec. 182.

Fideiussor de reo præsentando in prima instantia, tenetur in 2. coram iudice ad quem, videlicet, si fuit appellatũ ante sñtiam, non requiritur noua fideiussio, si fuit appellatũ ex decreto interlocutorio, & cã remãsit corã iudice, ad quẽ tenetur fideiussor coram eo præsentare suum principalem, de Franch. in dec. 344. n. 3. & 4.

Fideiussor si creditori soluit pro eius principali debitore, creditor tenetur ei cedere iura, quę habet contra debitorem principalem, & non potest ille fideiussor cogere creditorem ad liquidandum instrumentum contra debitorem, de Franch. in dec. 353. n. 1.

Fideiussor de pręsentando reũ ad pęnã nõ tenetur, si nõ fuerit requisitus, Pet. ad Grã. in dec. 26. n. 3.

Fideiussio de non offendẽdo est reciproca, & datur à petente, & petito, dũmodo vanus nõ sit timor petẽtis, q̃ est homo malus, & malæ vitæ, & sẽper dẽt se pstari ille, q ex sui parte dat cautionẽ, qđ præstetur ẽt ab alio, alias per illũ præstita sit nulla, de Franch. in dec. 359.

Fideiussor de iudicato soluendo, conueniri potest effecto principali clerico, vnde corã iudice laico conueniri non potest, de Franch. in dec. 400.

Fideiussor nõ præsentãdo indebitè captũ, nõ tenetur ad pœnã, Pet. ad Gram. in dec. 41. n. 5. Affl. in Const. Regn. incip. Castellani n. 5. Idem Author in dec. 149. Cauens. in Rit. 170. n. 10. & potest fideiussor defensiones sui principalis sumere, si principalem pręsentare nequit, Viu. in dec. 215.

Fideiussor obligatus pro debitore principali in instrumento liquido, nõ potest debitorem principalem molestare, nisi facta prius solutione per fideiussorem pro principali debitore. vt in instrumento obligationis, de Franch. in dec. 414 l. Lutius ff. mandat. cap. fi. de fideiussor. Affl. in dec. 241. & ibi Add.

Fideiussio de non offendendo petita filio naturali per patrem naturalem, tenetur prius præstare eã pater naturalis filio suo naturali, & est dicta fideiussio reciproca, de Franch. in dec. 419.

Fideiussor vnus ex duobus, si moritur, est alius in eius locũ subrogãdus, nõ obstante, quod principalis obligatus non est soluendus, & diues. l. is à quo §. fi. ff. vt in poss. legat. & hoc loquitur de fideiussione prætoria, seù iudiciali nõ autẽ de cõuentionali, vt dicit l. si ab arbitro §. qui ex cã ff. q satisd. cog. de Franch. in dec. 480. & fideiussor qñ est multũ diues, & offert famulũ fideiussorẽ, ille famulus est idoneus fideiussor, de Frãch. loc. cit.

Fideiussor de præsentando reũ ex delicto, reluctante accusatore potest admitti ad miserabile beneficium cessionis bonorum, qui debitor ex delicto non potest admitti, idest non solet, de Franchis in dec. 507.

Fideiubere pro dote promittens, habetur ac si cũ effectu fideiussisset, de Franch. in dec. 574. n. 5.

Fideiussiones pro quãto capi possunt iuxta delicta, & qñ quis eas nõ hẽt, admittitur ad iuratoriam, vel ad talẽ, qualẽ hẽt, & pro quolibet fideiussore duos fideiussores recipiantur, qđ nõ sint clerici, nec filijfamilias, & obligẽtur oĩa eorũ bona, deductis dotibus, & debitis, & qñ sũt plures denũciati, recipiuntur plures fideiussores diuites in parte, & in parte vnus fideiubeat aliũ, & vocatur vicaria fideiussio, & in fideiussores nõ recipiũtur illi, qui non sunt faciles ad cõueniẽdũ, & de omnibus necessariis in fideiussione præstat normãF, oll. in fragmẽtis de fideiussor fo. mihi 398. & sẽper tenetur in solidũ fideiussor cũ suo principali, ẽt si in dicta fideiussione nõ dicatur in solidũ contra formã Auth. hoc ita de duob. reis, & de consignatione per clamidẽ, & de purgatione moræ, ob pſentationẽ in tpe nõ factã, per tex. in l. & si post tres ff. si qs caut. Grã. in dec. 95. Vrsil. ad Affl. in dec. 130. & nõ solũ tenetur fideiusso-

res ad pœnā fideiussionis, sed et ad īteresse parti.

Fideiussio de alimentis prælādis, quæ lite pendēte percipiuntur, nō præstatur per S.R.C. & etiā si præstatur non restituuntur alimenta alimētario succumbente, sed propterea non præstatur fideiussio, de Franch. in dec. 615. n. 6.

Fideiussor debendi soluens totum debitum, seu, reus debendi potest ab alio correo partem suā repetere, & cessionem à creditore impetrare, Vrsill. in dec. Affl. 319 n. 10.

Fideiussio præstatur pro legatis, & fideicommissis per hæredes per testatorem relictis parte petente, tam pro parte principali, quam pro fructibus de Franch. in dec. 627. n 5. l. hæc stipulatio §. 1. ff. vt legat. seu fideicom. nom cau.

Fideiussor comparendo absq; principali, eius comparitio tali modo non sufficit, Pet. ad Gram. in dec. 95. n. 4. Rit. M.C.V. 163.

Fideiussionē præstare tenetur ille, qui habuit dilationem pro dote, vt antequā deueniat tēpus solutionis soluendi debitū prædictum, caueat soluere, & præstet cautionē, non vt tunc soluat, sed vt adueniente tempore postea soluat, quia tēpore promissionis erat soluendus, vt est socer genero suo. Vrsil. in dec. 279. & 108. n. 2. Hodiern. ad Surd. decis. 120. & 307. Muscatell in sua ciuili pract. glos. petendo n. 9. in verbo idem prædicta dicit n. 143. quod fit, vt solutio sit in tuto, & caueat, vt adueniente tempore soluat.

Fideiussor non cōuenitur per creditorem, si ambo sunt præsētes, idest reus principalis, & fideiussor, quia primo agitur contra reum si est soluēdus, & postea contra fideiussorem, secus si est absens, hoc seruatur hodie per auth. præsente tamen C. de fideiussor. & mandator.

Fideiussoribus non relaxatur ille, qui est inquisitus pro delicto capitali, Capic. in dec. 30. n. 6.

Fideiussor indemnitatis quis dicatur, & quot sunt & qui sint casus, in quibus fideiussor conueniri potest, & contra eum procedi, non facta prius excussione contra reū principalē, vid. Hyppo. in rub. de fideiussor. n. 7. Muscatell. in sua pract. fideiussoria 9. & 10. nu. 1. per tot. car. 29. & ponit vigintiquinq; casus, vt in eo: Primus est, quādo fideiussor renuntiauerit beneficio fideiussorum, & Auth. præsente C. de fideiussor. Specul. in tit. de renuncia. & conclus. § 1. fallit hoc in fideiussore indemnitatis, qui etiā si dictis beneficijs renuntiauerit, adhuc tamen conueniri non potest absque principalis excussione, Bart. in l. 1. C. de contr fisc. debit. lib. 10. Secūdus casus est, quādo cāpsores, qui habēt alienas pecunias in depositū fideiuberent; nā tunc prædicti cōueniri possunt cōtra principalē excusū §. fi. iūcta gl. pen. auth. de fideiuss. & hoc propter præcipuā fidē quam habent homines in promissione Campsorum.

Fideiussor alicuius carcerati criminalis, vel ciuilis, debet citari vna simul cū principali ad ipsū præsentandū, vel ad dicendū causā quare cōtra ipsū pœna incusari non debet, nec non contra ipsum exequi, & citatio debet esse cum inserta forma fideiussionis, pterquā in fideiussione de se præsentando tali tēpore absq; alia Curiæ requisitione, quia tunc non fit citatio cū inserta forma fideiussionis, & citatis prædictis, incusantur contumaciæ, & ipsis incusatis, fiscus instat, & pœnā fideiussionis incusat, & postea diē sequēti fit decretū, quod exequatur tm̄, non quod cōdemnetur, quia stat cōdēnatus per decretū cōtumaciæ, & quod expediantur literæ executoriales cōtra eos, & hæc est forma valida exigendi pœnas fideiussionū, & nō aliter, vt tradit Muscarel. in pract. fideiussor. in princ. in modis fideiubendi.

Fideiussionis pœna stipulatæ in Curia primarū causarū, de præsentando reū carceratum ibi, & grauato reo querulante de tali habilitatione inquisiti, appellat ad iudicem appellationis, qui mandat principali, & fideiussori, vt ipsum præsentet, non tenetur præsentare, dū fuit promissum, & fideiussum in illo Tribunali, vbi erat obligatio recepta. l. nō à iudicē, l. cū apud ff. iudicatū solui, Thesaur. in dec. 202. de Franch. in dec. 208. & 320. Gizarel. in dec 14. Capibl. de author. baron. p. 2. c. 40 n. 9. sed cōdēnato principali, & fideiussori per dict. Reg. Audiētiā, pœna nō est Baronis, sed Iudicis condēnantis, seu causarū aduocātis.

Fideiussio non probat sine scriptura, & stipulationem requirit, Ann. in sing. 212. Affl. in dec. S.C. 39. vbi Vrsill.

Fideiussor dotium, qui diù in fideiussione stetit, potest petere se ab ea liberari, vide Affl in dec. S.C. 241. n. 4.

Fidem fallere graue est, l. 1. de constit. pecun. vnde illud frangenti fidem, fides frangatur eidem, ibidem.

Fides vim habet iuramenti, & promissio de fide habet executionem paratā realiter, & personaliter, & habet pœnam prouentus, vt habet cōsuetudinem, & seruatur in Terra Cuccari, & statu noui. Affl. in dec 389. vbi Vrsill.

Fides non est seruanda non seruanti, not. gl. in verbo Ausi in l. cum proponas C. de pact. Add. videndum Alberic. Brun. in cons. 48. n. 5. vbi ampliat non solum habere locum circa idem, cap. vt hic dicunt DD. sed etiam in capitulis connexis, & ibi quæ dicantur capitula connexa, & vid. Natt. in cons. 133. n. 5. vbi multa, limita hoc dictum non procedere, vbi contrauentio esset minima, secundum Bal. in cons. 365. vol. 3. Ann. in cons. 7. col. 2. quod refert Brun. in tract. de statut. fœmin. exclus. art. 7. q. 1 v. Add. videndum Moron. in tract de fid. treug. & pac. par. 2. q. 12. nu. 27, & seq. vbi multa, & etiam locum obtinet dicta regula si iuramentum interuenerit, cap. peruenit, extr. de iureiuran. tamen frangens fidem admittitur ad purgandum moram lit. pend. quod not. glos. in l. siue C. de transact. Item hæc regul. non obtinet in contractibus nominatis, quia tunc agitur ad complendum, l. ea C. de rescind. vendit.

Fidē pręstās aliquis debitor suo creditori pro debito, quod dēt, & sub tali fide, tali tpe promisit debitū suo creditori, vt seruatur in Terra Cuccari, & toto statu Vallis Noui ex consuetudine, vbi

hæc

hæc promissio de fide habet executionem paratam, & habet obligatio liquida penes acta Curiæ stipulata, Vrsill. ad Afflict. in dec. 389. n. 3. & 120. n. 6. ibid. Gizzarell. in dec. 20. n. 35.

Fides Actuarij, & Iudicis de gestis in eorum officijs non valet, nec probat, nec facere possunt, & maxime finito eorum officio, Petr. ad Gram. in dec. 24. n. 6. Ann. in sing. 522 Felin. in cap. quoniã contra de probat. Decis. Rot. teste Cannuccio 283. par. 2. in decis. diuers.

Fidelis nõ dicitur ille, qui non est fidelis in modico, in magno nõ constituatur, sunt verba Sancti Euangelij, Vrsil. ad Affl. in dec. 13. n. 32. l. in suis, de liber. & posthum.

Fideicommissum morte hæredis apparet viuente testatore, & sciente, sed hoc non procedit in fideicommisso pio, de Franch. in dec. 156. n. 4.

Fideicommisso bona subiecta non possunt vendi, etiam facta venditione cum causa de emendo alia bona de pretio rei venditæ, & illa sunt subiecta fideicommisso, & subrogantur in locum alienatæ rei, & emptor sit securus, & hoc potest per Principem cõcedi, dummodo res quæ subrogatur sit adeo conueniens, & necessaria, de Franch. in dec. 355. n. 6.

Fideicommissarius debet capere bona de manu hæredis, Vrsil. ad Affl. in dec. 367. n. 2.

Filia maritata si dotem sibi à patre profectam amisit, potest petere alimenta à patre suo, Ann. in alleg. 70.

Filiusfamilias potest sibi retinere dotẽ matris suæ, donec reddiderit computa administrationis suę tutelæ, & hæreditatis paternæ, Ann. in sing. 414.

Filiusfamilias habitans per decennium seorsum à patre, dicitur emancipatus, glos. in l. 1. in verbo diù C. de patr. potest. de Franch. in dec. 10. n. 3. sed requiritur tempus annorũ viginti, ad præsumendum se emancipatum l. 1. C. de præscript long. tempor.

Filius in dubio pręsumitur esse in potestate patris, vt testatur Alex. & Paul. de Castr. per tex. in l. si emancipati C. eod. tamen Dec. in d. l. & Bart. in cons. 42. incip. visa inquisit. determinant filium in dubio non esse in potestate patris, nec sui iuris, sed qui hoc dicit probare debet, tu vide glo. in verbo denegandam in l. Titia ff. sol. matr. vid. etiam Gulielm. de Bened. in repet. cap. Raynutius, in verb. matrem insuper Ceram n. 5. vbi inquit, quod filius seorsum a patre habitans pręsumitur emancipatus, Add. Ias. in l. si certis annis C. de pact. idem dicentem, & Cagnol. in d. l. si emancipati n. 84. Add. Galiat. in repet. rub. de verb. oblig. in ff. n. 75.

Filius potest cogere patrem suum ad sibi assignandum legitimam, quando sua bona dilapidat, vt cum ea viuere possit. l. defuncto C. si in fraud. patron. vbi Bar.

Filius in diuisione bonorum, quæ fit, an possit petere salarium propter curam rei familiaris, quã à patre accepit in vita sua, tanquam negotiorũ gestor, Bar. in l. illud sine ratione C. de collatio. Fulgos. per verba finalia glos. d. l. in vers. luctũ, Roman. in cons. 269. Bald. & Paul. de Castr. in l. fin. C. eod.

Filiæ debentur etiam interesse paragij sibi competentis, & fructus legitimæ, aut dotis, Ann. in allegat. 70.

Filiusfamilias non potest testamentum condere, etiam ad pias causas, absque patris consensu, & si in dicto testamento ad pias causas condito, cũm dicto patris consensu facit aliqua legata profana, illa non valent, sed accrescunt personæ venienti ab intestato, Clar. in pract. crim. in §. testamentum q. 5. vers. sed quid.

Filia, quæ quietauit dotantes, & renuntiauit bonis paternis, & maternis cum iuramẽto, quantumuis à patre prætereatur, vel à matre in eorũ testamẽto, nõ potest dicere testamentum nullum, neq; per præteritionem prædictam erit dictum testamentum nullum, quia nulla de filia est facienda mentio, propter dictam renũciationem, quia habetur, ac si esset mortua, Guid. Pap. in dec. 598. fol. mihi 821. in verbo filia in annotatione.

Filia quæ reperitur maritata tempore mortis patris, & dotata, & cum iuramento renuntiauit, & sic ex proprio contractu etiam exclusa, non erit amplius audiẽda, & successiuè nec eius filij post mortem in petitione paragij & quantum sit paragium, & quando dos de paragio sit competens, & quãdo dicatur congrua, & si attendatur tempus dotationis, dos congrua, non tempus mortis patris dicitur, vide Gramm. in dec. 57. & quando potest peti paragiũ, & eius supplementum, per filiam à patre dotatam habita ratione ad bona remansa tempore mortis patris.

Filia Officialis vel alterius delinquens, tenetur dominus, qui in illo officio dicta familia vtitur, secus si extra id, ad quod fuit proposita, familia delinqueret, & hoc intelligitur, quando familia deliquit circa officium sibi commissum, Bero. in consil. Bonon. 39. n. 1. & seq.

Filiifamilias possunt esse de regimine Vniuersitatis, Rouit. super Pragm. 5. in prima impress. de administr. Vniuers. n. 17. l. filius in potestate C. de decurion. lib. 10.

Filiusfamilias obligatus in solidum cum patre ad patris vtilitatem de persona non molestatur, nec instrumentum liquidatur cõtra dictum filiumfamilias, sed prouidetur, quod agatur via iuris ordinaria, Galter. in sua pract. crim. instrum. 2. par. n. 54. in fi. & refert dec. S.R.C. inter Iulium Bianco filiumfamilias obligatum in solidum cum eius patre, Amat. in cons. 41. de Franch. in dec. 164. & renunciationes per eum factæ in instrumento, semper intelliguntur de natura contractus, & de stilo notariorum, nisi expresse constet de enixa partium voluntate extra instrumentũ, Galter. loco citato n. 54. vers. add. seruus.

Filiafamilias nupta est in patria potestate, & non viri, & sic testari non potest, Viu. in com. opin. 302. per totum nu. 6. incip. præsertim cum seq.

Filijfamilias non possunt validè testari, nisi quò ad pias causas tantum, & de patris consensu, & de

bonis aduentitijs, Marant. in suo spec. aur. par. 2. n. 96. & seq. Masill. in cõsuet. Barens. in prohem. num. 224. Rit. 292. Vrsil. ad Affl. in dec. 120. alias 119. nu. 24.

Filiusfamilias obligatus insimul cum patre, non tenetur nisi in quantum facere potest, dummodo non sit hæres patris post l. & 2. ff. & C. quod cũ eo, qui in alien potest. est, vide ante per me in verbo in quantum facere potest.

Filius possidens bona patris potest dicere, quod illa possidet iure dotium maternarum, & contra ius, & nomen hæredis, Vrsill. ad Affl. in dec. 372. nu. 5.

Filiusfamilias potest se obligari extra Regnum, absque consensu patris, Reg. Pragm. non obstante de Franch. in dec. 72. n. 6.

Filiifamilias extra Regnum obligati non habent exceptionem Senat. Consult. Macedon. opponendo Reg. Pragmat. illum prohibentem, obligari non posse absque patris consensu, & præsentia, quia dicta Reg. Pragm non habet locum extra Regnum, maxime quando filiusfamilias est negotiator, de Frãch. in dec. 72. Rouit. super Prag. 1. ad Senat. consl. Macedon. n. 9.

Filiusfamilias de iure consuetudinario Ciuitatis Neapolis per matrimonium exit à patria potestate, secus vero de iure com. & Regn. Gram. in dec. 54. Et semper statin potestate patris, etiam per matrimonium, & proinde testari nõ potest, sed patre mortuo disponit ad sui libitum voluntatis.

Filia habet retentionem pro suis bonis maternis, Gram. in dec. 58. vbi Petr. n. 1. Capic. in dec. 119.

Filiusfamilias habitans momento temporis seorsũ à patre, tempore obligationis dicitur emancipatus, vt fuit declaratum per S. R. C. Regia Pragm. non obstante, & tempus habitationis non applicatur, Vrsil. ad Affl. in dec. 308. n. 13.

Filiusfamilias tenetur soluere, & fideiubere pro Patre carcerato, alias esset causa ingratitudinis, & exhæredationis, Bocr. in dec 118. n. 6. & accipiens pecuniam mutuo peccat, si exceptionem maledictionis allegat, Vrsil. ad Afflict. in decis. 308. n. 4.

Filiafamilias nupta tanquam sui iuris excluditur à patria potestate, de Franch. in dec. 546. nu. 10 & potest testari, quia est exclusa à patria potestate per consuet. Neap. vide Thesaur. in dec. 150 qui tenet contrarium de iure com.

Filius Monacus effectus, vel exhæredatus, quomodo succedit in hæreditate suorum parentum, de Pont. in cons. 68. n. 12.

Filia in testamento prætermissa, si adsint masculi nõ potest dicere testamentum nullum. sed si est sola absq; fratribus potest dicere, si extranei sunt instituti, Petr. ad Gram. in dec. 57. n. 3. & quod in dotibus non sufficit solum instituere, sed aliquid tantum vltra dotes.

Filius foriudicatus præteritus in testamẽto patris, latè de hac materia discurrit Gasian. in Consuet. Burgund. in tit. de succ. §. 3. n. 1.

Filiusfamilias non potest esse in iudicio sine patris consensu, de Franch. in dec. 494. sicut nec minor absque Curatore, neque potest instrumentum liquidare absque eius consensu, & sic furiosus, & mente captus, & quando instrumentum liquidatur per pupillum minorem septem annorum, vid. Caran. super M. C. V 166. n. 24.

Filium præsumitur decedere ante matrem ex iuris dispositione per tex. in l. si mulier ff. de rebus dub. dum mater, & duo sui filii eodem tempore decesserunt in Castro Sancti Erami, non habens propinquos, seruatur ius succedendi patri suo, per tit. vnde vir, & vxor, de Franch. in dec. 456.

Filius non potest iniurianti iniuriam sibi factam remittere sine patris consensu, quia iniuria facta filio, dicitur facta patri, qui maius offenditur, quam ipse filius, & sic videtur facta vxori, per iniuriam sui viri, Petr. ad Gram. dec. 23. nisi pater sit persona vilis vel furiosus.

Filius pupillus educatur penes suam matrem, quãdo tamen mater non est suspecta, quæ non sperat futuram successionem ex dicto suo filio, de Franch. in decis. 350. tot. tit. vbi fil. educ. deb. & mater non sperat successionem, quando in testamento patris filii adest substitutio, & vnus est alteri substitutus exclusa matre, si filius decedit in pupillari ætate.

Filiusfamilias clericus testatur de bonis vndecũq; quæsitis, quia patri non competit vsusfructus, Vrsil. ad Affl. in dec. 241. n. 2.

Filius per patrem in suo testamento grauatus, de restituendo hæreditatem post mortem, deducit prius legitimam, & trebellianicam, & alia, & c. & tunc suæ actiones, & hypothecæ non confunduntur, Vrsil. ad Affl. in dec. 237. n. 2. de Frãch. in dec. 92.

Filia de iure communi stat in patria potestate, quando est maritata, secus de iure Regni, quia transit in potestatẽ mariti sui, & vidua effecta reincidit in patriam potestatem, vt testatur Vrsil. ad Affl. in dec. 172. n. 4 Gram. in decis. 54. vbi Petr. add. & semel exclusus, semper durat exclusus, Viu. in silu. com. opin. 202. num. 3 tenet contrarium, Thesaur. in dec. 150. sed hoc de cõsuet. Neap. exit à patria potestate tantum.

Filia cui pater legauit mille pro dote, si pater post legatum superuixit, & eam maritauit cũ octingentum, an patre mortuo possit alia biscentum petere, & alios biscentum non deberi, ex quo causa propter quam legatum erat relictum est finita, & proinde cessante causa, cessari debet legatum, de Marinis in cap. 93. nu. 3. quod d. resol. Bal. in l. filia C. de legat.

Filius potest disponere de peculio castrensi, & de omnibus his in quibus pater non habet vsumfructum, Vrsil. ad Affl. in dec. 183. n. 11. Rom. in cons. 512. col. 2.

Filiifamiliassi non viuunt seorsum a patre cum eorum domo, & familia obligati per publicum instrumentum, non incurrunt in aliquam pęnã contraueniendo instrumentis prædictis, Pragm. 64. n. 9. de offic. procur. Pragm. 1. ad Senat. Consult. Maced.

Filiæ

Filiæ fœminæ exclusæ à successione patris per Cõstit. Regn. quæ incipit In aliquibus, intelligitur etiam à successione matris, & masculi existentes debent eas de paragio maritare, de Franch. in dec. 471. n. 1.

Filia à patre dotata, & ab eo præterita, non potest dicere testamentum nullum, si fratres sui sunt in illo instituti, secus si extranei, quia possunt dicere, Vrsill. ad Affl. in dec. 158. num. 2. & 161. Bald. in cons. 57. Alex. in cons. 168. ponderatis his 2. col. vol. 5. Et filia semel exclusa ab hæreditate dotantis semper exclusa intelligitur, Gram. in dec. 63. n. 16.

Filia non dotata potest patri suo petere sibi constitui dotem similem quantitatis alteri suæ sorori & eius filio constitutæ, de Marinis in cap. 13. nu. 10. quotid. resolut. Soc. iun. in cons. 35. vol. 1. Peregrin. in dec. 36. Fontanell. in tract. de pact. nupt. num. 23.

Filius asserens se esse patris hæredem in aliqua scriptura, vel instrumento creditori per illam solam confessionem præiudicatur, & tenetur soluere omnibus creditoribus, sed sit cautus Aduocatus, qui dicit ipsum debitorem esse hæredẽ sui patris vigore confessionis, de Franch. in decis. 694.

Filiifamilias non possunt se obligari absque patris consensu, vel quod sint emancipati, vel seorsum habitent, aliàs notarii incurrunt ad pœnam cõtentam in Reg. Pragm. ad Senat. Consl. Maced. & si asserant esse patresfamilias non sunt in pœnam propter dictum mendacium, sed cõtractus est nullus, de Franch. in dec. 72. n. 1.

Filiusfamilias, qui ad instar prodigi iudicatur, non potest testare etiam cum patris consensu, l. cum is ff. de don. caus. mort. glo. in §. filiisfamilias, de Franch. in dec. 21. n. 6. & de bonis aduentitiis filiusfamilias nõ potest disponere, quia in eis habet pater vsumfructum.

Filiusfamilias, qui se obligauit vna cum patre, emancipatus, vel patre mortuo non carceratur, sed contra eum fit executio in bonis paternis ipsi occupatis vsque ad vnum nummum, quod egeat, vel non, nulla habita consideratione in bonis castrensibus, vel quasi &c. tempore per ipsum possessis, de Franch. in dec. 70. per tot.

Filiifamilias, & vxor non habentes aliunde, præsumuntur habere de bonis earum patris, & mariti, non data industria, secus quando maritus confitetur pecuniam vxoris, Vrsill. ad Afflict. in dec. 13. n. 28.

Filius naturalis a matre præteritus, rumpit testamentum, & in hæreditate succedit, & mater nõ existente legitima sobole potest eum hæredem instituere in tota hæreditate relicta matri suæ, & patri legitima, quæ est debitum naturæ, verũ si sunt nati ex damnato coitu ad nihil succedũt, de Franch. in dec. 47.

Filiifamilias non possunt se obligari, nisi sint à patre emancipati, vel habitent seorsum ab eorum patre cum domo, & familia per decennium, vel se obligent in præsentia dicti eorum patris, cum eorum consensu, sub pœna priuationis officij, & vnciarum centum notariis aliter stipulantibus, & quod sit contractus nullus.

Filiifamilias pro patre carcerato, seù de facili carcerando obligati, non opitulantur beneficio, l. 2. ff. & Cod. quod cum eo, ex Dec. S. Consil. ad instãtiam Iuliæ Benincasa creditricis per D. Merlin. in cap. 39. forens. controuers. in qua refertur patrem potuisse suum consensum suis filiis præstare ad sui beneficium.

Filii fratris succedunt vna cum patruis de iure, auth. quod est contra glos. in l. defuncto in verbo succedens C. si in fraud. patron. tu tamẽ pro solutione contrarii dicas, quod illud quod de iure Authent. dicitur, habet locum in successione ingenui, non autem libertorum, vt in l. defuncto per Bar. Add quod Bal. & Paul. dicunt, quod si pater dilapidat bona, filius potest ipsum cogere ad sibi assignandum legitimam, cũ qua viuere possit in d. l. defuncto, licet Bar. ibi dicat, q̃d non possit reuocare, vide Petr. de Rauen. in suo Alph. vers. alienatio col. 4.

Filiusfam. per mortem ciuilem clericatus, monacatus, & Episcopalem dignitatem exit à patria potestate, tamen patri debetur vsusfructus de eius bonis aduentitiis, Pascal. de pat. pot. cap. 3. n. 35. par. 1.

Filiusfam. non potest testari in aduentitiis, in quibus quæritur vsusfructus patri, in proprietate post mortem succedit patri morienti, l. pen. C. qui testam. fac. poss. l. fi. § filiis autem familias C. de bon. quæ liber.

Filiusfam. viuens seorsum à suo patre per decenniũ cum domo, & familia, dicitur emancipatus, tex. in l. 1. vbi glo. in verbo diù de patr. potest. Cod. de Franch. in dec. 10. n. 3.

Filiusfam. obligatus tempore, quo erat in potestate patris, non impedit instrumenti liquidationem, sed eius executionem, & ei solũ relinquitur tantum de patrimonio, quod possit cum eius fructibus substentari, quia alia exceptio non admittitur. l. quibusuis ff de cess. bon. Ias. in l. 1. n. 18. C. de iur. & fact. ignor. Franc. Ant. de Iudic. Robert. in tract. de liquid. instr. n. 69. in verbo si aduersus fol. mihi 407.

Filiusfam. etiam patre contradicente de publicis debitis homicidij, vel alijs pœnam mortis ingerentibus accusare potest absq; eius consensu, de Franch. in dec. 100. n. 5. & 6.

Filiusfam. si deliquit patre præsente, & non consentiente, ipse pater tenetur de delictis sui filij, Vrsill. ad Afflict. in dec. 82. n. 3. sed lege diuina quis de alterius delicto tenetur.

Filius qui dicit testamentum patris inofficiosum, si non obtinuit, quod est consecutum non amittit, & si agit ex testamento, videtur approbare illud in totum, Vrsil. ad Affl. in dec. 53.

Filius naturalis non existente vxore testatoris succedit patri ab intestato in duabus vnciis, vxore autem existente, priuatur filius naturalis de prædictis duabus vnciis, & tamen vxor prædictas duas vncias non consequitur, de Franch. in dec. 92. n. 18.

92.n.28.auth.licet de natural.liber.in Cod.§.sed nostra cum glo.in verbo omnibus modis instit. de success.liber.sed hodie dantur alimenta tantum dictis naturalibus per affatam decis. de Franch.loco citato,& per me ante in verbo naturalis.

Filiusfam.absque consensu patris potest accusare, & non importat, quod frater occisus pro quo accusauit remisit,& maxime quia in publicis delictis potest filiusfamilias patre contradicente accusare,de Franch.in dec.100.n.5.cum seq.

Filiusfamilias præfertur filiæfamilias sorori ad accusandum, maxima ratione patriæ potestatis,& si sunt negligentes admittitur soror,de Franch,in dec.190.num.11,& virgo continetur appellatione viduæ.

Filius non dicitur verè creditor in legitima,not. glos.in verbo nullus in l.si emancipata C.de iur. & fact.ignor.tu vid.Dec.in conf.v36.not.6. Bar. in l.si.ff.de liber.agnosc.& in l.1.§.de impubere ff.de collat.bon.

Filius primogenitus excluditur à successione feudi propter clericatũ,si alios habeat fratres, sed ei competit vita,& militia, vt competeret secundogenito,si ipse primus frater feudum haberet, & est loco legitimæ, vt alimenta habeat, tanto magis,quia ipsa alimenta sunt minus legitima, de Franch.in dec.29.

Filius pro patre,& pater pro filio tenetur,habes in toto tit.Cod.ne fil.pro patre,ad cuius materiam vid.Din.in reg. ne qs debeat de reg.iur. in 6. n. 5. & ibi Boer. & multa, vbi not.& ibi,an possit conueniri filius pro debito patris, vbi allegat tres cautelas Capibl. Add.Affl.in Constit.Patarenorum n. 87. & limita,vt ibi per eum, & per Lup.in repet.rubr.de don.int. vir. & vxor. extr. §.66.n.5.& 6.Affl.patres pro filiis in constit.vbi quid in condemnationibus pecuniariis, ac pater pro filio soluere tenetur; & si soluit an repetat,Duennas in reg.222.n.4. Moron. de treug. pac.par.2.q.33.n.57.& S.Brun.in tract.statut.in verbo filius,& an possit cogi pater ad assignandum legitimam filio suo detento in carceribus pro se redimendo.Duen.in reg.356.limit.5. latè Mayner.in reg.ex pœnalibus ff.de reg.iur.

Filius est pars viscerum matris & patris. l. 1. §. ex hoc rescripto ff.de ventr.inspic.Affl. in Constit. Regn.incip.Mulier quæ dotarium lib.3.n.3.

Filius tenetur fideiubere pro patre captiuo, vel carcerato pro causa graui,ciuili, vel criminali, dũmodo filius sit diues,alias potest tanquã ingratus exhæredari,Capibl.de baron.par.2.c.68.n.4.

Filius an possit reuocare immensam dotem datã à patre suæ filiæ pro sua legitima, vide Gram. in dec.90. & 57. Et an filia pro suo paragio, & dote possit agere cõtra tertios possessores ibid.

Filius non potest in ius vocare patrem suum sine venia l.4.§ prætor,vel parentes ff. de in ius voc.

Filiusfam.sine patris consensu potest accusare, & in iudicio comparere,Clar.in sua pract.crim. §. fi.q.14.vers.sed quid in filiofamilias, Carau.super Rit. M.C.V.201,num.5.

Filiusfam. non potest testari, etiam patre consentiente,sed bene potest donare causa mortis.Gomes.in cap.si frater n 2.de testam. in 6. Crot. in l.frater a fratre ff.de condit.indeb.

Filius est de familia,& potestate patris, nõ matris. fallit tamen quando in Ciuitate, vel loco concessum esset priuilegium, siue consuetudo antiqua in contrarium.l.1.ad municipalem.l.1.ff.ad Senat.consult.Sillan.

Filiationis materia,& practica tractatur per Bar.in l.filium ff.de his qui sunt sui,vel alien.iur.

Filius nõ cogitur obligari cum eius patre, vel pro patre,nec è contra, nisi in casu redemptionis à carcere,& captiuitatis,in quo casu potest exhæredari,non faciendo,& latè de hac materia tractat Boer.in dec.221.& quando filii cõfessio noceat patri,& quando pater se obligat pro filio,& obligatio differat à fideiussione.

Filius sæpe solet esse similis patri suo tam in virtutibus,quam in vitiis,Gram in cons, crim. 31.n. 4.l.quod si nolit §.mancipia ff.de edil. edict.

Filia dotata est in potestate patris,& potest de dote testari,Socc.sen.in cons.110.n.2. in fin. vol.3. Clar.in §.testamentum q.18.Angel.in tract.de testam.in fin princ.Aditio noua,imò filia maritata cũ sit in potestate patris, vllo modo potest testari,neque de bonis maternis, neque de dote profectitia,neq; aduentitia,Io Dilect.in suo trac. de arte testandi tit.1.in princ. cum allegatis per eum ibi Gram.in dec.54.nu.4. Thesaur. in dec. 150.,num.14. & 10.nec patre præsente, & consentiente,& secundum hanc opinionem obtinui in Causa illorum de Tomasio, contra Cõuentos de Pizo in Curia secundarum causarum status noui, mediante sententia cõfirmata per M.C.V. & S.R.C.Vincentius de Vita V.I.D.

Filiusfam.naturalis, siue bastardus non succedit patri,nisi in duabus vnciis tantum,vid. Affl. in dec.392.n.22.Auth.licut C.de don.liber.

Filius potest patrem in iure corrigere.l.3.§.si quis de conditio ob causam, non autem in administratione rerum.& ita certa col.3.auth.de nupr.

Filius non est integer homo,sed pars patris. l.cum scimus C.de agric.& censit.lib 11.

Filius in potestate patris constitutus potest eligi ad publica onera,& honores.l. filios C.de decurion.lib.10.

Filiusfam. quo ad publica pro patribusfamilias habentur,l.filios C.de decurion. l.namque ff. ad Trebell.l.Lutius vbi ff.ad municipal. vide Luc. de Penn.in l. nominationum vers. sexto quæro C.de decurion.

Filiusfamilias testamentum facere non posse,indubitati iuris est, l.3. C.qui testam.facere poss. An ad pias causas,vid. Abb.in cons.73.nu. 4. 6. & 7. vol.2. Add.quod nec ad pias causas, cap. licet §. quamuis de sepult.in 6.nisi in Castrensibus, vel quasi Et an filiusfam.possit de dote testari, vid. Scurum in l.Imperator ff.ad Trebell. vbi quod non ex generalitate d.l.3. & ibi quid de filiofamilias Presbytero,Crot.in l. frater à fratre ff. de condit.indeb.n.6.cum seq.& ibi quod in bonis donatis

donatis à Principe n.66.verſ.27.quæritur,& ſeq. quæſito,& an in extremis conſtitutus poſſit donare,& matrimonium contrahere,Par. in conſ. 13.n.66.vol.5.Aym.in cōſ.6.n.56. & 57. & quid de clerico primæ tonſuræ filioſam. vid. Iaſ.in l. filiæ licet col.2.n.5. C. de collat. & eund. Crot. nu.ibid.verſ.24.quæritur,vbi dat remediū,quomodo filiusfamilias poterit teſtari,allegādo Cepoll.in caut.156.de iud.Iaſ.in l.1.n.27. C. de ſacroſ.eccl.laté per Tiraquell.in tract.de priuileg. piæ cauſæ priuileg.78.Gulielm.de Bened.in cap. Raynutius in verſ.matrem inſuper Cleram,n.6. & ſeq. Lup.in repet.rub.extr.de donat.int.vir.& vxor §.42.nu. 7. & ſeq. Et quod requiratur in teſtamento cęci,idem requiratur in donatione cauſa mor.per eundem facta,Socc. in l.2. col. 3. de leg. 3.Add.quod ſurdus,& mutus ſciens literas poteſt teſtari, l. diſcretis C. qui teſtam. fac. poſſ. vide quæ ſcribit Bal.Nouell.in repet. l.1. in princ.n.5.ff.de verb.oblig. & not.quod DD.concordant tex.in d.l.diſcretis,cum tex.l.1 §. fin.ff. de action. & oblig. quod ibi Imperator ſenſerit de ſurdaſtro , hic vero de omnino ſurdo , prout ibidē in vltimis verbis declarat S.C. Add. quod quatuor ſunt ſpecies vltimæ voluntatis , Teſtamentum , Codicillus , & Mortis cauſa , ſunt donatio , quæ non accedat vltimæ voluntati , vel contractui? vide Iacob.in l.cum hij, num.6. in 2.lect.ff.de tranſact. Et an error ſcribentis teſtamentum,noceat veritati, tex. habes in l.errore C.de teſtam.de cuius materia vide Bart. in l. quoties §.tantundem ff.de hær.inſtit. Et quot teſtes requirantur ad probandum errorem in teſtamento? ſi inter liberos confectum fuerat. Et quid ſi inter extraneos,vide Guid. Pap.in dec. 504.Quid autem ſi nocturno temporè confectū fuerit teſtamentum an valeat ſi luminaria defecerunt ? Iaſ.in conſ.50.vol. 3. bonis rationibus firmat non valere.Et Add. & perpetuo tenementi,quod Marian.Socc.in cap.fin.extr.de iureiur. ait,quod ſi aliquis probat per ſex teſtes voluntatem defuncti,poteſt petere ſibi deferri iuramētum ſuppletorium, non obſtante diſpoſitione l. ſi vnus C.de teſtam.ad idem Curt.in l.admonendi ff.de iureiur.n.54.vide etiam Affl.in dec.69.

Filiusfam.obligatur ex omni contractu,prętérquā ex voto,& mutuo,l.filiusfamilias , vbi gloſ. ff.de actio.& oblig.l.tam ex contractibus.ff.de iudic.

Filiusfamilias qui renunciat beneficio, & toto tit. l.quod cum eo,quamuis ſit iniuſta renunciatio, tenet D.de Franch.in dec.164.n.7.

Fieri non debet, quod factum non teleret, cap.cū contingat lo terzo,& ibi gloſ. in verbo Nihilominus ff.de offic.deleg l.ad probationem la prima in fin.& ibi gloſ. in verbo Non conuenit C. de probat.

Finito actū quis reintegrari nō poteſt à tota Vniuerſitate , ſi vnus dictæ Vniuerſitatis contradicat §.fin auth.de defenſ.Ciuit. Caſtrenſ.in conſ. 228.n.3.

Florenus capitur pro ſcuto ſecundū antiqua tempora,Theſaur.in dec. 61.

Fiſcus non poteſt rem priuato auferre, niſi ex cauſa Reipublicæ,de Pont.in conſ.55. n.81.

Fiſcus tenetur ſtare Colono,& locationi ſibi factæ, non obſtante,quod ſit ſingularis ſucceſſor , nec ad intereſſe teneatur, Guid.Pap.in dec.480.n.5. & ſequen.& fiſcus habet hoc priuilegium particulare .

Fiſcus debet in omnibus cauſis vbi intereſſe habet, debet interuenire , & Barones non habent fiſcum,nec fiſcalia , & ideo non poſſunt creare Procuratorem,vel Aduocatum fiſcalem,qui fiſcalis nomen habeat, ſed hoc ſolus Princeps,qui non recognoſcit ſuperiorem dictos Officiales habere poteſt , ſed tantum Curiæ coadiutorem, qui in cauſis criminalibus ſiſtēdi curam, teneat Auend.de execut.mandat. Princip. & Reg. cap. 3.n.7.par.1.Conſtant.Regens in l.1. C.de pœn. fiſcal.n.8.Capibl.de baron.par.2.c.38 n.1.

Fiſcus non appellat in hoc Regno a decretis interlocutorijs,de Franch.in dec.658.n.1.

Fiſcus non poteſt accuſare delinquentes in Regno in M.C.V.niſi in certis caſibus,de Frāch.in dec. 517.n.6.

Fiſcus in Regno Neapolitano nō appellat,ſed ſemper videtur adhærere appellationi factæ per inquiſitum,& ſententia cōtra inquiſitum in peius reformatur per Reg.Pragm.Principis Pet. perſ. de Franch.in dec.464.n.6.

Fiſcus non tenetur de euictione, l. bene à Zenone C.de quadrien.præſcript.

Fiſcus de iure communi poteſt appellare,ſed ſecus de iure Regni , quia habet recurſum , Petr. ad Gram.in dec.14 n.6.cap.Regn. incip. Plerumq; contingit ſine accuſatore , & ibi Campagn. & fiſcus ſtomaco aſſimilatur qui omnia digerit.

Fiſcus ſuccedit,quando quis moritur ſine filiis, vel ſine hærede,quia fiſcus venit , vt hæres,& raro, aut nūquam quis moritur ſine hærede,de Frāch. in dec.154.n.9.

Fiſcus ad hæreditates,& iura de futuro non ſuccedit,nec ad ſucceſſionem admittitur, & hæreditatem, Vrſil.ad Affl.in dec.127.n.4.

Fiſcus in Regno non appellat a decretis liberatoriis , ſed adit S. R. C. vbi reclamat,de Franch. in dec.148.Capic.in dec.114.Gram.in deciſ.14. Niger in cap.Regn.incip.Plerunq; col.4.fo.mihi 154.Foll.in pract.crim.verſ. pęnis debitis feriantur n.81.verſ.vnum tamen fol.2.

Fiſcus ſuccedit in bonis vacantibus morientium, tam feudalibus,quam burgenſaticis,dum non extant legitimi ſucceſſores , de Franch. in deciſ. 125.n.10.

Fiſcus non condemnatur in expenſis,nec ipſas obtinet,niſi fuiſſet in euidenti calumnia, l. non eſt ignotum,de adminiſtr.tut. Boer. in deciſ. 324. num.1.

Fiſcus in pęnis prætendit cauſam lucratiuā,l.apud Celſum §. de Authoris ff.de except dol. Affl. in Conſt.Regn.incip.Si quis aliquem,n.15.

Forma indiuidua eſt, l.grece §. illud ff. de fideiuſſor.l.diſcretis C.qui teſtam.facer.poſſ.

Forma cum materia adijcitur , dicit materia extincta

tincta, l. qui tamen circa medium ff. quib. mod. vsusfruct. admitt.

Forma conficiendi interrogatoria ponitur in cap. 2. de testam. in 6. in glos. in verbo Interrogatoria.

Forma articulorum in causa repulsæ ponitur in c. 2.§. testes de testib. in 6.

Forma omissa à Iure tradita, si omittitur actus non valet, l. cum hij §. si prætor ff. de transact. cum alijs seq alleg. a Carau. super Rit. 44. n. 5.

Forma obligationis ponitur per Carau. in suo Rit. incip. Item seruat ipsa Curia n. 200. de Franch. in dec. 600. n. 10.

Forma decreti suppositi partus ponitur per de Franch. in dec. 332. n. 2.

Forma decreti lucidi in causa compromissi, ponitur per de Franch. in dec. 554. n. 5.

Forma concessionis Regij assensus in viduis, ponitur per de Franch in dec. 623. n. 8.

Forũ contractus est sic potentius, & priuilegiatus, vt est forus delicti, vide latè in præposteratione literæ alterius mei libelli fol. mihi 131. a t. in verbo foras, vbi sequitur, & difficilius remittuntur causæ fori contractus Baronibus, nisi quando habent priuilegium cuius clausula abdicatiua, vt possint cognoscere de delictis extra territorium commissis, debet Baro habere remissionẽ à Iudice territorii, vel delicti, & censetur tunc iurisdictio cumulatiua, & in casu posito de remissione pro hoc facta Principi Vetranæ in Reg. Audientia Hidruntina, Capibl. de auctor. baron par. 2. cap. 55. n. 1. & 5.

Foriudicandus citatus reus, tertius comparẽs pro suo interesse in iudicio capitali ad excusandos, vel ad absentiam allegandum pro dicto reo citato ad foriudicandum, posse iudicem suspectũ recusare, latè Merlin. in cap. 48. forens. controu. & comparens pater, vel alius consanguineus citatus in dicta foriudicatione cum bullis origi nalibus ad allegandum clericatum admittitur, recipiuntur ad iudicis instructionem, & superseditur in sententia foriudicationis, per dec. de Franch 329. 384. & 395. secus fuit iudicatum per Collaterale Consil. mediante S. E. rescripto, vt refert Merlin. in cap. 49. controu. forens. quia attenditur tempus commissi criminis ad cognoscendum de iudicis incompetentia, sed reum citatum non posse eam allegare, nisi personaliter compareat ad ornatum tex. in l. si quis ex aliena de iudic. & reus debet suscipere iudicem in eo statu, in quo reperitur.

Foriudicati bona ad fiscum transeunt, si non habet filios natos, vel conceptos tempore foriudicationis, si verò habet, ad illos filios transeunt, D. de Franch. in dec. 102. nu. 23. & 213.

Foriudicatus si venit in posse Curiæ, statim vt principalis examinatur, & si confitetur, statim condemnatio exequitur, iuxta processum, si negat conuenitur, & conuicto exequitur condemnatio, D. de Franch. in dec. 213.

Foriudicatus, si venit in manibus Curiæ, quomodo proceditur, prius examinatur statim, & si confessus est, quod est talis, sententia contra ipsum statim exequitur absque alio processu, si verò negat conuincitur, D. de Franch. in decis. 172. nu. 213. & 69. de Pont. in cons. 69. vol. 1.

Foriudicatio datur in omni crimine, vbi imponitur pęna mortis naturalis ciuilis, & abscissionis membri, aut perpetui carceris, per cap. Regni incip. Siue quis, & per Affl. in Constit. Regn. incip. Grandis vtilitas 3. not. in fin. constit. pœnam eorum, n. 22. in Rit. M. C. V. 274. & prolata sententia foriudicationis. Baronis iurisdictio cognoscit, & omni iurisdictione priuatur, de Marin. in cap. 33. quotid. resol. l. iudex postquã ff. de re iud.

Foriudicatio in delictis, in quibus proceditur seruata forma Constit. Regn incip. Pœnam eorum anni circulo expectato, fit elapso anno prædicto etiam adnotatione bonorum non facta ex causis vrgentibus, Petr. ad Gram. in cons. 1. nu. 17. de Franch. in dec. 535.

Foriudicatio clerici citati ad foriudicandum per comparitionem alicuius agnati, vel ad sententiam citati foriudicationis cum bullis originalibus clericatus, quæ bullæ recipiuntur, & si reperiuntur bonæ, & validæ, superseditur in sentẽtia foriudicationis per clericatum prædictum, de Franch. in dec. 329. 384 & 395.

Foriudicatio minoris ætatis est nulla, Ann. sic refert, & Petr. ad Gram. in dec. 48. n. 3.

Foriudicato currit annus à die contractæ contumaciæ, non autem à die publicationis bonorũ, quæ hodie nunquam fit, maxime contra Neapolitanos, nisi in certis casibus, de Franch. in dec. 515 n. 1.

Foriudicatus habens plures consanguineos habitantes in aliqua Ciuitate, vel Prouincia, vel in Beneuentana, in qua M. C. V. non habet iurisdictionem, an ibi sint citandi illi, vbi resident, vel per edictum, vt fiebat per antiquas leges, & quando beneficio noui iuris quis vti non potest, recurritur ad beneficium Constitutionis veteris in subsidium de Franch. in dec. 516. n. 18.

Foriudicatio cum abreuiatione termini dierũ 15. seruata forma Reg. Pragm. Excellentiss. Comitis Lemos, emanata in Mense Martij 1612. habet tantum locum contra committentes delictum cum armis vulgo dictæ di foco, & sic cõtra mandatarios sic delinquentes, non contra mandantes, contra quos proceditur ordinariè, secundum formam Const. Regn. Pęnam horum licet sit relata Dec. Coll. Consil. per Thorum in contrarium, tamen est contra ius, & nescio vbi fundatur, nec refert motiua Iudicantium, & assistentes delicto puniuntur mitiori pęna, licet principalis delinquens, dummodo non dederũt causam delicto. & Bar. contrarium tenens, eius prima iacet in Inferno, Merlin. in cap. 47. foren. controuers.

Foriudicatus pro mortuo habetur, & potest in testamento præteriri. de Franch. in dec. 639. n. 1.

Foriudicatorum pœna est, quod omnia eorum bona, etiam feudalia publicentur pro pœna foriudica-

dicationis, Vrsill. ad Affl. in dec.361. nu.16.& Constit.Regn.Incip.Foriudicatorum bona.

Foriudicatio impeditur per clericatum, minorem ætatem,& actus nullos, puta si reus captus est sub guidatico,vel assicurationem ponitur prius in pristinam libertatem, & postea proceditur,& ad informandam citantur rei tantum agnati, & cognati citantur in citatione ad foriudicandum,& opponantur aduersus foriudicationem, de Franch in decis.673.nu.12.

Foriudicationi proceditur quando delictum constat esse commissum per inditia ad torturam, dūmodo proceditur per Constit.Regn.anni circulo,& cum sollemnibus, secus quando proceditur cum abreuiatione termini dierum quindecim, quia tunc delictum debet constare legitimis probationibus,vt in recactis,& foriudicatione, latè loquitur Capibl. de auctor. baron. par.2.cap.52. nu.15.

Foriudicatus non appellare, nec Principem adire, sed solum potest dicere de nullitate, de Angel. in add.ad decis.Gizarel.13.nu.4.

Forenses teneatur eorum bona vendere Baroni, & proclamante, vt exfractent à sua Terra forenses ibi habitantes, dum sint rixosi, vel habent aliquam inimicitiam,& discordiam,eo casu potest Baro, qui hodie tenet prouisiones Regij Collateralis Consilij eos exfractare,Tor.in com pend.decis.Regn.p.1.in verb.Rixosus, & verbo Vendere non obstante Regula, quod nemo inuitus de domo sua est extrahendus, l. nemo inuitus ff.de reg iur.l.nec emere, nec vendere inuitus compellitur,d.l.nec emere.

Forenses an ligentur statutis vltra Scribentes in l. 1.C.de summ.trin. vide Affl. in Constit, Regn. Vsurariorum col.3.nu.7.lib. 1. & per eundem in Constit homines per totum lib.eodem, & de materia relatiui,vide quos in d.l.1.& Bart.in l. ea tamen adiectio ff.de leg.3.Bald.in l. præcipimus C.de appell. Bart.in l.omnes populi ff.de iust.& iur. & pulchrè per Ias.in l.nam quod §. fin.ff.de pen.legat.

Fortitudo sine cōstantia non est laudanda,auth.vt omnes obediant Iudicibus Prouinciarum coll. 5.in princ.

Frangēti fidem,fides frangatur eidem,l.qui fidem ff.de transl.l.pollicitatione C.de don. ante nupt. l.cum proponas C.de pact.

Fructus rei dotalis percepti à viro,vel eius hæredibus,soluto matrimonio per mortē viri,vel vxoris,spectant pro rata dicti anni,& temporis post solutum matrimonium prædictūm ad vxorem vel eius hæredes, quæ vxor si alimenta ab hæredibus percepit, soluuntur etiam fructus sibi dictæ suæ rei dotalis, alimentis prædictis deductis,& compensatis,& fratres ipsos maritus non lucratur,dum onera matrimonij non substinet, Surd.in dec.211.

Fructus pendentes sunt fundi. l.fructus pendentes ff.de rei vendic.vnde dicit tex.in l.fin.§. fructus ff. de his, quæ in fraudem cred.quod fundus, & fructus pendentes censentur esse vna, & eadem res, & non duo.

Fructus percepti ex hæreditate per filiam, & consumpti,in dotem non computantur, si malitiosè eos non consumpsit,Bart.in l.mulier §. cum proponeretur ff.ad Trebell.& in l. Titius rogatus ff. eodem.

Fructus bonorum dotalium constante matrimonio sunt viri,de Franch.in dec.617. nu.10.

Fructus pignoris percepti à creditore extenuant debitum,l.1.C de pignor act. quæ lex non obtinet in pignore dato viro pro dote, ita Bal. Nouell.in tract.de dot.par.7.spec. 3. & notatur ex d.l. quod fructus rei pignoratæ computantur in sortem,inquit Iacob. de Sancto Georgio in l. si quis causam §.res pignori ff.si cert. pet. valde notādum,nam faciat tibi honorem, & not.quod non valet pactum in contrarium, quia esset pactum vsurarium,Abb.in cap. 1. extr. de vsur.& ponit casum de quodam Castellano calcium, quod tenebatur in pignus cum huiusmodi pacto,de non computando fructus in sortem, Bal. in cons.420. vol. 3. & licet glos.in l.1.infr.de distract. pignor.teneat contrarium,tamen à DD. communiter reprehenditur,id quod iudices sēper præ oculis habere debent.

Fructus pendentes si sunt maturi, & de proximo secundi,sunt mobiles,si vero sunt immaturi, sūt immobiles, Vrsill.ad Afflict. decis.28 num.7.& sic sunt pars soli,& viscera terræ,Vrsil.in decis. 32.nu.4.

Fructum appellatione continetur id,quod singulis annis nascitur,& renascitur l.diuortio.§. si vir in fundo ff.sol matr.l.fundum eod.tit.& ibi Bar de Franch.in dec.172.nu.7.

Fructuum restitutione,quando quis condemnatur ad feudum restituēdum vna cum fructibus perceptis,non veniunt dona percepta ab Vniuersitate ex particularibus in liquidatione, sed solū munus,quod uniforme solet præstari per Vniuersitatem Baroni singulis annis,sed alia munera,secus,quia Reg.Pragmaticę contradicunt,dū Vniuersitates illicitè præstant, de Franch.in decis.172. nu.13.

Fructus pendentes sunt partes soli, & frumentum in herba,oleum in Palmis,& vinum in vuis sunt stabiles, Affl.in suo tract. de iur. prothomis. fol. mihi 15.nu.4.l.fructus pendentes de rei vendic. l.Iulianus §.si fructibus de action. empt. l. cum filius §.dominus de legat.2. l.frater seruus communis §.locaui de furt.Thesaur.in decis. 55. de Franch.in decis.79.Ioseph.Ludouic.in decis. Perus.83.& 79.

Fructus ciuiles vocantur annui Census, & domorum pensiones,qui inter immobilia computantur,Thor.in compend.dec.Regn par.2.fol.mihi 345.col.1.in verb. Maritus annua.

Fructus percepti ex re data per debitorem creditori suo in pignus, vel per aliam personam,debent excomputari in sortem principalem, dum ille, qui rem illam habuit,possedit eam non iure dominii, sed iure pignoris, l. si dominium C. de pignor.verum si creditor, vel illa persona fuisset

fuisset solita negotiari, vel bonus mercator, vel forte fuisset passus interesse ratione pecuniæ non habitæ in tempore pro concurrenti quantitate damni emergentis, vel lucri cessantis, possit fructus perceptos ex dicta re detempta extinguere & non excomputare in sortem principalem, Vrsill. ad Affl. in dec. 30. nu. 5. & dec. 368. Muscatel. in pract. ciuil. S.C. glos. adiudicantur nu. 27. par. 3. appellationis.

Fructus dotis non censentur remissi per maritum, eos non petentem per cursum temporis, tam quod sint titulo lucratiuo, quam titulo oneroso matrimonij, Gratian. in dec. March. 46. nu. 5. in Add. neque in eo sufficere cursum decennij, vt excludatur à petitione vsurarum dotalium, quæ siuè debebantur iure actionis, siuè officio iudicis, non tolluntur, nisi spatio triginta annorum, l. cum quidam. §. diuus de vsur. inducens præscriptionem tacitæ remissionis ob cursum decẽ annorum, non sufficiens ad præscribendum, procedit in vsuris odiosis, sic in casu nostro dũ sumus in onere matrimonij, non præscribitur spatio prædicto, Surd. in tract. de alim. tit. 1. q. 41. nu 94. & 95.

Fructuum perceptio, & eorum petitio, ponitur latè per Rcc. in collect. decis. 159. & quando tractatur de petitione fructuũ in petitorio condemnatur quis à die petitionis, seu litis contestatæ, quando verò sumus in possessorio, condẽnatur quis à die spolii, vel intuitionis, Thesaur. in dec. 29. & fructus dominum sequuntur nu. 8. & quod fructus rei dotalis non possint sequestrari, seù exequi pro debito viri, nec in causa principali fit sequestrum, sed fit in causa appellationis.

Fructus pendentes, fundi pars esse videntur, l. fructus ff. de rei vendic. l. Iulianus. §. si fructus ff. de action. empt. Thesaur. in dec. 55. & fructus cedere emptori tempore venditionis, & hoc non habet si tempore venditionis sunt maturi, & statim recolligendi, etiam si venditor parasset se ad recollectionem, & manum apposuisset emptore sciente, & sic fructus fundi venditi emptorem tanquam dominum sequi, & hoc procedit in venditione voluntaria, non autem necessaria, quia tunc pro rata temporis diuiduntur, Thes. in decis. 56. nu. 1. & quando quis vendit fundum cum pacto de retrouendendo, tunc si venditor vult redimere fructibus pẽdentibus, fructus pro rata diuiduntur, dec. 56. nu. 2.

Fructus rei pignoratæ computantur in sortẽ principalem, Thesaur. in decis. 78. num. 1. l. 1. 2. & 3. Cod. de pignor. act. Idque præsertim in contractu mutui, Crau. in cons. 189. num. 5. vers. videamus modo.

Fructus pendentes sunt partes soli, & inter immobilia computantur, & competunt illi, qui habet proprietatem rei stabilis, Gram. in cõs. crim. 52. n. 9. l. fructus pendentes de rei vendic. l. fi. §. pen. ff. quæ in fraud. cred. & sic non veniunt isti fructus pendentes in cõfiscatione tertiæ partis bonorum mobilium per Curiã facta, pro eius pena inquisiti, dum inter stabilia computantur.

Frumentum extrahi prohibens, vel illud legans, intelligitur de farina etiam, & hæc prohibitio extractionis non habet locum in statuto, quando quis per transitum velit frumentum per locum prohibitum in statuto alibi emptum, Hodiern. ad Surd. dec. 139. nu. 1. & 10.

Fratruum appellatione veniunt sorores, de Franch. in dec. 652. nu. 3.

Frater secundogenitus tenetur præstare seruitium personalem, si Rex illud vult, & non vult adohani, hoc tamen expensis fratris maioris, Vrsill. ad Affl. in dec. 252 n. 10.

Frater vterinus non tenetur dotare sororem vterinam de Franch. in decis. 375. num. 4. l. cum in plures § fi. ff. de admin. tut. Et ideo dũ frater non sentit incommodũ, non debet sentire commodum in eius successione, sed vtrinq; coniunctus eã dotare tenetur, & ad successionẽ admittitur citatus vsque ad num. 7. & in decisio. 26. num. 6.

Frater turpem personam instituens, & aliquid fratri suo in testamento relinquens, frater agit ad supplementũ legitimæ, si verò nihil reliquit fratri, turpi persona instituta, testamentũ in totum ruitur, Vrsil. ad Affl. in dec. 204. & turpis persona dicitur omnis infamis institutus, vt falsarius, & homicidiarius, habentes matrem turpem, & portio fratris est tertia pars, quã habiturus esset quis ab intestato, & hoc intelligitur in fratribus legitimis, & naturalibus, secus verò in naturalibus solum.

Frater in bonis fratris mortui, & de nouo quæsitis excludunt sororem, quod hoc procedit in filijs alterius fratris per subingressionem, de Franch. in dec. 157. n. 8.

Frater si vult se eximere à sororis dotatione, potest ipsam admittere ad suam portionem, de Frãch. in dec. 73. n. 21.

Frater de iure cõmuni non tenetur maritare suã sororem, nisi quando habet vnde se dotet, de Franch. in dec. 73, nu. 4. l. cum in plures §. fi. de admin. tut.

Fratres consanguinei, & vtrinq; coniuncti habent onus maritandi sorores consanguineas, & ipsi succedunt sororibus prædictis, & propter onus maritandi, quod fratres habent, fœminæ excluduntur ab eorum successione, de Franch. in dec. 26. n. 6. & 7.

Frater quando teneatur dotare sororem, Io. Lup. in repet. cap per vestras de don. int. vir. & vxor. in 3. not. §. 27. nu. 5. fol. 229. Mantuan. in consil. 306. Campegi. in tractat de dot. par. 1. quæst. 23. Bald. in l. fin. Cod. de dot. promiss. & in l. quamplures §. penult. ff. de addmin. tut. glos. in l. non omni in verbo nulla ratione Cod. de adminis. tut. Et quæ requirantur in alienatione rerum minoris ? cumulat Affl. in decis. 249. & not. quod res, quæ seruãdo seruari non possunt, dicuntur illæ quæ per vsũ biennij consumũtur, gl. est not. in l. 1. sup. si aduers. vsucap. & vid Imol. in l. 1. ff. sol. matr. Add. Dec. in cõs. 538. & Angel. in cons.

in conf.50.infra Add.quod tutores,& curatores tempore decretæ tutelæ, seu curæ, debeant specialiter promittere,qnod sine vlla dilatione pupillorum, seu minorum,defensionem suscipiat per l.fin.§ omnem Cod. de adm. tutel. tu add. Bal.in l legitimus circa fin princ.ff.de legit,dat. vbi inquit, quod per hoc vidit multas tutelas cassari,eo quia in instrumento tutelæ non erant posita illa verba.(quod tutor promisit suscipere defensionē pro pupillo sine dilatione, idē tenet Bal.in add.Specul.in tit.de tutel.col.vlt.vers.tutor tenetur,& alii,quos latè congerit Ias.in cōs. 4.nu.4.vol.3. Angel. Aret.instit. in tit.de legit, agnat.tutel.col.pen.) quod ipse in hoc alias errauit Mathes not.108. & alii relati per Neuiz.in cons.16.nu.5.tamen ibidem firmat contrariam opinionem,& allegat Alberic.in d.§.omnem,& Alexan. in cons. 8. visis themate, vol.5.col fin. Signorol.in cons.251.super dubiis col.3. in fin. &vid.omnino Aymod.in consil. 230.volum.2. per totum.

Frater coniunctus præfertur fratri vterino in bonis maternis de iur.coni. in authen. non autem ex consuetudine Neapolitana,vbi æqualiter succedunt,de Franch.in dec. 99.

Fratres appellatione etiam sororis continentur, tex.expressus in l tres fratres C.de pact.

Fraudans in vendendo vnam rem pro alia, orifices, beccarij, tabernarii, candelarii, & piscatores incurrunt in pœnam vnius libræ auri pro prima vice;pro secunda vice pœna manus; pro tertia vice si non certioret emptorem de fraude, Afflict.in Constit Regn.incipien. Magistros macchanicarū de fid.mercat.lib.3.fo. mihi 161.

Fraudans pondera,& mensuras, punitur pęna vnius libræ auri in prima vice si est soluendus, si secus & est pauper, cum ponderibus in collo appensis fustigetur per totam Ciuitatem, seu Terram; secunda vice pęna manus; tertia vice suspenditur,& quando Barones habent baiulationem possunt procedere eorum Iustitiarij, qui habent merum Imperium, vide Constit. Regn.incip.Ad legitima pondera, & ibi Isern. & alia Constit.incip.Ad officium baiulorum,& cap. Regn. incip. item prædicti secreti in eius glos.in verbo Ad pęnam quæ quidem.

Fraude non est, qui est minus diligens in rebus alienis,quam in suis. l.qui nerua ff.depositi.

Fructus feudi obligati,quandoque venire in generali obligatione, & posse lite pendente sequestrari aduersus tertium possessorem. Merlin.in cap.24 controuers.forens.

Fuga à manibus satellitum Curiæ facit inditium ad torturam Innoc. Vital. in pract. Tartagl. M.C.V. nu. 2. fol. mihi 107.

Fugientes ad Ecclesiā per triginta passus gaudent ecclesiastica immunitate, & si fugiunt in Ecclesia Maiori, vel Cathedrali gaudent per 40. passus.l.præsenti C.de his qui ad eccles.confug. de Franch.in dec.401.nu.3. & hoc non habet locū in Cappellis, quæ sunt intra ambitum murorū Ciuitatis,& loci.

Fraudem facere non videtur, qui fraudem fraude excluditur. l.cum pater §. Titio in fin.ff. de leg. 2.cap.dominus noster 23. q. 2.

Fuga suspectus non est sub fideiussoribus relaxandis,Petr.ad Gram.in dec.16.n.2.

Fugiens ad Ecclesiam interdictam, gaudet immunitate ecclesiastica,ob rei reuerētiam, & iniquitatis,ibi capi non potest,Clar.in sua pract. crim. fol.mihi 92.q.30.vers.idem etiam.

Fugiens in Ecclesiā familia Curiæ eam insequendo,non potest capere ipsum in dicta Ecclesia, quia finis,& non principium attenditur fauore Ecclesiæ,& pro eius immunitate Boss.in tit. de capt.fol.mihi 14.col.2.nu.22. & si post fugam habitum Ecclesiasticū suscepit,pro delictis commissis ante fugam gaudet, de Franch. in decis. 709.n. 3. & 4.

Fugiens à carceribus,videtur fateri illud delictum pro quo imputatur,& facit contra eum plenam probationem,licet loquatur de effugiente effractis carceribus, Boer.in dec. 215. Gramm.vot. crim. 37. etsi lex non habeat locum, nisi in eo, qui aufugit affractis carceribus. ferris,cippis,cū conspiratione,Carrer.in sua pract.crim.fo.mihi 88. & hoc procedit quando carceratus fuit legitimè detemptus, tunc fuga facit plenam probationem contra eum, sed quandò fuit indebitè carceratus, & iuris ordine non seruato, carceratus etiam cum fuga,& effractione carceris, non punitur,neque pro confesso habetur:& iniustè detemptus, pōtest aufugere licito iure, etiam si iurauit ad carceres redire,iuramentum præstitum seruare non tenetur, & iniustè damnandus tenetur aufugere,Clar.in pract.crim.fo. mihi 80.col.4.vers.tertio autem.

Fuga delinquentis ante citationem facit inditium Bart.in l.1.de bon.eor.qui mor. sibi consciu. l in bonæ fidei C. de reb. cred l.admonendi col.7. vers.venio ad secundum ff. de iureiurand. glos. in d.l.admonendi.& l.in bonæ fidei, Bald.in l.1. C de rapt.virg.& per me ante in Add. ad l.1.ff. ad Senat.consult.Syllan.

Fugere non dicitur, qui vadit ad superiores, l.capitalium § ad statuas.ff.de pęn l.quis sit,vers.itē nec eum,ibi hæc ita,vbi Cepol.nu.21.ff.de edil. edict. Add.Carau super Rit.M.C.V.269. num. 17.& 18.

Fugiens à carceribus carceratus, & ad superiores recurrens,non dicitur aufugisse, nec ad pęnam aliquam tenetur,Gram in vot.crim.vlt.n.11.

Funeralia quis debet facere vxori, & an viri hæredes,& quomodo,& quorum appellatione,quæ veniunt, vide in verbo Maritus in præsenti libello.

Funeris impensa,res aliorum, & salarium Medicorum, soluitur post factam solutionem dominis creditoribus hypothecarijs, qui præferuntur, verum funeris impensa præfertur legatariis, & hæreditariis creditoribus, exceptis hypothecarijs, de Franch.in dec.51.

Funeralia,& funeris impensa, quomodo,& quando præferantur, & quibus,vide Hodiern.in add.

res ad pęnã fideiussionis,sed ẽt ad jteresse parti.

Fideiussio de alimentis præstãdis,quæ lite pendẽte percipiuntur,nõ præstatur per S.R.C.& etiã si præstatur non restituuntur alimenta alimẽtario succumbente, sed propterea non præstatur fideiussio,de Franch.in dec.615.n.6.

Fideiussor debendi soluens totum debitum, seu, reus debendi potest ab alio correo partem suã repetere, & cessionem à creditore impetrare, Vrsill.in dec.Affl.319 n.10.

Fideiussio præstatur pro legatis,& fideicommissis per hæredes per testatorem relictis parte petente,tam pro parte principali,quam pro fructibus de Franch.in dec.627.n 5.l.hæc stipulatio §.1.ff. vt legat.seu fideicom.nom.cau.

Fideiussor comparendo absq; principali,eius comparitio tali modo non sufficit,Pet.ad Gram. in dec.95.n.4.Rit.M.C.V.163.

Fideiussionẽ præstare tenetur ille,qui habuit dilationem pro dote, vt antequã deueniat tẽpus solutionis soluendi debitũ prædictum, caueat soluere,& præstet cautionẽ,non vt tunc soluat, sed vt adueniente tempore postea soluat,quia tẽpore promissionis erat soluendus, vt est socer genero suo.Vrsil.in dec.279.& 108.n.2. Hodiern. ad Surd. decis. 120.& 307. Muscatell in sua ciuili pract.glos.petendo n.9. in verbo idem prædicta dicit n.143.quod fit,vt solutio sit in tuto, & cauet,vt adueniente tempore soluat.

Fideiussor non cõuenitur per creditorem, si ambo sunt præsẽtes,idest reus principalis,& fideiussor, quia primo agitur contra reum si est soluẽdus, & postea contra fideiussorem,secus si est absens, hoc seruatur hodie per auth. præsente tamen C. de fideiussor.& mandator.

Fideiussoribus non relaxatur ille,qui est inquisitus pro delicto capitali,Capic.in dec.30. n.6.

Fideiussor indemnitatis quis dicatur, & quot sunt & qui sint casus, in quibus fideiussor conueniri potest,& contra eum procedi,non facta prius excussione contra reũ principalẽ, vid.Hyppo.in rub.de fideiussor.n 7. Muscatell. in sua pract. fideiussoria 9.& 10.nu.1.per tot.car.29. & ponit vigintiquinq; casus,vt in eo: Primus est,quãdo fideiussor renuntiauerit beneficio fideiussorum, & Auth.præsente C.de fideiussor. Specul. in tit. de renuncia.& conclus.§ 1.fallit hoc in fideiussore indemnitatis,qui etiã si dictis beneficijs renuntiauerit, adhuc tamen conueniri non potest absque principalis excussione,Bart.in l. 1. C. de contr fisc.debit.lib.10.Secũdus casus est,quãdo cãpsores,qui habẽt alienas pecunias in depositũ fideiuberent;nã tunc prædicti cõuenjri possunt cõtra principalẽ excusũ §.fi.iũcta gl.pen. auth. de fideiuss.& hoc propter præcipuã fidẽ quam habent homines in promissione Campsorum.

Fideiussor alicuius carcerati criminalis, vel ciuilis, debet citari vna simul cũ principali ad ipsũ præsentandũ,vel ad dicendũ causã quare cõtra ipsũ pęna incusari non debet, nec non contra ipsum exequi, & citatio debet esse cum inserta forma fideiussionis, pterquã in fideiussione de se præsentando tali tẽpore absq; alia Curię requisitione,quia tunc non fit citatio cũ inserta forma fideiussionis,& citatis prædictis, incusantur contumaciæ,& ipsis incusatis, fiscus instat, & pęnã fideiussionis incusat,& postea die sequẽti fit decretũ,quod exequatur tñ,non quod cõdemnetur,quia stat cõdẽnatus per decretũ cõtumacię, & quod expediantur literæ executoriales cõtra eos,& hæc est forma valida exigendi pęnas fideiussionũ,& nõ aliter,vt tradit Muscarel.in pract. fideiussor.in princ. in modis fideiubendi.

Fideiussionis pęna stipulatæ in Curia primarũ causarũ,de præsentando reũ carceratum ibi,& grauato reo querulante de tali habilitatione inquisiti,appellat ad iudicem appellationis, qui mandat principali,& fideiussori, vt ipsum præsentet, non tenetur præsentare, dũ fuit promissum, & fideiussum in illo Tribunali, vbi erat obligatio recepta.l.nõ à iudicẽ, l.cũ apud ff. iudicatũ solui,Thesaur.in dec.202.de Franch. in dec.208.& 320.Gizarel.in dec 14.Capibl.de author.baron. p.2.c.40 n.9.sed cõdẽnato principali, & fideiussori per dict Reg.Audiẽtiã,pęna nõ est Baronis, sed iudicis condẽnantis,seu causarũ aduocãtis.

Fideiussio non probat sine scriptura,& stipulationem requirit, Ann.in sing.212. Affl.in dec. S.C. 39.vbi Vrsill.

Fideiussor dotium,qui diù in fideiussione stetit,potest petere se ab ea liberari,vide Affl in dec.S.C. 241.n.4.

Fidem fallere graue est,l.1. de constit. pecun. vnde illud frangenti fidem, fides frangatur eidem ibidem.

Fides vim habet iuramenti, & promissio de fide habet executionem paratã realiter, & personaliter,& habet pęnam prouentus,vt habet cõsuetudinem, & seruatur in Terra Cuccari,& statu noui.Affl.in dec 389. vbi Vrsill.

Fides non est seruanda non seruanti,not.gl.in verbo Ausi in l.cum proponas C.de pact. Add. videndum Alberic.Brun.in cons.48.n. 5. vbi ampliat non solum habere locum circa idem, cap. vt hic dicunt DD.sed etiam in capitulis connexis,& ibi quæ dicantur capitula connexa,& vid. Natt.in cons.133.n.5.vbi multa, limita hoc dictum non procedere,vbi contrauentio esset minima,secundum Bal.in cons.365.vol.3. Ann in cons.7.col.2. quod refert Brun.in tract. de statut.fęmin.exclus art.7.q.1v.Add.videndum Moron. in tract de fid.treug.& pac.par.2.q. 12. nu. 27,& seq vbi multa,& etiam locum obtinet dicta regula si iuramentum interuenerit, cap.peruenit, extr. de iureiuran. tamen frangens fidem admittitur ad purgandum moram lit. pend. quod not.glos.in l. siue C.de transact. Item hæc regul. non obtinet in contractibus nominatis, quia tunc agitur ad complentur, l. ea C.de rescind. vendit.

Fidẽ pręstãs aliquis debitor suo creditori pro debito,quod dẽt,& sub tali fide,tali tpe promisit debitũ suo creditori,vt seruatur in Terra Cuccari, & toto statu Vallis Noui ex consuetudine, vbi hæc

hæc promissio de fide habet executionem paratam,& habet obligatio liquida penes acta Curiæ stipulata, Vrsill.ad Afflict.in dec.389.n. 3. & 120.n.6.ibid.Gizzarell.in dec.20.n.35.

Fides Actuarij,& Iudicis de gestis in eorum officijs non valet,nec probat,nec facere possunt, & maxime finito eorum officio,Petr.ad Gram. in dec.24.n.6.Ann.in sing.522 Felin.in cap.quoniã contra de probat. Decis. Rot. teste Cannuccio 283.par.2.in decis.diuers.

Fidelis nõ dicitur ille, qui non est fidelis in modico,in magno nõ constituatur, sunt verba Sancti Euangelij,Vrsil.ad Affl.in dec.13.n.32. l.in suis,de liber.& posthum.

Fideicommissum morte hæredis apparet viuente testatore, & sciente, sed hoc non procedit in fideicommisso pio,de Franch.in dec.156.n.4.

Fideicommisso bona subiecta non possunt vendi, etiam facta venditione cum causa de emendo alia bona de pretio rei venditæ, & illa sunt subiecta fideicommisso, & subrogantur in locum alienatæ rei,& emptor fit securus, & hoc potest per Principem cõcedi, dummodo res quæ subrogatur sit adeo conueniens, & necessaria, de Franch.in dec.355.n.6.

Fideicommissarius debet capere bona de manu hæredis, Vrsil.ad Affl.in dec.367.n.2.

Filia maritata si dotem sibi à patre profectam amisit,potest petere alimenta à patre suo, Ann.in alleg.70.

Filiusfamilias potest sibi retinere dotẽ matris suæ, donec reddiderit computa administrationis suę tutelæ,& hæreditatis paternæ,Ann.in sing. 414.

Filiusfamilias habitans per decennium seorsum à patre,dicitur emancipatus, glos.in l.1. in verbo diù C.de patr.potest.de Franch.in dec. 10.n.3. sed requiritur tempus annorũ viginti, ad præsumendum se emancipatum l.1.C.de præscript long. tempor.

Filius in dubio presumitur esse in potestate patris, vt testatur Alex.& Paul. de Castr. per tex. in l.si emancipati C.eod.tamen Dec. in d.l.& Bart. in cons.42. incip. visa inquisit. determinant filium in dubio non esse in potestate patris, nec sui iuris,sed qui hoc dicit probare debet,tu vide glo. in verbo denegandam in l. Titia ff.sol.matr.vid. etiam Gulielm.de Bened. in repet. cap. Raynutius,in vers.matrem insuper Cleram n.5. vbi inquit.quod filius seorsum a patre habitans presumitur emancipatus,Add.Ias.in l.si certis annis C. de pact. idem dicentem , & Cagnol. in d.l.si emancipati n.84.Add.Galiat.in repet.rub. de verb.oblig. in ff.n.75.

Filius potest cogere patrem suum ad sibi assignandum legitimam, quando sua bona dilapidat, vt cum ea viuere possit. l. defuncto C. si in fraud. patron.vbi Bar.

Filius in diuisione bonorum,quæ fit, an possit petere salarium propter curam rei familiaris,quã à patre accepit in vita sua, tanquam negotiorũ gestor,Bar.in l. illud sine ratione C. de collatio. Fulgos.per verba finalia glos. d.l. in vers. luctũ, Roman.in cons.169.Bald. & Paul.de Castr. in l. fin. C.eod.

Filiæ debentur etiam interesse paragij sibi competentis, & fructus legitimæ, aut dotis, Ann.in allegat.70.

Filiusfamilias non potest testamentum condere, etiam ad pias causas,absque patris consensu, & si in dicto testamento ad pias causas condito, cũm dicto patris consensu facit aliqua legata profana,illa non valent, sed accrescunt personæ venienti ab intestato, Clar. in pract. crim.in §. testamentum q.5.vers.sed quid.

Filia,quæ quietauit dotantes, & renuntiauit bonis paternis,& maternis cum iuramẽto, quantumuis à patre prætereatur,vel à matre in eorũ testamẽto,nõ potest dicere testamentum nullum, neq; per præteritionem prædictam erit dictum testamentum nullum, quia nulla de filia est facienda mentio, propter dictam renũciationem, quia habetur,ac si esset mortua, Guid. Pap. in dec.598.fol. mihi 821. in verbo filia in annotatione.

Filia quæ reperitur maritata tempore mortis patris,& dotata, & cum iuramento renuntiauit, & sic ex proprio contractu etiam exclusa,non erit amplius audiẽda, & successiuè nec eius filij post mortem in petitione paragij & quantum sit paragium, & quando dos de paragio sit competens,& quãdo dicatur congrua, & si attendatur tempus dotationis, dos congrua, non tempus mortis patris dicitur,vide Gramm.in dec.57. & quando potest peti paragiũ, & eius supplementum,per filiam à patre dotatam habita ratione ad bona remansa tempore mortis patris.

Filia Officialis vel alterius delinquens,tenetur dominus,qui in illo officio dicta familia,vtitur,secus si extra id,ad quod fuit proposita, familia delinqueret,& hoc intelligitur, quando familia deliquit circa officium sibi commissum,Bero.in consi.Bonon.39.n.1.& seq.

Filiifamilias possunt esse de regimine Vniuersitatis,Rouit.super Pragm.5.in prima impress. de administr.Vniuers. n. 17. l. filius in potestate C. de decurion.lib.10.

Filiusfamilias obligatus in solidum cum patre ad patris vtilitatem de persona non molestatur, nec instrumentum liquidatur cõtra dictum filiumfamilias,sed prouidetur, quod agatur via iuris ordinaria,Galter. in sua pract. crim. instrum. 2. par.n.54.in fi.& refert dec. S.R.C. inter Iulium Bianco filiumfamilias obligatum in solidum cum eius patre,Amat. in cons.41. de Franch.in dec.164.& renunciationes per eum factæ in instrumento,semper intelliguntur de natura contractus,& de stilo notariorum,nisi expresè constet de enixa partium voluntate extra instrumentũ,Galter.loco citato n.54.vers.add.seruus.

Filiafamilias nupta est in patria potestate,& non viri,& sic testari non potest, Viu. in com. opin. 302.per totum nu.6.incip.præsertim cum seq.

Filijfamilias non possunt validè testari, nisi quò ad pias causas tantum,& de patris consensu,& de bonis

bonis aduentitijs, Marant. in suo spec. aur. par. 2. n.96.& seq. Masill. in cōsuet. Barens. in prohem. num.224. Rit.292. Vrsil. ad Affl. in dec. 120. alias 119.nu.24.

Filiusfamilias obligatus insimul cum patre, non tenetur nisi in quantum facere potest, dummodo non sit hæres patris post 1.& 2. ff.& C. quod cū eo, qui in alien potest. est, vide ante per me in verbo in quantum facere potest.

Filius possidens bona patris potest dicere, quod illa possidet iure dotium maternarum, & contra ius,& nomen hæredis, Vrsill. ad Affl. in dec. 372.nu.5.

Filiusfamilias potest se obligari extra Regnum, absque consensu patris, Reg. Pragm. non obstante de Franch. in dec.72.n.6.

Filiifamilias extra Regnum obligati non habent exceptionem Senat. Consult. Macedon. opponendo Reg. Pragmat. illum prohibentem, obligari non posse absque patris consensu, & præsentia, quia dicta Reg. Pragm non habet locum extra Regnum, maxime quando filiusfamilias est negotiator, de Frāch. in dec.72. Rouit. super Prag. 1. ad Senat. consl. Macedon. n.9.

Filiusfamilias de iure consuetudinario Ciuitatis Neapolis per matrimonium exit à patria potestate, secus vero de iure com.& Regn. Gram. in dec.54. Et semper statin potestate patris, etiam per matrimonium, & proinde testari nō potest, sed patre mortuo disponit ad sui libitum voluntatis.

Filia habet retentionem pro suis bonis maternis, Gram. in dec.58. vbi Petr. n.1. Capic in dec.119.

Filiusfamilias habitans momento temporis seorsū à patre tempore obligationis dicitur enancipatus, vt fuit declaratum per S.R.C. Regia Pragm. non obstante,& tempus habitationis non applicatur, Vrsil. ad Affl. in dec.308.n.18.

Filiusfamilias tenetur soluere, & fideiubere pro Patre carcerato, alias esset causa ingratitudinis, & exhæredationis, Bocr. in dec.128.n.6. & accipiens pecuniam mutuo peccat, si exceptionem maledictionis allegat, Vrsill. ad Afflict. in decis. 308 n.4.

Filiafamilias nupta tanquam sui iuris excluditur à patria potestate, de Franch. in dec.546.nu.10 & potest testari, quia est exclusa à patria potestate per consuet. Neap. vide Thesaur. in dec. 150 qui tenet contrarium de iure com.

Filius Monacus effectus, vel exhæredatus, quomodo succedit in hæreditate suorum parentum, de Pont. in cons.68.n.13.

Filia in testamento prætérita, si adsint masculi nō potest dicere testamentum nullum, sed si est sola absq; fratribus potest dicere, si extranei sunt instituti, Petr. ad Gram. in dec. 57. n. 3. & quod in dotibus non sufficit solum instituere, sed in aliquid tantum vltra dotes.

Filius forindicatus prætéritus in testamēto patris, latè de hac materia discurrit Gassan. in Consuet. Burgund. in tit. de succ. §.3.n.1.

Filiusfamilias non potest esse in iudicio sine patris consensu, de Franch. in dec.494. sicut nec minor absque Curatore, neque potest instrumentum liquidare absque eius consensu,& sic furiosus,& mente captus, & quando instrumentum liquidatur per pupillum minorem septem annorum, vid. Carau. super M.C.V 166.n.24.

Habeamus effectū,& non curemus de modo,Ricc. in coll.dec.2606.vers.& confert.

Habens duas vxores,tanquam hæreticus punitur, & per Inquisitores cognoscitur,quia malè sentit de matrimonij Sacramento, & potest etiam per iudicem secularem puniri, de Franch. in decis. 36.

Habens duodecim liberos est immunis à collectis, & alijs oneribus vniuersitatis,l.si quis decurio la 2.C.de decurion.lib.10.

Habitare dicitur, qui habet domicilium in loco habitationis,l.1.§.si.ff.de his qui deiec.vel effud. l.habitatores ff.locati.

Habitator,& habitans inter eos differunt, habitator dicitur habens familiam, & sic domicilium, & habitans,qui non habet familiam, nec domicilium,l.differentia ff.quib.mod.pign.tacit. contrah.Affl.super Constit.Regn.incip.qui suis lib. 3.num.6.

Habitatio continua per decennium æquiualet domicilio,Gauant.super decret. Sac.Congreg.Cardinal.in verbo Ordo in genere nu.10.

Habitationem domus, quam socer dedit genero suo, & vltra dotem promisit eam in capitulis matrimonialibus, tenetur eam dare dicto suo genero vita sua durante in domo sua propria promissa,non autē extra domum,maximè quādo gener per primum annū ibi habitauit, quia tunc est acquisitum ius genero suo, & non potest variare, & alibi extra domum prædictam præstare,Affl.in dec.34.146. Ricc.in coll.decis. 301.& 587.Thor super compend. dec.Regn.in verbo Habitatio par.1.

Habitatio alibi non facta per decennium,vt domicilium dicatur,sufficit animus perpetuò manendi,Rouit.super Pragm.1. de immun. Neapolit. num.9.

Habitationem quis in domo sua propria alicui dare promittens,potest eum expellere,& aliam sibi dare,& sic variare, l.si sterilis. §.fin. ff. de actio. empt. Affl.in Const.Regn.incip. Qui suis de burgens.nu.6.Thor,in compend.dec.Regn.par.1.in verbo Rixosus forensis in fine.

Habitationē domus relinquens testator vxori suæ, si plures domos habet, eam habere debet in domo vbi testator habitabat, Petr.ad Gram.in dec.87.num.1.

Habitare,datur differentia inter habitantes, & habitatores, quia habitatores sunt illi, qui cum vxore,& familia habitant, & sunt quasi Ciues habitantes absque familia, & non habent formatum domicilium, Vrsill.in dec.308.nu.18. & dec.384.nu.6.l.est differentia ff.in quib.reb.tac. hypoth.contrahat. & non dicitur quis habitare in loco habens animum redeundi etiam si mille an-

le annos stetit, & per coniecturas hoc iudicatur.

Habitare in vna, & eadem domo simul cum patre filiusfamilias, sed non expensis patris, dicitur habitare seorsum à patre, Cepoll. in conf crim. 66. nu. 11. vers. non obstat, Rouit. super Pragm. 1. ad Senatusconsult. Macedon. §. 13. & ibi Carau. nu. 16.

Habitus clerici quomodo esse debeat, vide Foll in pract. crim. audiant. excus. fol. mihi 71. nu. 42. per totum.

Habitus non facit Monacum, cap. porrectum extr. de regular.

Habitum Hierosolymitanum qui capere volunt, debent probare eorum nobilitatem per annos biscentum suorum maiorum, tam ex parte patris, quam ex parte matris, & eorum parentum, Capibl. de baron. par. 2. cap. 65.

Habitus clericalis quomodo hodie esse debeat, dũ de iure antiquo erat amictus linea tunica super quibuscumque vestibus, Reg. Tapia in auth. ingressi monasteria cap. 1. nu. 24. C. de sacrosc. eccl. qui tamen hodie non defertur, sed consuetudo regionis attenditur, glo. in cap. pen. in verbo clericatus, de vit. & honest. cler. & de coloribus, & habitu clericali, vid. quæ dicit & ponit Baldaxar de Angelis super pract. crim. Foll. in tit. aud. excusat nu. 18. per totum, fol. mihi 73. & consideratur habitus si à populo repertus cum eo, iudicatur clericus vel laicus, & in cap. pen. de vit. & honest. cleric. habetur quod habitus debet esse cum veste clausa, lunga vsque ad tallos, & color vestimentorum debet esse potius niger, quam aliter, & multi colores sunt clericis specialiter interdicti, vt color viridis, qui solum Episcopis permittitur, & prohibentur clerici deferre manicis, Pileum Epitochium, seu tabarrum foderatum vsque ad oram, caligas fateatas, & indumenta aperta, cap pen. de vit. & honest. cleric. & vide de pœnis clericorum talibus vestibus vtentium in cap. quoniam prædicto tit. q. 36. nu. 11. Cappell. Tholos. in dec. 223. nu. 6.

Hebręi honorant Sabbatum, in quo die Christus requieuit opere peracto, in 6. die mundum ædificauit, Christiani verò colunt diem Dominicę, Thesaur in dec. 39. nu. 4.

Hæreditatis adeundæ facultas non tollitur, nisi spatio triginta annorum, Felin. in cap. de quarta nu. 24. de præscript. l. qui in aliena §. sed etsi eod. tit. Bald. in l. 2. C. si ex fals. instrum. & l. 1. C. de reb. alien. vel non. & per diuturnitatem temporis omnia præsumuntur acta sollemniter & ante per me in add. ad l. quamdiu ff. de acqu. hæred.

Hæreditati iacenti non potest iuditium intentari, quia non est qui legitimè citari possit, l. 4 §. prętor ait ff. de damn. infect. Abb. in cap. 1. de postul. prælat. 1. col. tex. iuncta glos. in clem. 1. de iudic.

Hæredis institutione nota verborum obseruantiã, & nimiam subtilitatem esse reiiciẽdam, per tex. in l. quoniam C. de testam. notat Alex. in l. Centurio ff. de vulg. & pupill. nu. 64. ad quæ præfertim circa vltimas voluntates, in quibus mens testatoris consideratur, l. 3. §. cõditio ff. de adim. legat. Add. quod agnitio nõ sollemnis testamenti, facit agnoscentem ad præstationem compelli, l. non dubium in fin. C. eod. tu pro materia vid. Gulielm de Bened. in cap. Raynutius in repet. extr. eod. in 2 par. in verbo si absque liberis more il secondo num. 176. & sequen. & limita, & declara, vt ibi per eum late, & Iul. Clar. in 3. lib sentent. §. testamentum q. 90. in fin. Add. quod licet testamentum non valeat, nisi septem testibus adhibitis, l. hac consultatione C. eod. tamen testamenti deperditi tenor potest probari per duos testes, vid. Hyppol. in singul. 156. An autem testes debeant esse à testatore rogati, vel ab alio quocumque, vid. Paul. in verbo hæredes palam §. in testamentis ff de testam. vbi tenet, quod sufficit à quocunque rogatis, Fab. in §. fin. instit. eod. Alex. in conf. 47. vol. 2. abundè per celeberrimos col. 2. & sufficit, quod sint rogati post testamentum incontinenti, Bald. in l. fi. col. 3. C. de fideicom. Ias. in l. 2. col. 4. nu. 15. C. de summ. trin. & fid. cathol Add. ad l. hac consultissima, Socc. in reg. 399. Angel. in tract. de testam. in glos. suum testamentum, Specul. in tit de instrum. edit. in §. compendiose col. 7. vbi ponit formam testamenti clausi, Add. Afflict. in decis. 143. & seq. & Boer. in dec. 240 nu. 6. Add. quod de iure canon. quis potest testari coram Presbytero parochiali, & duobus testibus, etiam in Regno, de quo vide Corn. in conf 281. nu. 9. & 30. vol. 4. & alios, de quibus per Viu. in silu. comm. opin. in vers. testes septem, fol. 251.

Hæreditas pupilli decedentis absque liberis, nullis extantibus proximioribus, dicitur hæreditas prædicta inter tutorem, & fiscum, Thesaur. in decis. 89. in Add. nu. 1. & hoc fit ad confiscum DD. nullis propinquis ab intestato venientibus.

Hæreditatem descendentis non transmittit ascendens, etiam non aditam l. quoniam sororem C. de iure delib rand. Crauet in conf. 37. n. 4.

Hæres cum defuncto censetur vna & eadem persona. §. 1. in auth. de iureiuran.

Hæres pro parte vltra illam partem censetur extraneus, Ias. in l. eum qui ita. §. 1. num. 2. fol. 82. ff. de verbor. obligat. & glos. not. & singul. 53. eundem in l. 2. §. fin. in glos. magna ff. de prætor. stipulat.

Hæres certe institutus alio non dato cohærede bonorum omnium, hæreditatem obtinet, l. cohærede §. fi. de pupill. substit.

Hæres tenetur præcisè contenta in testamento seruare, l. fideicommissa § pen. ff. de leg. 3.

Hæres hæredis, testatoris est hæres, l. fi. C. de hæred. instit. l. 1. 2. & 3. ff. de petit. hæred.

Hæreditas augmentum accipit, & diminutionem, & per fructus augetur, l. item veniunt §. item non solum de petit. hæred.

Hæres qui semel extitit, semper est hæres, l. & si fine. §. licet quod Papinianus ff. de minor.

Hæreditas dicitur antequam adatur per hæredes, adita verò hæreditas dicitur proprium patrimo-

trimonium, Thesaur. in decis. 63.

Hæreditatis repudiatio sufficit pro ratione voluntas, l. quia poterat ff. ad Senatusconsult. Trebell.

Hæres hæredis testatoris est hæres, l. fi. C. de hæred. instit.

Hæreditas non censetur adita per filium, quando ei bona hæreditaria, quæ possidet, sunt obligata pro dote matris suæ, cuius est hæres, censetur ea retinuisse tanquam creditor iure pignoris, & hypothecæ, & non vt hæres patris, & sic ista coniectura tollit præsumptionem aditionis hæreditatis, Marant. in spec. aur. suæ pract. in repetitione, l is potest ff. de acq. hæred. n. 58. qui allegat inter alia Affl. in dec. 371. vbi Vrsill.

Hæreditatem paternam, qui non adiuit, & stetit ad eam adiendam per annos 30. quāuis remaneret exclusus vti filius, tamē habebit alios 30. annos, tanquam proximior agnatus, & legitimus hæres, & sic poterit infra 30. annos adire, & idem Marant. in repet. l. is potest ff. de acquir. hæred. num. 100.

Hæres institutus, mortuus ante testatorem, institutio pro non scripta habetur, & inutili, l. vnic. §. pro secundo, & §. sin autem sub conditione C. de caduc. toll. Gratian. in dec. 40. nu. 2. Et quādo testator instituit, vel substituit aliquem post mortem primi instituti, dec. prædicta nu. 1.

Hæres tenetur actione personali soluere debita defuncti, Gizarel. in dec. 59. vbi de Angel. nu. 7. Camill. de Medic. in cons. 124. nu. 5.

Hæres inuentarium non conficiens, quando excusatur, dum maiores interueniunt expēsæ in cōficiendo inuentarium, quam vtilitas, quam ex eo resultaret, non conficiens inuentarium, & nō tenebitur vltra vires hæreditarias, & excusatur tutor, si non exegit debitorem pupilli, pro quo compellendo, & exigendo, oportebit plus expendere, quam exinde perciperet, Gizarel. in decis. 56. & ibi Add. de Angel.

Hæredi post mortem defuncti, statuitur, quod nō possit conueniri infra dies nouem, in quibus hæredes lugent defunctum, sed post dictos nouem dies per l. fi. §. donec C. de iur. deliber. non potest hæres infra annum conueniri, quem habet ad conficiendum innuentarium, vel infra trimestre statutum ad dictum inuētarium cōficiendū, in quo dicitur hæres vacare, sed fallit, quod potest hæres etiam in dicto tempore cōueniri, quādo alios conuenit, pro funeris impēsis, pro relictis pijs alimētis futuris, vsurarum restitutione, quia non recipiūt temporis dilationem, pro soluendis medicinis, quando eo tempore hæres paratur ad fugam, Gizarell. in decis. 76. & ibi de Angel. Viu. in dec. 74. Gratia. in discept. forens. 236. nu. 52.

Hæres cum beneficio inuentarij, quando nomine proprio se obligat ad alicuius debiti solutionē, potest beneficio d. l. & inuētarij se tueri, si in cōtractu non dicit, obligat se, & bona sua omnia in solidum, quia tunc non iuuatur beneficio inuentarij etiam si in instrumento dicat, quod obligat se vti hæres cum beneficio inuentarij, quia tūc verba prædicta sunt demōstratiuè apposita, Pascal. de vir. pat. pot. par. 1. c. 2. nu. 77.

Hæres obligatus creditoribus defuncti, cui dictus hæres successit cum beneficio inuentarii, & proprio nomine eis promisit, non tenetur vltra vires hæreditarias, nisi quatenus est in hæreditate, Surd. in dec. 132. n. 1. de Franch. in dec. 648.

Hæredes possunt in solidum conueniri pro dote, & pro pia causa, Surd in dec. 90. nu. 1.

Hæres cum beneficio l. & Inuentarii, non est propriè hæres, nec creditoribus de euictione tenetur, vēdendo bona defuncti, quæ vēdere tenetur, nec de pecunia ex eis percipiēda, tenetur creditoribus satisfacere, qui creditores inuiti nō cōpelluntur capere, & recipere bona prædicta pro satisfactione eorū creditorum, sed qn̄ in instrumento debiti facto per testatorē, quam personā repręsentat, non est renunciatum, auth. hoc nisi de solut. quæ auth. dicit, quod creditores teneātur inuiti pro eorum satisfactione recipere bona obligati, vt ait de Franch in dec. 83. tunc creditores tenentur recipere bona prædicta defuncti in hæreditate remāsa pro dictorū creditorū satisfactione, vt fuit pro iam dicta causa iudicatum per S. R. C. & latè de hac materia vid. Gizarel. in dec. 7. & de modo inuentarium conficiendi, vid. Capic. in dec. 101. Ricc. in dec. 67. par. 1. Baldaxar de Angelis in sua Add. ad prædictam decis. Gizarel. per totum, sed si non fuit d. auth. renunciatū, hæres cum beneficio inuentarii tenetur vendere bona in dicta hæreditate remāsa, & creditores in pecunia satisfacere, quia inuentarium est introductum in fauorē hæredum, & non in iniuriam creditorum, & hæres cum inuentario per dictū inuentarium conseruatur in eo statu, in quo erat ante aditam hæreditatem, sed fallit, quando hæreditas est opulēta, & non damnosa, quia tunc bene non venduntur.

Hæres semel, nō potest amplius desinere esse hæres, & Princeps nō potest hæreditates quæsitas auferre, Vrsil. ad Affl. in dec. 361. nu. 21. & 22.

Hæreditatem esse aditam, alleganti incumbit onus probandi, Petr. ad Gram. in dec. 103. nu. 138.

Hæres scriptus in testamento minus sollemni, potest bona sibi retinere tuta conscientia, Vrsil. ad Affl. in dec. 384. nu. 1.

Hæres potest capere bona testatoris propria authoritate. Vrsil. in dec. Affl 335. num 4. tamen si naturalem possessionem rerum non apprehēdit hæreditariorum, non dicitur posidere, nec potest possessorium recuperandæ intentare, l. vulgata cum hęredes ff. de acquir. poss. & hæreditas iacens non dicitur possideri.

Hæres cum inuentario, si post litem motā alienat, vel soluit legata, vel debitores liberat sine cautione, dicitur dolo versatus, & inuentario non opitulatur, Vrsil. ad Affl. in dec. 343. nu. 3. & habet priuilegium soluere primo venienti.

Heshæredare potest pater filium suum propter ingratitudinem, & ei alimēta denegare, de Frāch. in dec. 526. l. fin. vbi glos. Cod. de alienat. liber. l. si quis à liberis §. 1. de liber. agnoscen. & quatuor-

decim causas exhæredandi habet 5.causas autē auth.vt cum de appell cognosc.

Hæres tenetur soluere,non autem legatarius, de Franch.in dec.246. nu.1.

Hæres adeundo hæreditatem absque inuentario, videtur omnes suas actiones confundere , & tenetur,vt defunctus,l.quæ dotis in fi.ff.sol.mat. Vrsil.ad Affl.in dec.237.n.4.

Hæres non tenetur nisi secundum vires hæreditariæ suppetūt,& si promisit proprio,& hæreditario nomine in solidū,de Franch.in dec.323.n.2. Bar.in l.cū quis decedens §.1.ff.de leg.3. & hoc habet locū in hærede cū beneficio l.& inuētarii.

Hæres potest dicere de simulatione cōtractus absq; absolutione à iuramento: Petr ad Gram.in dec. 45.nu.1.dum iurauit defunctus.

Hæreditatem adiens,& nō conficiens inuentariū, tenetur in solidum cum defuncto,etiam de proprijs bonis,l.fi.§.si præfatam C. de iur. delib. de Franch in dec.518.nu.4.

Hæreditati iacenti datur curator , si creditori, vel debitori,nō nocēt,Pet.ad Gram.in dec.55.n.19

Hæres non conficiens inuentarium tenetur creditoribus,& legatarijs in solidum cū defuncto, & est præsumptio subtractionis bonorū hæreditariorum,de Franch in dec.536.nu.2.

Hæres nō conficiens inuentarium,non tenetur de legatis ad pias causas,& sic Ecclesia relicta hæres nō conficiēs inuentarium,non tenetur vltra vires hæreditarias,de Franch. in dec.536.

Hæres habet annum ad deliberandum si vult , vel ne hæreditatē adire,à die præcepti Curiæ,quod deliberet , aliàs in contumaciam prouidebitur, quod gaudeat anno,& detur curator hæreditatis iacenti,Capic.in dec.87.ni fallor,Galter.in tract de dat.& curat.

Hæres cum beneficio l.& inuētarii nō tenetur, nisi quatenus vires hæreditariæ suppetunt,l.fi.C.de iur.delib.& iste hæres cum beneficio l.& inuentarij,nō debet esse in lucro , nec in damno , nec potest cogere creditores ad quinquennium expectandum,qui dilationem quinquennalem cōcesserunt,de Franch.in dec.179.nu.4.

Hæreditas in codicillis relicta,non adimi, nec dari potest, l.hæreditate C.de codicill. de Franch. in dec.204.

Hæres non habet forum ex contractu defuncti,nisi ipse defunctus haberet,quia in eius locum subintrat.& si hæres est priuilegiatus , & defunctus non erat priuilegiatus , non gaudet priuilegio, vt hæres,sed habet vti persona ordinaria priuata,de Franch.in dec.284.Carau.super Rit.M.C. V.233.234.& 219. Capic. in dec.160. Vrsill. ad Affl.in dec.211.& 212.

Hæres non potest venire contra factum defuncti,l. cum à matre C.de rei vendic. Add.Abb.in cap. 1.nu.3.extr.de test.& Rom.in cons.259. & Cassan.in consuetud.siue cons.69.nu.1. Et aduerte, quia dicta lex non habet locum,quando defunctus alienauit rem hæredis , vt ipsum re illa per fraudem priuaret,vt tenet Bald. in l. si pater C. de inoffic. don. in 3, opposit. quem etiam refert Sigismund.Loffred.in cons.1.num. 15. & plures alios casus,in quibus d. lex nō habet locū, vid. per Gram.in dec.93.à n.8.vsq; ad 13.item etiam non habet locum, quando quis non succedit ex mera liberalitate defuncti,sed ex legis, nec alterius dispositione , quia tunc bene potest venire contra factum defuncti, quia non titulo lucratiuo,sed ob bona quodammodo sibi debita venit, l.defuncto,& ibi glo. Bar & Salic. C. si in fraud. patron. Loffred.in cons.10.nu.24.vid.pulchram glos. in l.si creditores in fin. de seru. fugit. dat. manum.& Barto.in l.Lutius num.4.ff.solut.matrim.& in l.cum vir num.14.ff de vsucap.& vide Alexan.in consil.12.verò nec etiam obstat,col. 2.volum.4.& Mandell.in consil.73. num. 2. Paris.in consi.65.num.52.& 53.vol.3.Quid autem si in promissione de vendendo, iuramentum interuenerit , vide Couarr. in epit. ad 4 lib. decretal.in 1.par.cap.5.num.10.fol.20. Roland. à Valle de confect.inuentar.fol.156 & Natt. in consil.114.

Hæreditatis ius adeundi non possidebitur, nisi spatio triginta annorum,Gram.in dec. 163. nu. 46.l.licet C.de iur deliber.

Hæreditas fraterna non adita , non transmittitur, Gram.in dec.163.nu.45.

Hæres cum beneficio l. & inuentarij si post aditam hęreditatem se obligauit,tenetur vltra vires hęreditarias,de Franch. in dec.164.nu.5.

Hæres personam testatoris repræsentat , & eadem persona censetur,de Franch.in dec.32. num. 12. Bar.in l.1.col.penul. vers.dicit glos.ff.de acquir. hæred.

Hæres cum beneficio l.& inuētarij propriè est hæres, & non potest venire contra factū defuncti, nec potest dare bona defuncti in solutum creditori,ob reuerentiam factam per defunctū , quia hæres non debet esse nec in lucro, nec in dāno, & in perniciem creditorū, sed debet vendere, & creditores debent recipere creditum in pecuniam, non in corpore , in vita renuntiat semper in instrumento, auth. hoc nisi Cod. de solucion.

Hæres non conficiens inuentarium,habet ratum factum defuncti,& eius hypothecam,& suæ confunduntur hypothecę,& actiones,quia non datur pignus in re propria,& ideo extinguitur sua hypotheca , quia efficitur dominus rerum hæreditariarum,Vrsil.ad Affl in dec.237.& 9.

Hæredū bona possunt expressè obligari, de Frāch. in dec.53.nu.7.

Hæres tenetur exponere consciētiam defuncti,Vrsill.ad Affl.in dec.13.nu.10.

Hæreditatis aditio de necessitate est probanda, nec præsumitur,nisi probetur,de Franch.in dec. 60.nu.10.

Hæreditas adiri non potest per procuratorem , de Franch.in decis.prædicta nu.10.

Hæreditatis aditionis impeditio est,qū mulier per calumnias fingit se esse prægnātem, & isto medio tempore hæres institutus potest decedere, de Franch.in dec.60. nu.22.

Hæres

Hæres tenetur habere ratum factum defuncti, de Franch. in dec. 80. nu. 7.

Heres tenetur legata infra sex menses satisfacere, aliàs eius bona possunt capi, & contrahitur pignus prætorium, Vrsil. in dec. Affl. 111. nu. 16.

Hæreditas non datur, neque admittitur in codicillis, sed datur inter venientes ab intestato, Vrsill. in dec. 134. n. 6. In quo codicillo quinque debēt interuenire testes, vt debent in omni vltima voluntate, præterquam in testamentis.

Hæres non potest propria authoritate capere possessionem feudi alienati absq; consensu per feudatarium, sed potest agere via ordinaria, de Franch. in dec. 163. nu. 16.

Hæres potest impugnare factum defuncti, quādo disposuit contra legis prohibitionem, & ei non relinquit illud quod debebat, Gram. in dec 93. num. 13. & voluntas testatoris pro lege habetur, vulg. iur.

Hæres qui habet tres menses ad conficiendum inuentarium à die aditæ hæreditatis, dummodo malitiosè non differat eam adire, & tunc Iudex ad instantiam creditorum, facit ei mandatum, quod infra tale tempus se deliberet, si vult adire, vel repudiare, alias, &c. de successorio edicto, vt ait Ias. in rub. C. de iur. deliber. & pendente termino conficiendi inuentarium non potest personaliter conueniri, sed bene potest alios cōuenire, & hoc est priuilegium iuris, & ideo non est ius iniquum, Vrsil in dec. Affl. 66. l. 3. ff. quod quisque iuris, de Franch. in dec. 272. l. 1. de iur. deliber.

Hæreticorum pęna est, quod viui publicè comburantur, & omnia eorū bona fisci cōmodo applicentur, & filij vsque ad secundam progeniem priuentur omni officio, dignitate, & beneficio, Muscatell. in pract. crim. tit. de crim. læs. maiest. diuin. in fin de pęn. huius criminis.

Hypotheca contrahitur in dote per mulierem acquirendā in tempore initorum capitulorum matrimonialiū, non autem sponsalitij, de Frāch. in dec. 677. nu. 6. & 7. & quarta in Ciuitate baiuli constituitur secundo die votorum, & ex ea consuetudine ab illo die oritur actio. nu. 7.

Hypotheca tacita de dote restituenda non extinguitur per subsequutam expressam, etsi ante hypothecam generalem interueniat expressa specialis alicuius rei, ille non præiudicat tacitæ generali in omnibus bonis, Boer. in dec. 332. Et hypothecam habet mulier in bonis mariti, & à tempore promissionis, & matrimonij subsecuti, tunc contrahitur obligatio à consignatione longe postea sequuta, & sic in bonis patris contrahitur hypotheca pro bonis paternis alienatis, & trahitur retro ad tempus, quo pater cepit administrare bona filij aduentitia, Boer. in decis. 331. & expressè hypotheca contrahitur à tempore promissionis, l. 1. ff. qui pot. in pign. habe.

Hypotheca anterior, vid. etiam in verb. legata res.

Hypotheca longissimi temporis spatio hodie indistinctè præscribitur omnis actio per spatium quadraginta annorum, & sufficit præscriptio triginta annorum, per l. sicut eod. tit. per quam hodie indistinctè omni iure præscribitur, l. omnes in fin. C. de præscript. quadrag. ann. Boer. in dec. 328. nu. 1. & seq. Et quando tractatur de præscribendo contra virum, cui non denegatur potentia agendi, præscribitur spatio triginta annorum, & recuperandi res dotales, secus in vxore, quæ fuit impedita agere, durante, & constante matrimonio, l. in rebus §. omnis autem tēporalis exceptio C. de iur. dot. Et omnis actio personalis præscribitur spatio triginta annorū, hypothecaria annorum quadraginta contra debitorem, & triginta contra extraneum, l. apertissimi iuris C. de præscript. 30. ann.

Hypotheca tacita competit pro legato, non tamē competit pro interesse, de Franch. in decis. 613. nu. 15. & sic dum competit pro dote, competit etiam pro interesse illius dec. prædicta, & de materia tacitæ hypothecæ vide Ricc. in collect. dec. 158.

Hypotheca specialis secundi creditoris præfertur primo creditori, habenti generalem etiam expressam, Ricc. in coll. dec. 198.

Hypothecam tacitam competit mulieri pro sua dote in bonis sui viri, & præfertur omnibus creditoribus tacitam hypothecam habentibus, secus vero expressam, Ricc. in coll. dec. 217. & 146

Hypotheca specialis non habet executionem bonorum cum debitore, quia specialis hypotheca præfertur omnibus creditoribus generalem hypothecam habentibus anteriorem, & creditor in speciali hypotheca nō potest vti generali contra tertios possessores in præiudicium aliorum creditorum, non debet prius discuti, si potest ius suum consequi specialem, qui excussione facta, si non sufficit, agat super generali, & de ista materia generalis, imò melius specialis hypothecæ, latè tractat Thesaur. in sua dec. 51. per totum, & in Add.

Hypothecā specialem quis habens pro re sibi specialiter obligata, per auth. hoc si debitor C. de pignor. non potest agere contra tertium possessorem, sed discussionem principalis facere debet, de Franch. in dec. 587.

Hypotheca an contrahatur in matrimonio à tempore initorum capitulorum matrimonialium, vel à tempore contracti matrimonij, fuit decisū per Sac. Reg. Cons. vt testatur de Franch. in dec. 677. par 4. nu. 6. quod contrahatur à tempore initorum capitulorum matrimonialium actione ex stipulatu.

Hypotheca siuè tacita, siuè expressa, licet incipiat à die promissionis dotis, tamen intelligitur matrimonio contracto, & creditores, qui medio tempore contraxerunt inter promissionem, & contractum matrimonij præferuntur, de Pont. in cons. 80. nu. 6.

Hispanorum cautela, vt aliquis pro eis fideiubeat, ponitur per glos. in l. dolum Cod. de dol. mal. except.

Hispani Neapolim habitantes, gaudent priuilegio

Neapolitanorum, Carauit. in Rit. 301. nu. 22. relatus per Tallon. in Pragmat. de antefat. verſ. 3. obſeruat. 3. nu. 370.

Hippolyt. de Marſil. eſt magnus criminaliſta in ætate noſtra, hoc refert Gram. in conſ. crim. 40. num. 29.

Homines ſunt faciles ad diſſentiendum, Vrſill. ad Affl. in dec. 1. nu. 11.

Hominem præſumitur valere ducatos centum, vti ſeruus, de Franch. in deciſ. 432. in tit. de patr. qui fil. diſtraxer. & qui venduntur ad pretium participandum.

Hominem præſumitur centum annos viuere, l. fin. C. de ſacroſ. eccl. Boer. in dec. 324 nu. 5.

Hominem habere, & pœnam exigere iniquum eſt, l. apud Celſum §. labeo ff. de dol. mal. & met. except. l. reſcriptum § ſi pacto ff. de pact.

Homo liber non recipit æſtimationem, l. fi. ff. de his qui deiecc. vel effud.

Homo de ſuo delicto non debet ſæpius moleſtari, l. licet §. fi. ff. naut. caup. & ſtabular.

Homo inferioris gradus debet ferre reuerentiam homini ſuperioris gradus gloſ. in l. 1. §. ſicut autem minor ſeruitutem ff. de aqu. pluu. arcen.

Homicidium in aliqua domo commiſſum repertũ, præſumitur ab exiſtentibus in domo illa cõmiſſum, & poſſunt carcerari vicini, & domeſtici, Gram. in conſ. crim. 53. num. 1. & ſeq.

Homicidium commiſſum per Titium fratrem Sei rixantis, non tenetur Seius de homicidio Titij prædicti, Gram. in conſ. crim. 32. nu. 1. nec tenetur principalis de delicto auxiliatoris, niſi mandauerit, vel ratum habuerit, cap. cum ad ſedem, extr. de reſtit. ſpol. l. ſancimus C. de pœ. cap. fin. 23. q. 1. l. ſi familia ff. de iuriſd. omn. iud.

Homicidij culpoſi, & non doloſi pœna eſt quinquennij ad relegandum nobilem, & tantundem ad remigandum ignobilem, vel pœna pecuniaria, quam condemnationem excedere non poteſt, nec alia pœna datur, niſi iſta, Gram. in conſ. crim. 18. nu. 17.

Homicidium commiſſum cauſa honoris pro propulſanda iniuria recepta non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria, vide ante in verbo Iniuria, vbi late.

Homicidium dicitur partim à nomine, idest homo & partim à verbo, idest cedo, l. vulneratum ff. ad l. aquil. idest quaſi hominis cedes, idest occiſio, & cedes ſumitur, pro quacunque occaſione, ſiuè homo occiditur, ſiuè percutitur, ſiuè veneno necatur, l. 1. ff. de ſicar. Et in homicidio, ſeu maleficio clandeſtino quo ad probationem ſufficit vnus teſtis cum fama, cap. Regn. incip. Incumbit nobis, Affl. in Conſtit. Regn. incip. Si damna nu. 2. verſ. 8. emanauit. Et in iſtis nocturnis delictis proceditur non ſeruato iuris ordine, ſicut proceditur contra latrones inſignes, & viarum diſrobatores publicarum, & ſemper receditur à regula iuris, quando maleficium eſt commiſſum in loco, vbi veritas aliter haberi non poteſt, & admittuntur teſtes minus legitimi, Abb. in cap. de cætero nu. 3. Muſcatell. in pract. crim. de homicidio ſimplici nu. 34. & homicida morte finitur, & Conſtit. Regn. incip Terminum vitæ, ſiuè nobilis, ſiuè plebeius ſic punitur, ſed tantũ diuerſificatur modus, Plebeius furca ſuſpẽditur, nobilis per capitis tractationem à ſpatulis, Muſcatell. loco citato nu 49.

Homicidium abſque dolo commiſſum non punitur pœna capitali, quamuis culpa fuit, Petr. ad Gram. in dec. 17. nu. 6.

Homicidium commiſſum, valet inquiſitio, ſi nomen occiſi ignoratur, & homicidæ, ſed inquiſitio formatur de ſtatura, veſtitu, ætate, & alijs inditiis delinquentis, vt fiat recognitio, quando peruenit in manibus Curiæ, Petr. ad Gram. in dec. 28. nu. 2.

Homicidium plures committentes, non omnes tenentur pœna ordinaria, Affl. in Conſtit. Terminum vitæ nu. 19. ratione incertitudinis Authoris delinquentis, & tam in rixa, quam appenſatè, vide Petr. ad Gram. in dec. 3. Theſaur. in dec. 31. & Peguer. in dec. Catalon. 14.

Homicidium quis confitens ſe commiſiſſe, illa confeſſio non ſufficit ad condemnandum, niſi de corpore mortuo conſtet, Muſcatell. in ſua pract. crim. in tit. de crim. læſæ maieſt. nu. 10. Et homicidium mediante mandato aſſaſſinium ſapit, non nocet auxilianti niſi in proceſſu conſtet de principali delicto, Muſcatell. in pract. crimin. de homicid. med. mandat. nu. 7. & 11. & nõ poteſt procedi contra mandantem & auxiliatorem, niſi conſtet de principali delicto, idest hominem eſſe occiſum mediante vulnere à quodã ignoto ſi neſcitur, & à tali ſi ſcitur, de mandato talis, & auxilio præſtito à tali, & teſtis debet deponere de mandato dato, & auxilio præſtito alicui, num. 18. & citatio non expeditur, niſi per Iudicem viſa informatione, & tunc ad informandum citatio expeditur cum cauſæ expreſſione nu. 43. Et homicidium cum qualitate aſſaſſinij eſt illud, quando data, vel promiſſa aliqua pecunia, vel alia ſpecie, & de mandato, cap. 1. de homicid. in 6. & Muſcatell. nu. 51. eod. tit. Et hoc habet locum etiam ſi pretium non ſit ſolutum, & sburſatum, ſed tantum promiſſum, nu. 55. Et hoc pretium, ſiuè ſit pecunia, ſiuè alia res loco pecuniæ, nu. 56. Capic. in dec. 155. num. 21. & ſi mandans loquutus eſt ſecreto ad aures mandatarii, & ſecretè dedit mandatum de occidendo, & pecunia promiſſa pro tali cauſa probatur quod eſt ſoluta coram teſtibus, & in continenti ſequutum eſt homicidium, non obſtante, quod non probatur acceptatio mandati, nec mandatum expliciter dicatur aſſaſſinium ſufficienter probatum nu. 62. de Franch. in dec. 176. cap. 1. de homicid. in 6. Clar. in ſua pract. crim. in § aſſaſinium in fine principii, & proditoriũ homicidium dicitur, quando ſimulata amicitia, & diſſimulata inimicitia, & vnum actum oſtendere, & alium actum gerere, Bart. in l. reſpiciendum §. delinquunt ff. de pœn. gloſ. in cap. ſi clericus qui 49. diſt. & Muſcatell. nu. 66. & Capic. in dec. 155. & tredecim Priuilegia enumerat pro aſſaſi-

assassinio, & sexdecim enumerat Muscatell. in loco supra citato num. 52. & Iudex laicus est Iudex competens contra clericum in hoc crimine, in declaratione Iudicis Ecclesiastici, num. 85. Capic. in dec. 112. & mandans minus punitur, quam mandatarius, nu. 84. non gaudet assassinus ecclesiastica immunitate, nu. 88. & pœna assassinii est, quod trahatur ad caudam equi, suspenditur, & frustra diuidatur, Muscatell. nu. 3. de pen. & faciens assassinium, & non perficiens, sed ad actum proximum deueniens punitur mandatarius, ac si actum perfecisset, sed mitius mandans extraordinariè, nu. 83.

Honor debet proponi quibuslibet rebus, & est verecundia quem relinquere suum honorem, tex. in cap. nolo 12 q. 2. Gram. in consil. crim. 29. nu. 31.

Honoranda semper est vetustas, l. semper ff. de iureiuran. § illud etiam ibi de appellat.

Hora constat ex quatuor punctis, & quadraginta momentis, & quilibet punctus est quarta pars vnius horæ, & habet decē momenta, & sic quolibet momentum est tertia pars vnius puncti, Ricc. in pract. for. eccles. resol. 103. n. 2. par. 1.

Hospitalia, & loca pia per laicos erecta, quæ per seculares gubernantur non subsunt Episcopali auctoritati, non gaudent ecclesiastica immuni-tate, sed solum Episcopo subsunt illa loca sacra, & religiosa fundata auctoritate Episcopi, & tunc dicitur sacrum, & religiosum, & gaudet Episcopi immunitate, & an ista loca pia, quę Episcopo non subsunt, nec eius auctoritate erecta sint immunia à collectis, & gabellis, vid. Felin. in cap. de quarta de præscrip. Socc. in consf. 447. col. 2. de Pont. in consf. 18. par. 1. dico vol. 1.

Hospitalia gaudere ecclesiastica immunitate, si tamen constet esse Episcopi auctoritate consecrata, idque data temporis diuturnitate, signis, & coniecturis probari posse plus si non habent requisita à sacris canonibus præfinita, non gaudere ecclesiastica immunitate, Merlin. in cap. 65. Forens. controuers. Mangon. dec. Flor. 61. n. 15.

Hospitale non habet priuilegium Ecclesiæ, Vrsill. in dec. 67. nu. 6. Felin. in cap. de quarta de præscript. sed latè declarat Rom. in consf. 477. in casu propositæ consultationis.

Hospitatio Militum an extendatur ad verè Clericos coniugatos, ita vt in eorum domibus cum vxoribus, & familia teneātur milites hospitare, vid. Respons. Doctiss. I.C. Alexandri Ventrilia, Pro Cosmo Cappella.

Humilitati tria consilia dat Roman. in suo vltimo consilio, primum consilium est subdere se maiori, & non se præferri æquali, secundo humilitas superabundans, subdere se minori, tertio subdere se æquali, Vrsill. ad Affl. in dec. 307. nu. 14. & hæc vltima charitatem abundat.

I.

Ictum scoppicti proiiciens, siuè noceat, siuè nō, pœna mortis punitur, & punitur affectus, non sequuto effectu, ex Reg. Pragmat. Muscatell. in pract. crim. de ictu scoppicti, nu. 21. & debet constare de delicto in genere, p testes de visu, quod viderunt scoppictum carricare cum puluere, palla, & alio instrumento intus, actum ad nocendum, e che mai viddero scarricarla inanti, che sparasse, e che viddero drizzare la scoppetta prope per totum Titij, e videro la vampa, ò inteso la balestra della scoppetta, & appareat, quod ictus scoppicti, qui non nocuit Titio, sit emissus animo ipsum occidendi, & nocendi, alias non punitur sic rigidè, non obstante, quod præsumitur, quod sit emissus ad occidendum, Muscatell. in pract. crim. in tit. de ict. scopict. per totum.

Idoneus non præsumitur, qui assumitur in defectum, l 3. vbi Bal. C. qui, & aduers. quos.

Ieiunantes comedentes ante horam debitam peccant mortaliter, Methodus confessionis in tit. de gula fol. mihi 120.

Ieiunium non frangitur quando anticipatur tempus in comedendo per illud solum excessum temporis, Petr. ad Gram. in dec. 45. n. 6. D. Tho. in 2. 2. q. 747. art. 1.

Ignorantia facti semper excusat, l. 1. ff. de his qui ven. impetr. Capibl. in tract. de baron. par. 2. cap. 32. num. 7. & ignorans regulariter non punitur deliquit, l. si ignorans ff. locati.

Ignorantia & simplicitas personæ excusat à dolo, l. plagij C. ad l. Flauiam de plagiar. l. igitur ff. de liber. caus. Montemar. in sua Pract. Cur. Arch. in cap. 23. fol. mihi 140. nu. 4. in fine.

Ignobilis quis non dicitur ex paupertate, glo. in c. legimus in vers. & paupertatis 93. dist.

Imagines Crucifixi in aquam proijciens, vt pluuiæ cessent, suspendi tenetur, de Franch. in dec. 504. Petr. ad Gram. in dec. 11. nu 9.

Imagines Sanctorum verberans, vel immunditias ad eas proiiciens, vel lapides, sunt regulariter de hæresi suspecti, Montem. in sua pract. Cur. Arch. Neap. in cap. 23. nu. 11. fol. mihi 147.

Imagines, aut non videre fixas, aut reuulsas videre maiorum satis est legisse, l. lex quæ tutores C. de admin. tut.

Immiscens se in hæreditate, potest probare, quod posside bona titulo donationis, vel iuribus maternis, de Franch. in dec. 631.

Immobiliū appellatione veniūt animalia se se mouentia, & equi, Vrsill. ad Affl. in decis. 106. n. 13.

Immobilia non possidens reputatur suspectus, l. fideiussor § fin. in glo. ff qui satisd. cog.

Immo, de hac dictione, quando ponatur copulatiuè, & quando correctiuè, vide Salyc. in d §. quibus, & Bar. in l. Sticchus, imò Pamphilus ff. de manum. testam.

Immunitas patris transit ad filios, etiam eo mortuo, si viuant simul, Capibl. in tract. de auct. baron. Prag. 10. nu. 38 par. 1. & de materia immunitatis, & focularioru, & onerū Vniuersitatis, latè Pragm. prædicta.

Impensæ factæ per patrem filio suo in studio videntur donatæ, si pater non habebat tunc temporis penes se peculium castrense filij, vel quasi,

Bar.

Bar. in l. Nesennius, & l. alimenta ff. & Cod. de negot. gest.

Impedientes Monasterium ingredi voluntate sanctum habitum suscipiendi, vel cogentes virgines, & viduas ad Monasterium ingredi, sunt excommunicati, & intelligitur tam ante susceptum habitum, quam ante susceptam professionem, sed eorum voluntas sit libera, & sponte, exceptis mulieribus pęnitentibus, seu conuertitis, Sac. Conc. Trid. sess. 25. cap. 18.

Imperium hominum adiectione, magis quam pecuniarum copia trahi debet Imperator, l. 1. ff. de portion. quælib. dari, & concedi deb.

Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit, l. itaque fullo ff. de furt. in Constitut. Regn. incip. Circa violentiam, vbi Affl. 14. not. nu. 45.

Incontinenti facta censentur inesse, l. lecta vers. dicebam ff. si cert. pet.

Incontinenti seipsum corrigere nemo præsumitur l. non ad ea ff. de condit. & demonstr. not. in §. & quid. si tantum, l. gallus, ff. de lib. & posth.

Incantationibus pro infirmitatibus ineundis, & similibus eas exercentes sunt de hæresi puniendi, & tanquam malefici processandi, Montem. in c. 23. nu. 14. fol. mihi 140. & sinentes orationes recitare, qui nolunt ab aliis audiri, in dubio tutior via est eligenda, cap. iuuenis de sponsal. maximè fauore fidei, & Reipublicæ.

Incendium ruina, & naufragium, vt incendij condemnatio sequatur necesse est, quod probetur culpa certi, & determinati hominis, aliàs oritur incertitudo, & condemnatio sequi non potest, l. licet §. fi. ff. naut. caup. & stab. Muscatel. in pract. crim. tit. de incend. ruin. & naufrag. nu. 6. & naufragio facto in latere alicuius nauis, &c. Res quæ recolliguntur in littore, tempore quo nauis fluctuabat, seu res naufragium patiebatur, quæ à fluctibus expulsæ erant, est naufragium, sed si post finitum naufragium, non dicitur naufragium, sed furtum, Clar. in pract. crim. §. fin. q. 4. vers. quando vero, & hæc supradicta delicta æquiparantur delictis nocturnis, & clandestinis, & admittuntur probationes, quæ aliàs non admitterentur, & promptior debet esse iudex in tortura in illis delictis, & proceditur ex processu informatiuo, & non habet locum habilitatio nu. 16. Affl. in Constit. Regn. incip. Super incisionibus nu. 25. & si non inueniuntur malefactores in istis delictis, emendantur damna per homines locorum conuicinorum, & in causis naufragij proceditur summariè, leuato velo, & naufragio, omnes tenentur succurrere, & non facietes mulctantur ad pœnam vnius augustalis nu. 24 Constit. Regn. incip. Rapinas eorum, & hoc erit cõmune cum incendio, & ruina, in quibus idem seruatur, & pœna surripientium aliquod à naufragio, seu ruina hodie de iure Regni, per Constitut. Regni nos eorum est imposita pęna capitalis, & in quadruplum, rebus subtractis prius restitutis, & hæc pœna attenditur aliis ablatis, Afflict. in Constit. prædicta num. 4. Et omnia quæ dicta sunt in naufragio habent locum etiã in subita ruina, Foll. in pract. crim. in fragmentis in tit. de surripientibus aliqua, Muscatell. loco citato nu. 41.

Incendium ignis præsumitur factum culpa inhabitantium, l. nam salutem ff. de off. præf. vigil.

Incendiarij non gaudent immunitate ecclesiastica vt sunt depopulatores agrorum, & contra eos proceditur ad modum belli, & puniuntur seruata forma Reg. Pragmaticæ, & hoc intelligitur de incendiariis victualium, non fenilium, & paleariũ, quæ non includuntur in dicta Reg. Prag. Petr. ad Gram. in dec. 3.

Incendio in domo exorto, ad euitandum maius malum à vicinis destruitur domus alicuius vicini, ne ignis progrediatur, & communiter ab omnibus vicinis domorum illius resarcitur, Pet. ad Gram. in dec. 3. nu 3.

Incendium quando præsumitur culpa inhabitantium commissum, & quando non, vid. Ricc. in coll. dec. 182. Gram. in dec. 3.

Incestus pœna quæ sit in hac materia, vide Ricc. in coll. dec. 131. & in prax. for. eccles. resol. 63. par. 2. num. 2.

Incesti pœna eadem est, quam adulterij, vide in verbo Adulterij in præsenti libello, & auth. incestus C. de incest. nupt.

Incestus per illicitum coitum committitur, & punitur de iure canonico, & in foro conscientiæ per Sacerdotem maior sit pœnitentia inferēda, dum maius est crimen, & fornicatio grauatur, quando qnis per illicitum coitum duas cognouit sorores, sed de iure ciuili est impunitũ, Thesaur. in dec. 100. n. 7.

Incestus est cognoscere affinem vxoris meæ, & de iure ciuili est purè incestus, sed si cognosco affinem vxoris, cum quo rem habui, contrahitur affinitas, sed non est pœna, quia per illicitum coitum etiam affinitas contrahitur, Bosl. in sua pract. crim. in tit. de coit. domin. & punib. nu. 37. fol. mihi 351.

Incestum cõmittens testari prohibetur, de Frãch. in dec. 27. nu. 6. l. si qui iniusti C. de incest. nupt. nisi inter incertas personas.

In generali sermone, & loqnutione non venit persona loquentis, l. inquisitio C. de solutio. Gram. in cons. 2. post decis. nu. 62. & 63.

Incisores vinearum, & vastatores puniuntur pœna extraordinaria, Clar. in pract. crim. vers. vastatores fol. mihi 185. sed de iure comm. est pœna mortis naturalis.

Incisores arborum, & vinearum, pœna mortis naturalis. l. 2. ff. arb. furt. ces. vbi glos. & Constit. Regn super incisionibus, vbi etiam glos. Isern. in verbo puniantur, Clar. in pract. crim. §. fi. q. 68. vers. vastatores, licet dicat Clar. in loco citato, quod hæc pœna in illo Senatu non seruatur, sed seruatur tantum pœna extraordinaria, & Constit. quamuis, vbi Affl. in 1. not. dicit, quod pro incisionibus factis nocturno tempore, semper mortis pęna puniuntur, & sic etiam seruatur in factis de die, & si agitur ciuiliter, tenetur tãtum ad damni æstimationem, l. facienda ff. eod.

Inco-

Incognita pro cognitis habere, hisque temere assen tire, qui prope vitium est, Cic. de offic. lib. 1.

Incola differt ab habitatore, & incola dicitur ille, qui per decennium se transtulit per habitationẽ in aliqua parte, habitator verò dicitur ille, qui habitat alibi per aliquod tempus, l 3. vbi glos. C. de incol. lib. 10. Capibl. de baron. par. 2. cap. 53. num. 13.

Indebiti condictio, idest non debitè solués, vel habens pecuniam indebitè, etiam restituere tenetur, vna cum vsuris, nisi tantũ incendio, vel naufragio perit, ex quo non tenetur, sed si vero ob furtum, vel lenocinium perit, resultat actio contra fures, de Franch in dec. 319. nu 4.

Incontinenti verbum accipitur pro decennio, glo. in l. labeo C. quom. & quan. iudex, vbi Bal. nu. 1. sed in Regno nostro Neapol. illud quod dicitur incontinenti debere probari interpretatio per quinque dies, per Reg. Pragm. incip. Comparẽte Cler. de ord. iud, per quem disponitur, quod tales except. referantur ad merita causæ, si non probentur in eo termino, Merlin. cap. 96. nu. 14. Forens. controuers.

Indicia quando reputantur leuia in casibus enormissimis, dicuntur grauissima, & sic in occultis cap. pro humani de homicid. in 6 Guttier. pract. quæst. lib. 3. cap. 3. Capibl. de baron. 2. par. cap. 31 nu. 33.

Indicium non solum est ad inquirẽdum, sed etiam ad torquendum, quia omnia damna, homicidia, incendia, vulnera, & similia grauiora delicta, præsumuntur ab inimico graui illata, seu inimico capitali, & sic inimicitia est inditium non solum ad inquirendum, verum etiam ad torquendum Specul. in tit. de præsumpt. §. species, Rom. in l 1. §. si quis in villa in primis notabilibus ff. ad Syllan. Minæ faciunt inditium ad torturam, si minans est homo potens, qui de facili potuisset minas exequi, & vir malæ famæ, & in eodem genere mali, tũc enim si post minas fuerit factum delictum, vel damnum, minæ faciunt inditium ad torturam, Peguer. in dec. 17. nu. 11. fama publica si est sola, non est sufficiens inditium ad torturam, Carer. in sua pract. crim. num. 19. vers. secundum inditium, Foll. in pract. crim. in Rub. deutur capitula nu. 28. & seq. & sic in criminalibus non est sufficiens inditium ad torturam, quando ipse, contra quem fama viget, est homo diffamatus, malæ vitæ, famæ, & conditionis in eodem genere mali, quia tunc talis ex sola fama potest torqueri, Boss. in tit. de indic. & considerat ante torturam, num. 56. sed hoc euacuatur, quando probatur fama bona, quæ fama mala, cum bona purgatur, Peguer. in dec. Catal. 17. n. 13. & fama debet habere ortum à personis veridicis, fidedignis, & amicis, & si cum fama fuga concurrit, est inditium ad torturam contra fugientem ante citationem, vel accusationem, post commissum delictum fugerit, seu latitet, secus si postquam fuit accusatus, vel citatus, quia tunc non facit inditium fuga, Bar. in l. 1. nu. 1. ff. de his qui ant. sent. mort. sibi consciu. sed colorari potest, & defendi fuga, quia timebat occidi ab inimicis etiam eorum consanguineis, vel de facto carceratum capi, & tunc se absentauit, vel dicat se iuisse pro explorãdo voto, vel ad faciendum mercantias, quia si hæc probẽtur, purgatur inditium assentationis, & fugæ, Peguer. in dec. 17. nu. 35.

Inditijs stabitur iudicis arbitrio, & de eis non disputatur, & sic nulla certa doctrina dari potest, & in eo relinquitur iudicis arbitrio. Quæ sint inditia sufficientia ad torturam, & quæ non, Bart. in l. fi. de conditio. Gram. in cons. crim. 17. nu. 21.

Inditia indubitata portant inquisitum ad cõdemnationem, l. fi. C. eod. Bal. in l. 1. col. 5. vers. quinto appono sup. de summ. trin. & fid. cath. Abb. in c. testimonium extr. de test. hoc etiam procedit in causa mista, vel ciuili ardua.

Inditium ad torturam facit vnus testis deponẽs de visu, & duo testes deponentes de sensu, seu inditio remoto faciunt etiam inditium ad torturã, glos. in l. fi. C. famil. hercisc. in tit. C. ad l. Iul. maiest. Ias. in l. admonendi col. 71. ff. de iureiur.

Inditia grauia maleficij ad torturam, non in totum eliduntur, quando reus in negatiuam persistit, sed condemnatur ad remigãdum per quinquẽnium, & sic ad pœnam extraordinariam, Merli. cap. 49. n. 6. controuers. forens. Brun in tract. de tortur. par. 1. q. 4. nu. 5. Gram. dec. 8. n. 5. in prin.

Inditium non facit pallor, & parior, & quomodo seruatur in delictis occultis, & clandestinis, & quid de materia inditiorum, vid. Thesau. in dec. 24. nu. 10.

Inditiorum materia, & quomodo testes reprobati faciant inditium ad torturam, vide Ricc, in coll. dec. 2120.

Indignationis Regiæ, & Beatorum Petri, & Pauli verba, quam pœnam important, Petr. ad Gram. in dec. 40. nu. 21. Constit. Regn. vbi Affl. incip. Disputare, & Constit. Et si quis in posterum. Vt inconsutilem, Campagn. in cap. Regn. 16. Ias. in l. 1. ff. si quis in ius voc. non obtemper. Affl. in Constit. Regn. incip. Patarenorum.

Indignitas hæredis non apponitur nisi per fiscum, id intellige quando procedit indignitas culpa hæredis, secus autem si causatur errore testatoris, quia venientes ab intestato possunt eam apponere, l. si pater tuus, vbi glos. C. de hæred. inst. vbi Ias. nu. 10. glos. in l. is §. sed an in vers. non pertinere ff. sol. matr.

In dubio fit interpretatio contra producentem, l. veteribus C. de pact. cap. in præsentia de probat.

Infirmus debitor excusatur, si fidem Medici præsentat, & iudex in dorsũ instrumẽti, & fidei prouidet, quod quando erit solutus de infirmitate, compareat personaliter dato sibi termino competenti, Franc. Ant. de Iudic. Robert, fol. mihi 384. de liquid. instr. nu. 19. per totum, Foll. in sua pract. crim. in tit. audiantur excusatores nu. 32. fol. mihi 66.

Infirmi torqueri non possunt, quia maxima tortura est infirmitas, vt ait Petr. ad Gramm. dec. 56. num. 5.

Iniu-

Iniuriatum crimine non proceditur, nisi porrecto libello ad capiendum informationem, aliàs non proceditur, Pragm. 3. nu. 3. de offic. magistr. Iust. Rouit. in 1. impress. Carau. super Rit. 311. nu. 7.

Inhibitionum factarum materia à Iudice ad quẽ, & iudice à quo tractatur latè per Ricc. in coll. dec. 204.

Iniuria fit verbalis, realis, & mista; in iniuria verbali non requiritur delictum in genere, quia nõ remanet aliquod facti vestigium iniuriæ, de famoso libello, quæ est illa cartula, quæ affigitur in publico, vel alio loco, & si illa cartula reperitur lacerata, deturpata, vel aliter deperdita, deponant testes, quod illam viderunt, vel legere audiuerunt, & continebatur talis iniuria, & ista probatio sufficit pro delicto in genere, & non solum dicitur famosus libellus, si in eo continetur aliqua iniuria, quæ infamat, sed si reperitur aliquod turpe delictum, & sic si datur libellus iniuriosus Officiali, & Principi, idem est, & pœna in istis verbalibus delictis iniuriarum, est Iudicis arbitrio, Muscatell. in pract. crim. de iniur. & famos. libell. Et pœna famosi libelli, tam respectu illius, qui iurauerit, & non lacerauerit, quam authoris libelli famosi, est pœna mortis naturalis, & sic respectu eum promulgantis, l. vnic. C. de famos. libell. & iudex parte remittente in iniurijs procedere potest, quia partis remissio tantũ tenet quoad actionem remittentem, non quoad publicam vindictam nu. 32. vide Ricc. in collect. dec. 138.

Iniurijs quando ex officio proceditur, si fuerit inquisitus transactus, vel liberatus postmodum ad partis instantiam offensæ non potest molestari, Amendol. ad Franch. dec. 10. in fin. Maranc. in c. 118. incip. Verum.

Iniuria verbalis, & non scripta, absenti dat actionem, Petr. ad Gram. in dec. 23. nu. 6.

Iniuriatus potest iniuriam improperare, vз. latro potest respondere iniuriatus iniurianti, tu mentiris, non per hoc punitur, quia hoc non facit animo iniuriandi, sed iniuriam propulsandi, si vero fecit animo vendicãdi tradendo aliquem, vel æqualem iniuriam, mitius punitur, Capic. in dec. 58. Petr. ad Gram. dec. 17.

Iniuria facta filio, censetur facta patri, qui potest querelare pro eo nomine proprio, & remittere, & hoc intelligitur si iniuria sit leuis, si vero sit grauis, & atrox, ex l. Cornelia, & publico crimine descendens, tunc non potest eam solus pater remittere, nisi concurrat remissio filij offensi, de Franch. dec. 705. quod non procedit in patre vile, filio tamen egregio, & sic patronus potest querelare, & remittere pro iniuria facta famulo, & vir pro vxore, sed non vxor pro iniuria facta viro, nisi dicat, cornutus, vel virus meretricis, & iniuriatus, dicendo tu mentiris, excedit modum defensionum, qũ duo fallit hoc verbum, vз. iniuriam latam propulsat, & aliam de nouo infert, & solum in iudicio licet dicere aduersario, quod mentitur, iux. tex. in l. omnia §. 1. ff. de procur. Pascal. de vir. patr. pot. cap. 10. per tot. & nu. 42. Et quomodo punitur Vniuersitas iniuriam inferens cum sono tubæ campanæ, vel vexillo leuato, & acclamationibus, Corn. consl. 224 vol. 4. & si non concurrit, quod eius congregatio, & deliberatio, non punitur Vniuersitas, etiam si admonens curatores interuenerint, Pascal. n. 31.

Iniuria facta Ecclesiasticæ personæ, totam Ecclesiam, & ecclesiasticam religionem tangit, & facta sindico, censetur facta patribus, & Vniuersitati, Carau. in dec. M.C.V. 311.

Iniuria illata clerico, Iudex ecclesiasticus potest punire clericum, Vrsill. ad Affl. in dec. 219. num. 2. Guid. Pap. in dec. 562. & hoc dummodo non sit preuentus à Iudice laico quia tũc non potest punire laicum, de Franch in dec. 230.

Iniuriatus non habet actionem iniuriarum contra iniuriantem se veritatem dicit, & veritas ipsa interest reipublicæ, vt delicta manifestentur, v.g. si dicit tu mentiris, tu es spurius, vel mercatus, pro tali delicto non est pœna, quia delictum manifestatur, secus si non est necesse manifestare delictum, dicendo tu es cæcus, vel zoppus, & est publicè in veritate, habet actionem iniuriarum, Gram. in dec. 37. Vrsil. in dec. 206. nu. 13.

Iniuria verbalis sufficit ad hęredandum, si filius dicit patri suo tu es stultus, Vrsil. in dec. Affl. 99.

Iniuria continetur tripliciter facta, vestis, & literis, & iniuria facta literis acrius punitur quia memoria astat, & facto obliuiscitur, & quando dicitur alicui iniuria, tam per scripturam in iudicio, vel extra, si probatur liberatur, & quis est immunis, de Franch in dec. 533. nu. 9. & seq. Iniuria facta clerico, est publicum delictum, l. qui nocentes ff. de iniur.

Iniuriatus statim potest se defendere paribus armis, cum quibus fuit iniuriatus, sed cum moderamine inculpatæ tutelæ, Constit. Regn. incip. pacis cultum, fol. mihi 15. col. 1.

Iniuria, & violentia lata pupillis, viduis, Ecclesijs, pauperibus, ecclesiasticis personis, & miserabilibus, iudex potest ex officio procedere, & Hyp. pol. de Marsil. in cons. 163. Spiritus sanctus nu. 20. Intelligit de grauioribus iniurijs, secus de modicis, Vrsil. ad Affl. in dec. 16. nu. 7.

Iniuriatus licitè potest iniurianti resistere, & paribus armis iniuriam expellere, Gram. in dec. 98. nu. 14. 23. 35 nu. 2.

Iniuriatus leuiter potest propria auctoritate se vẽdicari, Gram. in dec. 14.

Iniuria recepta, committens quis homicidium, statim absque moderamine inculpatæ tutelæ, non punitur pœna ordinaria pro defensione proprij honoris, vel fratris, vxoris, sed extraordinariè tantum exiliaris, quando iniuria fuit quis prouocatus, vз. cum pugno, vel alapa, & fuit statim vel post plures annos occisus, dicitur occisus ex causa iniuriæ illatæ, Gizarel. in dec. 18. & ibi de Angel. Add vbi ex causa tam vigentis honoris, qui honor vitæ æquiparatur, & pro defensione vitæ, & corporis proprij, rerum, honoris, ac etiã amicorum, & proximorum, licet occidere, & aggressores offendere, cum moderamine inculpatæ

patæ tutelæ, & sic homicidium in continenti permittitur pro vendicanda iniuria, Alex. in conf.76.vol.1.Soc.iun.in conf.117. vol. 3. & sic licet occidere minantem aliquem occidere, vel grauem inferre iniuriam, & sic minoratur pęna occidentis Graff.in dec.5. Boer.in dec.169.

Iniuria crescit ex persona eius cuius irrogatur, l. prætor ff. de iniur.

Iniuriæ pœna non est à iure certa stabilita, sed relinquitur arbitrio iudicis considerantis personã iniuriantem,iniuriatam, locum, & tempus, &c. Peguer.in dec.Catalon.13.sed facta personæ ecclesiasticę,seu monaco,vel doctori, vid.Baiar.ad Clar.in §.iniuria est exiliaris,& fustigationis,dũmodo quatuor non concurrant,Ecclesia,tẽpus, celebrationis diuinorũ officiorũ, & quod sit in clericali habitu,tunc est pęna capitalis,Cãpagn. super cap Regn.49.§.si quis cum sacra, auth.de sanctiis. episc.

Iniuriam facit legibus, qui vult se meliorem videri,quam ipsæ leges §.oportet, auth.de iudic.

Iniuriam inferens Ecclesiæ, vel ecclesiasticæ personæ, qualiter puniatur, habes tex. in l.si quis in hoc genus C.de episc.& cler.Add.Cap.Regn.vt delatas,& ibi Campagn.& Angel.& Dec.in l.fi. ff.de iurisd.omn.iudic 1.not.in princ. & Nicol. Euerard.in sua cẽturia 79.vers.7.istud facit cat. 482.Add.videndum Affl.in constit. Multæ leges in fi.& Abb.in cap.cæterum extr.de iudic.n.17. & vid.bonũ tex.in cap.in loco supr.4.add.quod iniijciens manum in Religiosum turbantem diuina officia non est excommunicatus, etiam si commotus hoc fecerit; nam commotio ex iusta causa nõ operatur vinculum excommunicationis,vbi iusta causa subest manus iniiciẽdi,Abb. in cap.veniens de sent.excom. Add. quod iudex ex officio potest inquirere pro iniuria facta Ecclesiastico,vt per Affl. in Constit. Regn. in cap. inconsutilem 15.not.& in 13.col.vers. in eadem glos.Angel.in §.sequens col.1.instit.de act.tex.in §.si quis cum sacra ministeria in auth. de sanctiis. episc. & pro iniuria illata clerico, potest agere Ecclesia.Felin.in cap. contingit de sent. excomm.& vid.Nigr.in cap. Regn. de iniur. & quis iudex cognoscat de delictis in Ecclesia patratis,latè Roland.in cons.24.2.vol. Add.etiam quod tacens veritatem, committit falsum, vltra glos.in l.presbyteri, la prima in verbo honoris C.de episc.& cler.vid.Tindar.in tract.de test.c.9. nu.2.vol. 13. tract.

Iniuriosa verba quis proiiciens aduersus aliquem, licitè potest dicere tu mentiris,nec tenetur iniuriarum actione, tanquam ex verbo iniurioso, sinautem postea compertum est illa verba iniuriosa,quæ tu mihi dixisti vera esse,potes agere contra retorquentem ex illo verbo iniurioso tu mentiris, Ludouic.Rom. in cons. 96. Oldrad. in cons.52.conuenit dubitari Anchar.in cons.325. super primo dubio,DD.in l.quæ omnia de procur.& per me ante in Add. à d.l. qui cum natũ ff.de bon.libert.§.si libertus.

Iniuriarum causis nobiles possunt comparere per procuratorem fauore nobilitatis in tit. C.de iniur.& actio iniuriarum durat per annũ, Cepoll. in cons. suo prim.70. Foll. in sua pract. crim. in verbo foriudicatur nu. 21.

Iniuria reputatur grauior, quæ infertur à coniuncta,quam illa quæ ab extraneo. l. cum oportet in princ.& ibi etiam Castrens.C.de bon.libert.

Iniuria non fit volenti,l.1.§.vsque adeo.ff.de iniur.

Initijs, atque origine non repetita, dicitur illotis manibus, protinus materiam interpretationis tractari,ita Iurisconsultus in l.1.de origi. iuris.

Inimico præsumitur omne malum, l.1. §. præterea ff de quæstio.Gram.in cons.crim.3. nu.5.

Inimicus familiaris,pestis maxima est, l. data, vbi glo. C.de donat.

Inimicitia non potest contrahi cum ignorante, Boer.in dec.338.nu.vlt.

Inimicitia sola non est sufficiens inditium in tortura,sed vt inimicitia faciat inditium ad torturam,debet esse capitalis,& grauis, & quod cum fama publica concurrat,Thesaur.in decisio. 24. num.2.

Inimicitia oritur ex testimonio lato in causa criminali,& de inimicitia præsumpta, & inimico reconciliato, & ignito. vide Menoch. de arbitr. iud.lib.5.q.28.Marsil.in singul.179 Gram. vot. crim.6.& sola inimicitia non sufficit ad torturam,si alia adminicula non concurrant, Petr.ad Gram.in dec.33.nu.2.& 4.

Inimicitia capitalis est illa, quæ ponitur in l. licet,verbo capitalis ff.de arbitr.Vrsill. ad Affl. in dec.289 nu.20.

Inimicitia probata intelligitur, quando est probata causa, & non tenetur inimicitiam probare, Petr.ad Gram.in dec.87.n.1.

Ignoscendum est illi,qui prouocatus voluit se vlcisci,l.qui cum maior,§.si liberti ff. de condition. libert.

Ingrediens Monasterium,an possit pacto quicquã sibi retinere,vide Bar.& Dec.in auth.ingressi C. de sacrosf.eccl.Neap.in Cõsuet.Si quis vers. proximiores nu.269.vid.Socc.in cons.161.vol.2.vbi bona minoris ingredientis Monasterium in ipsum transeunt sine decreto,& Neapod. vbi sup. num.257.& Barbat.in cap. quia ingredientibus col.7.extr.de testam.Affl.in cap 1.col.3.de mili. arm.belli depo.Io Lup.in repet.rub. de don.int. virum & vxor num.38.col.2.Luc.de Penn.in l. stipulata col.23.lib.11.de fabr.Cod.Bal in cons. 197.vol.1.vbi an Monialis non professa dicatur propriè Monialis,& Add.Paul. de Castr. in cõs. 432.n.4.& 13.vol.1.Et an Religiosus infra annum professionis possit testari,Bertrand.in cõs. 355.nu.1.vol.3. Et an Monasterium ingressus, si vltra annum defert habitum nouitiorum, intelligatur professionem fecisse,Barbat.in cons.41. col.1.vol.3.& ad quem vadant bona infra annũ professionis morientis sine testimonio, Barbat. in d.cap.quia ingredientibus col. 2. & Paul.in allegat.cons.432.n.23. vbi etiam an clericus beneficiatus per ingressum Monasterij perdat beneficia,

neficia, & quid si nouitius infra annum deliquit, an iudex laicus cognoscat, vide Angel. in l. 1. ff. de pœn. & l. statuliberum ff. de quæst. an Monasterium ingrediens possit bona omnia in fraudem religionis donare, vid. Bal. in cons. 18. vol. 1. & an si moriatur infra annum religionis non condito testamento, bona morientiū perueniant aduenientes ab intestato, Barbat. in clemen. 1. de rescript. fol. 63. col. 3. in parua impressione, & an professus possit testari, vide multa per Benedict. in cap. Raynutius in 2. par. in verbo mortuo itaque testatore, il primo, nu. 301. & seq. vbi alia multa, Add. Socc. in regul. 186. & vide Cap. Regn. incip. Priuilegia, vbi qualiter sint causandi oblati, & Io. de Lignagier. in 3 vol. tract. in tract. de censuris eccles. §. 5. nu. 6. fol. 177. an autem bona morientis infra annum religionis professionis spectent ad Monasterium, latè pro, & contra Gabriel. in suis conclus. lib. 1. concl. 12. nu. 13. fol 53. an & quando Monasterium habeatur loco filii, vide latè per Vasqu. de success. creat. progre & resolut. § 21. nu. 166. & Gabriel. in suis conclus. lib 4. conclus. 2. n. 79. & 80. & Io. Bapt. Ferrett. in 1. vol. cons. 70. Par. in cons. 23. nu. 31. vbi quod excludit substitutum, idem Roland. à Valle in 3. vol. cons. 35. nu. 11. & 12. Boer. in dec. 354. nu. 4. cum præcedentibus, & sequen. Barbat. in primo volum. consil. 14. latè decis. Pedem. 126.

Inquilinus antiquus, si ex iusta causa nō potest expelli, cautela est, probare, & allegare, quod est male versatus in re cōducta, vel quia fuisset malè pagus effectus in non soluendo pēsionem domino locatori, suo tempore, vel fuisset suo domino exosus, Vrsill. in dec. 233. nu. 4. l. conuenerit in fi. ff. pro socio.

Inquilinus qui soluit pensionem domus sibi conductæ, non potest expelli ab ea, nisi propriis vsibus domini, vel propter refectionem, vel reparationem domus locatæ, vel per culpam inquilini abutens, l. edem quam Cod. de locat. & conduct.

Inquisitus confessus vnum furtum, an possit de alijs interrogari, Petr ad Gram. in dec. 48. nu. 1. Clar. in pract. crim. §. fi. quæst. 64. vers. successiuè quæro, Foll. in pract. crim. vers. rei iudicati torqueantur.

Insatiabilia sunt tres, Infernus, os, & vulua, & addo quartum, quæ est terra, quæ nunquam satiatur aqua, Boer. in dec. 717. nu. 9. narrat virum potentem triginta in die rem habebat cum sua vxore, & nunquam satia fuit.

In solidum condemnati per sententiam in solidū, omnes tenentur, & quisque potest pro omnibus conueniri ad soluendum totam quantitatem debitam ab omnibus debitoribus in solidum obligatis, sed si in sententia simpliciter condemnamus debitores ad dotem summā, puta si sunt nouem, quisque tenetur ad nouem tantum partem pro rata, & non conuenitur in solidum, non obstante, quod dicat, & teneantur in obligatione in solidum, Boer. in dec. 310. Gizarell. in dec. 12. nu. 2. de Angel. in Add. n. vlt. vbi dicit, quod quatuor condemnati conuenti pro sexdecim debitoribus, tenentur omnes quatuor de tota summa illorum sexdecim, vide per me ante in verbo plures hæredes, & plures debitores conuenti, vti hæredes debitoris, si cōueniūtur actione personali, scinditur actio pro rata, si verò actione hypothecaria, tenentur in solidum tanquam possessores rei hypothecatæ, & sic in solidum tenentur actione personali.

In solidum, clausula, operat, quādo creditor habet plures obligatos, & vult accipere partē ab vno ex dictis quatuor creditoribus, requisita requiruntur, vt sibi non præiudicet, vz. quod debitor soluat partem suam tantum, & non plus, & tanquam suā, quod creditor recipiat de sorte principali, & non de vsuris, quod non petat partem sui debitoris tantū, & de sorte, & non de vsuris, quia si omnia prædicta requisita concurrant, creditor sibi præiudicat, vel vnus tantum requisitus, Vrsill. ad Affl. in dec. 142.

Instantia non perit in Regia Camera Summariæ, & sic est de iure canonico, cap. penult. de iudic. duabus rationibus, primo, quia in causis fiscalibus non est dare instantiam triennalem. l. properandum C. de iudic. Secundo, quia consuetudo potest facere, quod non pereat instantia in causa, glos. fin. in l. præscriptione, & ibi Bal. in 7. col. C. si contra ius, vel vtil. publ. & in dicta Reg. Camera est consuetum, quod non pereat instantia, Affl. in Const. Regn. incip. Accusatorem nu. 4. lib. 2.

Instantiæ perēptio, quomodo, & quando pereat in criminalibus, & ciuilibus, & quod in executiuis non detur peremptio instantiæ, vz. quando petitur executio sententiæ transactæ in rem iudicatam, cui non remanet aliquid pronunciare, sed imploratur tantum officium iudicis, tunc instantia non est perempta, sed si sententia non fecit transitum in rem iudicatam, sed remanet aliquid super illam pronunciare, tunc datur insufflatio spiritus vitæ, & remanet peremptio instantiæ, vide Afflict. in decisio. 346. vbi Vrsill. & Gramm. in decis. 69. per totum, & l. properandum C. de iudic. & bis, & ter potest dari insufflatio spiritus vitæ, Gram. in dec. prædicta in fine, & Thor. in compend. decis. Regn. in verbo Instantia semel, de Franch. in decis. 250. Foll. in pract. crim. fol. mihi 245. col. 2. fiat contestatio litis nu. 12.

Instantiæ peremptionis materia, latè Ricc. in coll. decis. 2193. & quod debet condemnari, & soluere expensas pars negligens prosequi causam, & multa alia in materia ista ponit Gratian. in dec. 120. in fine, & Ann. in alleg. 14.

instantia cepta cum defuncto lite pendente continuatur cū hærede, Ricc. in coll. dec. 2193. Ann. in alleg. citata c. 14.

Instantia in ciuilibus perimit per trienniū in iudicijs ordinarijs, in criminalib. perimit p bienniū, Carrab. de sind. official. par. 2. f. mihi 121. n. 110. Carau. sup Rit. 248. n. 1. Clar. in prac. crim. q. 51. vers.

vers.alia,Gram.in dec.91.& dec.69.n.2.Pragm. 51 de offic. Iustit. dicit, quod non seruatur, & hodie in statutis non perimit,vt erat prius.

Instantia in criminalibus perit per lapsum biennij, & in ciuilibus per lapsum triennij de iur. com. secus de iur. Regn.per Constit.Regn.incip.Causas,Rub.qualiter iustitiarij se gerere debeant in prouincia,& Constit. Omnes baiuli, rub. infra, quod tempus causæ terminari debere infra trimestre,Arn.in differentia 20.& 23. l.properandum C.de iudic.l. 1. C. infra quant. temp dur. acriter,Gram in dec.91.

Instantia sindicatus est dierum quadraginta de iure, licet sit prorogata ex causa secundum dilation.vbi sunt testes examinandi, & iudex cogat partem petentem dilationem ad faciendum depositum,& in expensis, Vrsil.ad Affl.in dec.124. nu.3.& 4.

Instantia non perimit per biennium in criminalibus,Reg.Pragm.51.de offic.magist. Iust.

Instantia non perit in multis casibus,quos enumerat Marant.in sua pract.ciuil.par.5.num.5. & in causis fiscalibus,de Franch.in dec.250.n.2.Affl. in Const. Regn incip.Iusti cultores nu 6.

Instantiæ peremptio,quæ perimitur per triênium, perpetuatur per aliud triennium, si citatio ad dicendum fit infra triennium,Petr.ad Gram. in dec.91 & postea quasi elapso triennio, si fit infra illud triênium, citatio perpetuatur per aliud triennium vsque ad nouem annos,& datur supplicatio Præsideut S.R.C. absque causæ cognitione insufflet spiritum vitæ, sed hoc in causis ciuilibus tantum, sed in causis criminalibus secus,quia per triennium sunt expiratæ, & omne ius perit, & non insuffiatur spiritus vitæ, de Franch.in dec 643 num.5.l.1. & 2. C. vt crim quæst idem de Franch.in dec.250.& 653. quod non proceditur, & in dec.654 similiter.

Instantia perempta in ciuilibus per triennium, & in criminalibus per biennium, restauretur per primos rescriptos,& insufflationem spiritus vitæ,refectis tamen expensis per côuentum, si vero insufflatur ad conuenti siue reinstantiam actor non soluit expêsas, nec actor expensas reo solutas insufflato spiritu vitæ,si obtinet sententiam recuperat,quæ amittuntur, & à principio inchoatur causa,& iuramentum de calumnia, & fit de nouo libelius,& fideiussio præstita perempta instantia,non obstante spiritu vitæ insufflato non reuiuiscit,sed perimit, quia non concurrit consensus fideiussoris, & primus habet hanc potestatem resuscitandi causam mortuam,sicut Christus Lazarum resuscitauit à mortuis, latè hanc materiam ponit Pascal.de vir pat.pot.cap. 8.par.1.nu.213.& si potest plnries insufflari spiritus vitæ,vid.Capic.dec.165.& Gram.dec. 69. & quando per citationem ad sententiam perpetuatur instantia.

Instantiæ peremptio non datur in executiuis,quâdo executio sententiæ fuit petita officio iudicis, & nô per viam petitionis actione in factum pro executione sententiæ, & triennium currit à die petitionis,seu libelli præsentationis, & tunc dicitur instantia perempta,Affl.in dec.346. per totum,& nu.12.

Instantia perempta in criminali,an restauretur, sicut in ciuili,si per lapsum triennij accusator desistit ab accusatione,quia tacitè videtur destitisse ob suam negligentiam, & amplius non auditur,l.abolitionem C. de adult. l. is ad Turpillianum,& l.fin.eod tit.Capic in dec.206. n.4. & 5. & sic non restauratur per insufflationem spiritus vitæ,vt est in causa ciuili, & perempta iustitia,non potest allegari exceptio litis pendentiæ, Merlin.in cap.81.forens.contruuers n.6.

Instantia perit in criminalibus per biennium, & perempta,nullum ius remanet parti,sed querelator excluditur, in ciuilibus remanet actori litiganti ius,& actio per quem de nouo agere potest,& libellum præsentare, Gram.in vot. crim. 31.nu.4.l.abolitionem C.de adulter. nec instantiæ peremptio datur in causis fiscalibus,& ecclesiasticis vot.prædicto,nu.17.cap. pen. de iudic. vid.Pascal.de vir.patr.pot cap.8.par.1. vbi latè.

Institutio hæredis fieri non debet ad alterius interrogationem, Vrsill.ad Affl.in dec.143.nu.2.

Instituere tenetur pater in suo testamento filios suos iure institutionis,non iure legati,& si filia est maritata, potest in aliquo institui, puta in duodecim imperialibus,secûdum Boer. in dec. 267. col. 3. vna cum dote sua, glos. in l.3.§.sed sed verum in fin & ibi Bar.Bald.Angel.& cæteri ff.de minor.l.omnimodo C.de inoffic.testam. & quando pater relinquit duobus liberis institutis,& alijs,dicit relinquo,&c. videtur illos esse etiam institutos in illos decem, & sunt instituti alij liberi generaliter,& non apprehendunt decem iure legati,sed iure institutionis dec.prædicta in fine.

Institutus quando decedit ante mortem testatoris eum instituentis,vide in litera testator, & in litera hæres.

Institutio non valet,siue testator esset in côiunctione naturali,siue ciuili, l.si pater, & l.cum apud ff.de hæred.instit.& l.eum quam,vbi etiam glos. not.C de fideicom.

Insinuatio in donationibus excedêtibus summam ducatorum quingentorum hodie non requiritur in Regno,quia recessit ab aula,& proceditur sola facti veritate inspecta, & quod donatio fit vera,&c.de Pont in cons.82.nu.2.& 3.& est mera iuris subtilitas,& ei non potest renunciari,vt hodie faciunt Notarij in contractibus.

Instrumentum non stipulatum de facie ad faciem, nôn habet executionem personalem,seruata forma Rit.M.C.V.166.sed si est instrumentû censuale,vel factum in forma Cameræ per procuratorem expeditur citatio ad dicêdum causam quare non debet contra eos exequi, Capibl. de auctor.baron.par.2.cap.67.nu.12.

Instrumentum quomodo liquidatur, vide Galter. in sua pract.crim.instrum.par. 2.nu. 2. consider. 4.in Add.& fit liquidatio sequenti forma; Reassumpto instrumento in forma probante, cum

suis sollemnitatibus præsentatur actio, expeditur citatio super tenore dicti instrumēti, & personaliter, vel domi suæ solitæ habitationis, cum relatione nuncij coram tribus testibus nominatis in citatione, seù relatione, & si sciunt scribere cum eorum subscriptione, si citatio sit extra territorium, si vero intra, soli nuntio creditur, & facta dicta citatione expectatur terminus appositus in ea, facta tamen relatione, & postea accusatur prima contumacia, & si est factum die sequenti iuridico, fit mentio de impedimento dicti festi, & expectatur dies feriatus, & postea accusatur vltima contumacia Curia sedente pro Tribunali, sed in M.C.V. sedente pro Tribunali non fit, nisi bis, vel semel in hebdomada, & accusata prima contumacia, expectatur triduum integrum, & elapso triduo, seruat M.C.V. quod si citatio est facta infra terminum, accusatur vltima contumacia, quandocunque fit liquidatio, si vero liquidatio fit extra territorium, vel accusatur vltima contumacia, quādocumque per duos menses, alias citatio expirat, Affl. in Cōst. Regn. Accusatorum 4 not Rit. M.C.V. incip. Item nota, quod si feci citare, & si creditor liquidans est infirmus, ducatur personaliter in sede, vel vehiculo in banco iuris, & si est carceratus extra carceres, si vero est mulier honesta in propinquiori Ecclesia, alias in Palatio Curiæ, secus est in debitore infirmo, pro quo admittitur accusatio, dum coactus, non autem sponte venit, Galter. loc. cit. nu. 7. Et sic quando Monialis liquidat, accedit actuarius in Monasterio ad eam interrogandam, dum non potest à Monasterio exire, vide Franc. Ant. de Iud. Robert. in suo tract. de liquid. instr. 4. considerat. nu. 38. dicit, quod in citatione reus potest citari cum clausula liquidandi infra mensem si est in territorio, si vero est extra territorium, vt supra infra duos mēses, & requiritur postea reus, & non expectatur triduum latè in eo.

Instrumentum guarentigiatum est illud, quod est firmitatis, & precisum, cui omnino standum est, idest liquidum, & hoc apud Tuscos, Bald. in cap. 2. de leg. corrod Frāc. Ant. de Iudic. Robert. in tract. de liquid. instr. fol. mihi 364. num. 5. considerat. 2.

Instrumenti liquidatio fieri non potest creditore infirmo existente, per accessum iudicis in domo creditoris, secus est in debitore infirmo, quod iudex debet accedere in eius domo, & fit liquidatio, de Franch. in decis 676. nunc est Regia Pragm. & fit liquidatio cum procuratore, & cū eo proceditur.

Instrumentum non potest accusari via Rit. & cum eo procedi si est in certa papira, quia debet esse in pergameno, Bal. in l. fi. ff de edict. diu. adr. toll. Frecc. de præsent. instrum. in suo prohemio n. 1. Constit. Regn. incip Instrumentorum robur.

Instrumentum non viciatur per omissionem Diuini nominis, dummodo non sit cōsuetudo in contrarium, Petr ad Gram. in dec. 106. nu. 7. & aliquid cōtinens in margine sine die, non probat, nu. 8. & reassumptio instrumēti fieri debet, cum omnibus illis cassaturis, quæ sunt in protocollo, & quomodo reassumatur instrumētum per aliū Notarium, & quæ requirantur, & si potest in protocollari facere, vel leuare instrumentum notarius per alium notarium, vide Petr. in dec. 106. nu. 8. vsq; ad num. 11.

Instrumentum in Regno habet executionem paratam in bonis, & personis, & contra illud aliqua exceptio non admittitur, nisi in vinculis, debitores causam dicant, de Franch. in dec. 657. num. 3.

Instrumenta nouiter reperta, & ignorata rescindunt etiam sententiam transactam in rem iudicatam, Vrsill. ad Affl. in dec. 356. nu. 3.

Instrumentum venditionis, & donationis est nullum, nisi possessio sit tradita infra annum ex cō suetud. Neap. Vrsill. ad Affl. in dec. 299. nu. 2.

Instrumentum quando reassumitur à protocollo notarij mortui, fit reassumptio citata parte, vt sit liquidum, & vt possint extendi clausulæ in eo adiectæ, & cætera de Franch. in dec. 567. n. 2.

Instrumenti pro eius stipulatione, tenetur soluere notario emptor annui reditus, qui eius cōmodum tractat, non debitor, sed si est in mora soluendi quando reassumitur, tenetur debitor soluere notario facturam instrumenti prædicti, Affl. in Const. Regn. incip. Baiulos nu. 32. Troyfius super Rit. M.C.V. 166. nu. 1. Thor. in compend. dec. Regn. par. 1. fol. mihi 201. col. 1. verbo expensæ.

Instrumentum promissionis dotis potest per maritum liquidari, de Franch. in dec. 366. Carau. super Rit. M.C.V. 167. Frez de liquid. & præsēt. instrum. par. 12. quæst. 2. Petr. ad Gramm. dec. 58. num. 7.

Instrumentum simulatum, non est instrumentum, & ad opponendum exceptionem simulationis contractus requiritur absolutio à iuramento, Petr. ad Gram. in dec. 45. nu 1.

Instrumentum confectum extra Regnum, ad hoc, vt in Regno fidem faciat, necesse est habere fidē officialis illius loci, quod ille, qui confecit instrumentum est notarius, & fides debet esse signata cum sigillo Officialis, & cautela est, vt instrumētum signetur cum tribus signis aliorum notariorum, Vrsil. ad Affl. in dec. 251.

Instrumentum hodie liquidatur per generum contra socerum suum, de Franch. in dec. 366. nu. 12. quia ipse videtur insolidum obligatus in dote genero suo.

Instrumentum cancellatum penes debitorem repertum solutum, & satisfactum, dummodo debitor non sit persona domestica domus creditoris, vnde habere cum potuisset, de Franch. in dec. 361.

Instrumentum confectum per notarium vassallum, non facit fidem, de Franch. in dec. 118. n. 1.

Instrumenta habent paratam executionem realē, & personalem, elapsis annis viginti, quia dictum tempus viginti annorum numeratur à die, quo potest instrumentum liquidari à die captæ promissio-

missionis, non autem à die celebrati cõtractus, de Franch. in dec. 341.

Instrumentum cõfectum infra vnciam, debitor interrogatur à iudice, & fit ei præceptum, si confitetur, condemnatur, quod soluat, si est suspectus arrestatur, si satisfactionem allegat, recipiunrur testes, Scaglion. super Rit. M.C.V. 163. num. 47. & 48.

Instrumentũ diuisionis debet remanere penes fratrem maiorem, Petr. ad Gram. in dec. 7. nu. 12.

Instrumẽtum liquidum potest liquidare cessionarius, qui pro censu annuo prædicto habet iura cessa, latè de hoc facit mentionem Rit. M. C. V. 166. in fin. vbi refert decis. S.R.C.

Instrumentum, si sunt transacti viginti anni, non potest liquidari, Rit. M.C.V. 167. nu. 1. à die quo liquidari poterat.

Instrumentum in quo notarius est mortuus, iudex, & ex testibus illius, duo viuunt, vel si vnus tantum testis, vel si omnes, & solus notarius potest instrumentum prædictum reassumi per alium notarium in forma probante per Constit. Baiulos, non per Constit. Instrumentorum robur, qui vult, vt præsentetur cum omnibus requisitis sollemnibus, omnibus viuentibus, Capic. in dec. 29. per totum.

Instrumentum excedens libram auri, tres in eo sũt necessarij testes, si vero citra librã auri duo, Capic. in dec. 29. n. 2.

Instrumentum dotale, si omnes sunt mortui, notarius iudex, & testes, potest reassumi, si sunt manu iudicis subscripti omnes cõtractus in dicto protocollo sistentes, an non, Capic. in dec. 171.

Instrumento requiritur vltra notarium iudicem ad contractus, tres testes, si libram auri excedit, alias non tenet, Vrsill. ad Affl. in dec. 166. n. 4.

Instrumentum, vel testamẽtum de falso accusatum, non potest notarius illud reassumere, donec fuerit per S.R.C. prouisum, exhibito originali instrumento, & examinatis testibus, si deponunt pro testamento, potest reassumere, alias nequaquam, Vrsil. ad Affl. in dec. 165. n. 1.

Instrumentum non potest præsentari secundum formam Rit. M.C.V. nisi præsentans demonstret in promptu adimpleuisse omnia ex parte sua, Vrsil. ad Affl in dec. 154. n. 7.

Instrumentis confectis extra Regnum non creditur, nisi cum fide auth. iudicis ordinarij illius loci notarij asserentis, notarium ipsum esse publicum, & fidelem cum sigillo, Affl. in Cõstit. Regn. incip. Instrumentorum robur n. 20. l. computationes illæ C. de fid. instrum. Carau. in Rit. 188. Franc. Ant. de Iudic. Robert. in tract. de liquid. instrum. nu. 00.

Instrumentum, quando quis dicit sollemnitates in eo deficere, auditur extra carceres, quando testes admissi non sunt omni exceptione maiores, præstita cautione de stando iuri, & si non probat, præsententur tunc instrumenta, seruata forma Rit. M.C.V. Affl. in Const. Regn. incip. Instrumentorum robur.

Instrumentum quando constat esse vsurarium, nõ potest præsentari, iuxta formam Rit. M.C.V. sed remittitur iudici ecclesiastico, & iudex ecclesiasticus potest inhibere iudici ecclesiastico, vt ipsum liquidum non habeat, Vrsil. ad Affl. in dec. 34. n. 5. & 6.

Instrumenta quæ hodie fiunt in Regno habent clausulas ordinarias, quod in casu solutionis possit creditor auctoritate propria capere bona debitoris, eaque accipere, & vendere absque iuris sollemnitatibus, quia constituitur se precario nomine possidere, creditoris nomine possidet, de Franch. in dec. 80. Pragm. 1. de censib. & de assistentia, quæ incipit assistentia.

Instrumentum non liquidatur, quando apponitur, quod excedit terminum viginti annorum à die natiuitatis contractus, Carau. super Rit. 166. num. 21.

Instrumenta reassumpta non probant de iure communi, nisi sint in pergameno, & nisi sint apocæ, & anteapocæ, quæ probãt vt instrumenta, Arn. in differ. 25. cap. cum dilecta §. nos igitur attendentes, de confess. vtili vel inutili, Constit. Regn. incip. Consuetudinem, Rub. de instrum. confisca.

Instrumenrum est probatio probata, & nõ probatio probanda, Gram. in dec. 163. n. 45.

Instrumentum contra clericum liquidatur in Curia ecclesiastica, & non adest ibi pœna, sed habet paratam executionem, Carau. super Rit. M. C.V. 166. n. 44. ni fallor.

Instrumentum debet stipulari de facie ad faciem, vt sit liquidum seruata forma Rit. M.C.V. 166. & Vrsill. ad Affl. in dec. 44. n. 6.

Instrumentum blandis verbis confectum valet, dũmodo preces importunæ non interueniant, quæ habent vim mandati, sed prohibitionis testari, Vrsil. ad Affl. in dec. 69. n. 1. & 2.

Instrumenta confecta extra Regnum non possunt in Regno liquidari, nec instrumenta Apostolica, nisi facta fide legalitatis notarij, & quod non sit multum longinquum, Carau. super Rit. M.C. V. 163. num. 45. vbi Scaglion. Afflict. in dec. 245. & 251.

Instrumenta quæ duo reperiuntur scripta in vna causa, primum scriptum intelligitur primum celebratum, Bal. in 1. Const. Cod. §. quibus nu. 9. vers. 7. nota.

Instrumentum inualidum, non dicitur instrumentum, l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. & instrumentum potest pro tota summa in eo contenta liquidari contra debitorem, etiam facta in parte debiti solutione, Ric. M.C.V. 187. & non diminuitur ius creditoris in dicto instrumento.

Instrumentum deperditum qualiter probetur, glo. in l. sicut iniquum C. de fid. instrum. in quam vid. Mant. in cons. 72. n. 35. Add Bald. in l. fi. in fi. supra de eden. & glo. in cap. cum olim lo primo extr. de priuileg. & pro materia vid. quæ latè cõgerit Aym. de antiquit. tempor. par. 1. sectione, viso de verbis enunciatiuis per totam, & sect. seq. & an scriptura priuata trino teste notata præualeat instrumento, Socc. in cons. 274. col. 7. vol. 2. vers. circa certum, & an ad inducendam hypo-

hypothecam,satis sit testibus probari, Anchar. in q.10 n.1.par.1.Add.noua,& scriptura priuata trino teste notata praeualet publico instrumento posteriori in hypotheca, vide Vrsill.in dec.Affl.271.& vt priuata scriptura probet requirit comparationem literarũ, l. comparationes C.de fid. instrum. an autem fine comparatione probet,& quae requirantur,vide per Socc. in conf.274.col.5.verf.2. principaliter vol.2. & plene per Aym.in allegato tract.par.1. sectione, quaeritur etiam n.65.vbi plura notabilia,ad quã semper recurre in materia comparationis,& ex quibus scripturis fiant comparationes, glos.in auth.ad haec C. eod. & quod dicitur in l.cum quidam C.eod.quod allegans se instrumenta perdidisse debet iurare, Add.quomodo intelligitur,& procedat,videndũ M.Ant. Boue in tract. de effect.iuram.in 53. effectu primi vers. quinto principaliter:vbi facit differentiam inter conuẽtum officio iudicis,& iure actionis, de quo vide Alex.in conf.58.vol.1.& in conf.19.vol.2. Rol. in conf.44.in princ.vol.1.vbi multa, & Affl.in dec.330.

Instrumentum publicum faciens mentionem alterius instrumenti non facit fidem, nisi exhibito illo,auth.si quis in aliquo documento C.de edẽ. Fallit in priuilegio,vel rescripto Principis faciẽte mentionem de aliquo,quod ei creditur, licet non producatur. vt tenet glos. in cap. si Romanorum,super verbo definit 19.dist. Boer.in dec. 247.n.13.

Instrumentorum appellatione venit sententia, & scriptura priuata,nedum obligationes, Mastrill. in dec.Sicil.25.Crauet.de antiquit. temp. par.1. n.145.Bar.in l in fraudem §.neque ff. de iur.fisc.

Instrumenti liquidatio hanc materiam latè ponitur per Ricc.in coll dec.152. & quomodo proceditur,& liquidatur instrumentum contra infirmum,vide Merlin.in cap.73.forens.controuer.& Prag. die 21. Ianuarii 1632.cap 8.quod proceditur contra procuratorem cum speciali mandato ad comparendum cum clausula iurandi in anima constituentis,& mandatum debet continere specialissimè expressionem causae,& personae.

Instrumentum non dicitur totum vitiosum, ratione partis vitiosae,not.glos.in l.si ex falsis in verb. firmis C. de transact. Add. viden. Alc. in l. 1.§. sed & si mihi,nu.43.& seq.ff.de verb oblig. & limitant ibi per eum, & latè quid de falsum deponente super aliquo Cap.Add.quod de falso quatuor modis argui potest, vt in glos.in verbo ciuiliter in d.l si ex falsis.

Instrumenta communia inter nobilem, & plebeiũ, potius apud nobilem sunt deponenda, Tiraqu. in tract.de nobilit.cap.29.nu. 174. & multa per Barbat in conf.90.col.2. vol.7.

Instrumentum praesumitur fraudulentum,& simulatum, quando in eo apponuntur clausulae insolitae,& inusitatae, & si probatur contractus simulatus, dicitur etiam simulata renunciatio simulationis,Bar.in l.nemo potest vers.2. quaero an renunciatio n.11.ff.de leg.1.Cepoll. in tract. Simul contr.praesump.26.col.2.vers.sed circa praedictas,Socc.iun.in conf.62.nu.6. vol.2.

Instrumento consueta,& solita apponi,licet non appareant apposita, semper apposita censentur, Socc.in conf.101. vol 3.

Instrumentum factum per pupillum, & minorem absque tutoris,vel curatoris consensu, est nullũ, Thesaur.in dec.23. n.4. & instrumentũ guarentigiatum est illud,quod habet executionem paratam, idest quando instrumentum est liquidũ, & sic etiam testamentum habet paratam executionem,Thesaur.in dec.praedicta n.10.

Insula Melitae est pars Regni Siciliae, concessa in emphyteusim à Carolo Quinto Religioni praedictae, & habet in ea directum dominium Rex noster Catholicus, Merlin.in cap.96.n.18. refert forens. controuers.

Insultus factus punitur poena legis Iuliae de vi public.tam si fuerit poena relegationis in nobilibus,quam relegationis in ignobilibus, Gram.in conf.crim.43.n.6.

Insultans,vel agrediens aliquem, & insultatus venientem contra se percussit, quasi lethaliter, an possit vulneratus capi,& carcerari,dum praesumitur fecisse ad sui defensionem,vt ipsi insultato licet,& si propter vulnus carcerari non poterit relaxatur sub fideiussoribus, & si fideiussores nõ habet,vel praestare nolit,quos praestare debet,potest suis sumptibus sibi adhiberi custodia,sed familia Curiae,vt ipsum custodiat vsque ad recuperatam salutem,vt possit postea se praesentari, Gram.in conf.crim.55.n.10. & 56.n.8.

Insultus coadunatis hominibus sine armis,& vnus tantum cum armis, ex officio punitur, Petr.ad Gram.in dec.17.n.5.

Interdum accipitur pro vno mense l.diuortio, vbi Alex.n.10.ff sol.matr. & vt plurimum accipitur pro triduo l.fin.§ illico,vbi Ias.C.de iudic. Merlin.in cap.96.nu.13.forens.controuers.

Interesse probatur per testes,si petatur ex dolo alterius,tunc enim per sacramentum probatur, l. vnic.C.de sent.quae pro eo,& l.semper §.in hoc ff.quod vi aut clam,habetur per glo. in §. fi. in verbo probare,instit.de verb.oblig.

Interesse, & vsurae debentur marito, etiam de bonis mobilibus,in dotem sibi consignatis, tex.in l.fi.§.praeterea sancimus C.de iur. dot. Alex.in conf.74.par.5.Giurb late in dec.Sicil.72.

Interesse,haeredes mariti, vel patris petere nõ possunt de dote patri promissa, & non soluta, dum post mortem interesse, praedicta censentur per testatorem remissa,Alex.in conf.74. par.5.l.cum quidam §.diuus ff.de vsur.l.fi.§.praeterea sancimus C de iur.dot.quia iniustè petuntur vsurae, propter longitudinem temporis,Ias.in § fuerat, instit.de actio.n 30.Bal.in conf.474. vol. 3. post biennium à die ductionis puellae, Alex. in cons. praedicto,Dec.in conf.571. lib.3.

Interesse,siue vsuras praestare tenentur condemnati post tempus quadrimestre, ad illam quantitatem,ad quam fuerunt condemnati, quae vsurae rei

rei iudicatæ appellantur, suntque certissimæ, & debentur non ex tota summa, & sorte vsurarum in condemnationem deducta, Fab. de Ann. in cons. 48. nu. 1. & 2.

Interesse siuè debentur Iure actionis, siue officio iudicis, non tolluntur spatio triginta annorum, etenim dispositio l. cum quidam §. diuus de vsur. Hodiern. ad Surd. decis. 240. Inducens præsumptionem tacitæ remissionis ad præscribendum ob cursum decenij, hoc procedit in vsuris odiosis, Gratian. in dec. 46. in Add. nu. 5. vide retro in verbo fructus.

Interesse alterius interesse nunquam debetur, de Franch. in dec. 254. nu. 14. sed per tex. in l. fin. C. de vsur. rei iudic. disponit, quod cōdemnati post tempus quadrimestre, tenentur præstare vsuras quantitatis, ad quam fuerunt condemnati, quæ vsuræ rei iudicatæ appellantur, & sunt certissimæ, ac etiam interesse tertiarum deberi, & licitè S. C. ad illud interesse condemnari solet debitores morosos, quia tertiæ principaliter debentur, & non necessariæ, Pisanell. in Add. ad dec. Affl. 291. & pariter Vrsill. nu. 6. Vinc. de Ann. in sing. 261. & Ann. filius in cons. 48. Socc. in consil. 41. volum. 4.

Interesse, & vsuræ dotium promissarū, semper debentur marito substinenti onera matrimonij, à die quo dicta onera matrimonij substinuit, & quando est adiecta certa dies solutionis, illa certa interpellat pro homine, cap. potuit de locat. l. magnam C. de contrah. & committ. stipul. l. si fundum ff. de verb. oblig. l. troitititiæ ff. de actio. & oblig. l. 2. C. de iur. emphit. & à die præfixæ solutionis incipiunt currere vsuræ dotis per lapsum diei, currit mora regularis, quia si certa dies non est adiecta, tunc interpellatur dotans, & vsuræ debentur, Viu. in decisio. 423. & 425. & quod maritus recipiendo sortem principalem dotis, nulla facta protestatione vsurarum decursarum sibi debitarum, sibi præiudicat absque difficultate, & censetur eas remittere, Ias. in l. certum capere n. 6. ff. de eo, quod cert. loc. Socc. sen in cons. 18. nu. 4. vol. 1. & dictæ vsuræ, & interesse dotium fuerunt taxatæ per S. C. ad rationem octo pro centenario, Add. Hodiern. ad dec. Surd. 240. nu. 2. & 3.

Interesse tertiæ seu vsuræ non possunt in capitalem conuerti, faciendo creditor nouum instrumentum cum suo debitore, nisi facta prius vsurarum solutione per debitorem creditori suo, & postea creditor debitori suo mutuauit dictam pecuniam tertiarum, quia mutuatione facta cessat nomen vsuræ, Thor. in cōpend. dec. Regn. in illo interesse, fol. mihi 298. col. 2.

Interesse dotium à promissore debentur, & fructus in tempore non soluti, & dote in tempore solui promissa, etiam si infra decennium petitæ non fuerint debentur, Ricc. in coll. dec. 2246. Gratia. in dec. March. 246. nu. 14.

Interesse liquidatur ad rationem nouem pro centenario, etiam in causa mutui, de Franch. in dec. 23. num. 9. & bona reliqua pro dote principali sunt etiam obligata pro eius interesse, & qui est prior in tempore pro sorte principali præfertur etiam pro eius interesse, Pascal. de patr. pot. par. 2. nu. 40. & 41. l. Lucius ff. qui potior. in pigno. hab. Cacher. dec. 129. Neguſ. de pignor. 2. mēbr. par. 9. nu. 10.

Interesse dotis non solutæ etiam lite pendente debentur mulieri egenæ, & pauperi, & interesse pasti, etiam mariti hæredibus debētur, & viduę, Vrsil. ad Affl. in dec. 93. & 284.

Interesse soluitur ob moram contractam, quando debitum, & pecunia non fuit in tempore soluta, & quis fuit coactus facere mutuum cum interesse, & est in solito negotiari tantum, Vrsill. in dec. 20. nu. 5.

Interesse tertiarum hodie S. R. C. condemnat morosos debitores in dies, de Franch. in dec. 254. n. 13. & sic ad rationem quinque per centum, Allegat. Theodori 5. nu. 8.

Interesse tertiarum debetur per debitores morosos suis creditoribus, quando excedit summam ducatorum centum, solet S. R. C. illos morosos debitores cōdemnare ad rationem ducatorum septem pro centenario, de Franch. in decis. 254. nu. 13. & 14. Thor. in compend. dec. Regn. in verbo interesse fol. mihi 298. col. 2. cōcludit Vrsil. ad Affl. in dec. 291. nu. 6. idem Thor. par. 1. in verbo interesse fol. mihi 287. & prelatio quæ datur creditori in sorte, datur etiam in vsuris, ad tex. in l. Lucius Titius ff. qui potio. in pignor. hab. de Pont. in dec. 34. Mastrill. dec. 119. nu. 2. Merlin. c. 43. forens. controuers.

Interesse tertiarum liquidatur ad rationem decem pro centenario, Thor. in compend. dec. Regn. par. 1. fol. mihi 287. in verbo interesse, & Theodor. in sua alleg. 5. ni fallor tenet contrarium, quod liquidetur ad rationem quinq: per centum.

Interesse antefati mulieris debetur, sicut debetur marito interesse dotis, quia vxor, & vir sunt correlatiua, & debentur ad rationem quinque pro centenario, & sic debetur interesse alterius interesse ascendens summam ducatorum centū, Vrsil. ad Affl. in dec. 291. nu. 14.

Interesse dotium per virum non petitum, longissimo tempore elapso, morte concurrente, censetur potius remissum, sed non repetitione in eius vita hæredes minime ipsum repetere possunt, Pet. ad Gram. in dec. 70. n. 2. Cacher. in dec. Pedem. 131. in contrarium tenet Vrsil. in dec. 284.

Interesse pro lucro cessante inducitur ad rationem quinque pro centenario, & hoc est de stylo S. R. C. vel ob damnum passum ad maiorem rationē Theodor. in alleg. 5. n. 8. Corn. in cons. 295. Surd. in dec. 328. nu. 7. & hoc est de interesse tertiarū.

Interesse aliquod in mutuo potest recipi post retardatam solutionem, Rouit. super Prag. 1. de vsur. num. 32. Bertazol. in cons. crim. 2. num. 20. 21. & 35.

Interesse mariti quando est plus, quam sunt onera matrimonij, dum maritus fuit passus plus damnum

num

num emergens pro eo, qui pecunias sibi debitas pro dote non habuit, vel cum esset mercator passus fuit interesse lucri cessantis, & sic maritus tale interesse contra debitorem morosum petere potest etiam, quod excedat onera matrimonij, idem est in venditore, quando est mercator, & interesse excedit fructus rei venditæ, contra emptorem morosum, in soluendo pretium rei emptæ, vel possessæ, Bald. & Hostiens. in tract. de dote par. 7. 3. speciali, Plot. de in litem iurando §. 11. nu. 21. & contra talem morosum debitoré maritus non potest in litem iurare, & an marito debeatur interesse, & an ipsa in casu dotis potest in litem iurare, aut dos mulieris consistebat in fundis dotalibus datis inæstimatis in dotem, vel æstimatis, cum pacto tamen, quod remaneant fundi dotales, & tunc mortuo marito statim nõ expedito anno, debent hæredes instituere dictos fundos dotales, verum fructus primi anni luctus debent restitui vxori, l. 1. §. exactio C. de rei vxo. act. Bald. in l. diuortio, vbi Ias. col. 4. num. 18. vel circa ibi sed aduerte ff. sol. matr. tamen de fructibus fundi dotalis anni, quo minus est mortuus, fiat diuisio inter vxorem, & hæredes mariti, secundum d. l. diuortio, & l. de diuisione ff. sol. matr. & si hæredes mariti dolo malo, vel p fraudem, aut calumniam recusarent, mulieri relaxare fundos ipsos dotales cum fructibus, vel dolo malo desierint ipsos possidere, tunc mulier potest iurare in litem contra ipsos hæredes ex eorum dolo, calumnia, vel fraude, sicut potest contra maritum, & ex ipso iuramento, res, pretium, quantitas, fructus æstimatio, & omne interesse mulieris probatur, l. si filiofamilias §. maritum ff. sol. matr. & hoc illum fundum, quem hæres in hæreditate reperit, Plot. in loco citato nu. 23.

Interesse partis in iudicio maleficij incidente, non posse pronunciare iudicem maleficiorum, nisi pœna ordinaria criminis veniat irrogãda, quando esset conuictus, vel confessus, sed quando venit extraordinaria pœna condemnãdus post torturam, condemnatur in expensis, si venit absoluendus absoluitur ab expensis, nec interesse debetur parti ob exculpationem damnum passi nu. 31. cap. 19. Merlin. in controuers. forens. nec inditia grauia euacuantur per torturam, quãdo reus non est confessus, semper condemnatur, & sic ad remigandũm per quinquennium.

Intellectus legis debet esse certus, l. 1. §. quibus C. de nou. Cod. fac. vnde cõsequens est, quod varietas lecturarum reddit legem incertam, dubiam, & obscuram, l. leges sacratissimæ, & ibi glos. C. de leg. & ideo ff. eod. quare si iudex alteram ex ipsis sequatur, excusandus est, dummodo illa nõ sit euidenter reprobata, vt Salic. in d. §. quibus, & quod leges debent ab omnibus intelligi, fallit in minore, muliere, & rustico, ita glos. notab. in auth. de incest. nupt. §. 1. vers. sciens, quam putat not. Angel. ibi in princ. & eam reputat singularem, Franc. Tigri in l. vnic. C. de in ius voc.

Intellectus vitiosus tacitè non subintelligitur, glos. & iura ibi alleg. pro ea, in l. Titia §. 1. ff. de verb. oblig.

Intentio, vel oratio vbi est ambigũa interpretati pro proferente, l. si quis intentatur ff de iudic.

Interdictum recuperandæ, petendæ, adipiscendæ, & conseruandæ possessionis, materia hæc latè refertur per Ricc. in collect. decis. 2179. 2180. & sequen.

Interdictum locale potest suspendi ab eodem Episcopo, qui illud tulit, ad tempus tantum cum causa, & reuocatur cum reincidentia, & elapso termino præfixo, iterum reincidit in excommunicationem, & si suspensione durãte appellatur, erit suspectus, quousque durauerit appellatio, Montemar. in sua pract. Cur. Archiepisc. Neap. in cap. 27. nu. 7. fol. mihi 198. Abb. in cap. ad hæc de appellat.

Interrogatio testium, vid. in verbo Conclusio, vbi latè, & iudex potest facere interrogationem, tam ante, quam post litem contestatam, l. vbicumque ff. de interrog. actio. l. de eius, l. age 4. not. tit. cod. de Franch. in dec. 263. nu. 10. sed post conclusum in causa est præclusa via litigantibus, potest tamen iudex ex officio admittere, si vult, Bar. in l. 1. col. pen. C. sent. rescind. non poss. sed non admittuntur in litis decisionem, sed solum fiat causa præparandi iudicium.

Interpetratio non fit in criminalibus libellis, vt fit in ciuilibus, & mistis, qui libelli criminales, sunt strictè intelligendi, & ciuiles debent omnes clausulas exponere, locus, tempus, Vrsill. ad Affl. in dec. 250. nu. 8. & 9.

Interpetrandi leges, & pacta, fundamẽtum est æquitas, l. si socius pro filia ff. pro soc. Bald. in l. si defunctus C. de suis, & legit.

Interuallum temporis de iure antiquo erat biduũ, vel triduum, hodie autem sumit decem dies, gl. in l. 1. § biduum ff. quand. appell. l. eos §. fin autẽ iuncta auth. hodie C. de appell. intra quod temporis interuallum si ab illa iudicis pronunciatione, seu sententia appellatum non fuerit, res iudicata, idest illa iuditij pronunciatio, tunc promulgata accepit, idest ex nunc tanquam ex tũc imposuit finem controuersiæ, Muscatel. in pract. ciuil. glos. demandatur nu. 3. par. 1. appellationis iudicij.

Iutestatus decedens redditur cõformis dispositioni iuris communis, ex qua dispositione primo vocantur proximiores, quia magis sunt dilecti morienti, qui magis eos diligebat, de Franch. in dec. 14. nu. 6. l. conficiuntur ff. de iur. codicill.

Introitus annuorum, vt hodie videmus, & pluries vidimus, de facili perduntur, & fallunt ex creditorum concursu, de Franch. in dec. 54. nu. 1.

Intrusio dicitur, quando quis vitiosè, & propria auctoritate beneficium Ecclesiæ possidet, & potest propria auctoritate priuari, & beneficio prædicto spoliari, Gram. in dec. 81. num. 12.

Inuentori laudabilior est, qui subtiliter factũ emendat, l. 1. vers. nam qui C. de veter. iur. enuclean.

Inualidum, quod ante fuit, non conualescit temporis diuturnitate, l. imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. l. si certis annis, C. de pact. auth. vt nulli iudices §. male, l. quod ab initio ff. de iure iur.

Inue-

Inuecta & illata in domum recte sunt hypothecata pro pensione domus, l. certi iuris, & ibi glos. C. locati, & l. item quia ff. de pact.

Inuecta & illata tacitè sunt hypothecata pro mercede locatoris, l. certi iuris C. locati, quod autē si fuerint ablata, an restituantur, & quod sic facit argumentum l. 1. ff. de his quę in fraud. cred. & vide quod remedium detur in casu isto, per Bart. in l. creditor in princ. infr. de pignor. & limita non procedere, quando inuecta essent moralia, ita Crot. in l. si constante num. 81. in fin. ff. sol. matrim. Limita etiam, & amplia alijs modis infinitis quæri, de quibus latissimè per Negusant. in tract. de pignor. in 4. membr. 2. part. nu. 133. vsque ad n. 155. circa id, quod dictū est de venalibus, declara vt per Ias. in §. item seruiana n. 51. instit. de actio. & per Couarr. in lib. 2. var. resol. cap. 5. & vide Villalob. in commun. opin. in vers. oblatio generalis.

Inuentarium tenentur conficere tutores, & curatores bonorum hęreditariorum suorum pupillorum, de iur. com. vbi testator prohibuit, sed contrarium seruatur hodie de iure Regn. Plot. de in lit. iuran. §. 5. n. 33. & in inuentario inserūtur, & describuntur nomina debitorum, & pro quarta summa, & cum tenore priuilegiorum, chirographorum, apodissarum, & omniū scripturarum, ita quod constare possit de valore ipsarum. & bonitate, Bar. in l. tutor qui repertorium ff. de admin. tut. l. fi. C. arbitr. tut. & quādo de eis non constat, iuratur in litem, etiam si obscurè constat, & describitur, & fit protestatio in inuentario, ne fiat error, ad euitandum ne hęres teneatur vltra vires hæreditarias, et pœna criminis expilatæ hæreditatis, non ponendo omnia bona, vel plus l. fi. de iur. delib.

Inuentarium tenetur facere mater tutrix, seu curiatrix, et sic eum facere tenetur curator datus furioso, Petr. ad Gram. in dec. 55. n. 13.

Inuentarium vnius non prodest alteri, nisi omnes hæredes vniti intersint; et se subscribant, Michael de Grassis in tract. de inuentar. seu successiam ab intestato, quàm ex testamento, in articulo Inuentarium quæst. 4. num. 19. & tex. in l. fin. §. si autem C. de iur. deliber. dicit, quod inuentarium debet confici infra tres menses, idest infra triginta dies, à die mortis tastatoris, & hæreditatis sibi delatæ debet incipi, & infra alios dies sexaginta finiri debet, aliàs si extra dictum tempus inuentarium inchoatur, & non finitur, non valet, quia sic fuit ab Imperatore dispositum, nec iuuat hæredi, vt non teneantur vltra vires hæreditarias, author Michael de Grassis loco citato quæst. 5. num. 2. & in omni inuentario debent interesse quinque testes, idest tres locupletes loco creditorum absentium, & duo testes vltra locupletes, prout idem author explicat in quæstio. 7. num. 2. & tempore dictæ confectionis debent nominatim citari creditores certi, & eos, qui de facili possunt certificari, sed non per citationem generalem per edictum, quæ sola non prodest & dictos creditores non citatos, hæres tenetur de proprio, neque ignorantia excusatur, Thor. in compend. decisio. Regn. in par. 2. in verbo hæres refert decisum per Sacr. Reg. Consil. & Capic. in decisio. 101. per totam, & inuentarium inceptum non infra dies triginta, sed infra dies sexaginta, & in die nonagesimo finitum, non valet, quæst. 5. num. 2. Et tempus inuentarij est continuum, & non potest abbreuiari, nec prorogari, loco prędicto refert quæst. 5. & inuentarium debet confici per publicum tabellionem.

Inuentarij confectionem non potest testator remittere, sed si iudex viderit pupillo expedire, potest iubere, vt fiat, Petr. ad Gram. in decisio. 55. num. 1. & potest iudex diuidere bona inter hæredes, non obstante testatoris voluntate, & propter longam patris absentiam, potest vendere bona patris, & filiam dotare, & alimentare.

Inuentarium confectum non citatis creditoribus certis, non valet, Vrsill. ad Affl. in dec. 262. n. 5.

Inuentarium fit infra tres menses à iure statutum infra quod sunt citandi omnes creditores, vt postea inuentario legitimè confecto, posset hæres vnicuique suo loco satisfacere, & aliter faciendo, in dolum incidit, & soluendo posteriori creditori de suo tenetur soluere, de Franch. in dec. 286. n. 8.

Inuentarium debet fieri in præsentia officialis, vel publici notarij, l. tutores Cod. de administr. tut. de Franch. in decisio 206. & potius mentarium, quam inuentarium dicitur, quia mentitur, et non fit cum subtilitate, vt debetur, et fieri requiritur.

Inuentarium non confectum per istam exceptionem, remouetur tutor ab administratione tutelæ, Vrsil. ad Affl. in dec. 256.

Inuestitura in feudum, seu Regium assensum impetrans, hodie de iure nouo quis habet annum, et diem ad ipsum impetrandum, sed de iure veteri com. feud. erat annus, et mensis, et istud tempus datur ad reuelandam mortem domini in Regia Camera, et vnito actu, datur nota introituum, et petitur inuestituram expediri, quæ est causa summarijssima, et vassallus, et dominus non debent ad imparia iudicari, de Pont. in cōs. 72. n. 6. et 9. vol. 1.

Inuitus nemo cogitur emere, vel vendere, l. inuitum C. de contrah. empt. Fallit tamen hoc in casibus in d. l. notatis per Bal. et Salic. et per Io. Fabr. et Aret. et alios in §. fi. instit. de his, qui sūt sui, vel alien. iur. Fallit etiam in his, qui fundos confines habent, qui interdum vendere coguntur, l. cum fundus ff de leg. 2. et l. et si equo, vbi glos. ff. de leg. 1. fallit etiam in vicino, qui latius ædificare vult, vbi id statutum cauetur, de cuius ratione multa per Corn. in consil. 29. lib. 3. Fallit etiam vbi Ecclesia est ædificanda, vel ampliandа, ita Gulielm. de Cun. et Florian. in l. si quis stipulationem, de relig. et sumpt. funer. Angel. et Bald. in l. 2. ff. solut. matrim. Anan. in

cap.ad apostolica extr. de iudic. Fallit etiam propter erectionem furcarum à Principe, vel ab alio factam, potest etiam quis cogi ad vendendum prædium, Alexan.Barto. Soccin in l. 1. colum. 11.ff.solut. matrim. Fallit etiam vbi quis possidet castrum vicinum castro Regis, maxime in limine Regni, l. quicumque castellorum, C. de fund. limitr. l. in nomine C. de offic. præf. pr.et. vide Hyppol. in singul. l. posterioribus singul. 157. M.Laudensis in lib. castris cap.6.

Italia est Prouinciarum Domina, glo.in l.fin.C.si ne cens. vel reliqu.

Iudicis præsentia facit cessare omnem suspicionē fraudis, l.2.C.de offic.ciuil.iudic.cap.in præsentia de renunc.

Iudicis potestas vltra id, quod in iuditium reductum est, excedere nō potest, l.vt fundus ff.com. diuid.in qua lege Add. Gram.in dec. 19.vbi ponit qñ sententia debet esse conformis libello.

Iudex audientiam denegat, nisi prius damna, & expensas resarciet, l.sancimus C.de iudic.

Iudices, Consultores, & minores assessores, & maiores, non possunt votare in causis, vbi sunt aduocati eorum coniuncti, & consanguinei, sub pœna contenta in Reg.Pragmat.1 de caus. decid.§.1.& 5.& Pragm.6.de Mun.offic. nec possunt recipere munera, nisi taxata in d.Pragm.5. nec per se, nec per interpositam personam, & consanguineum prædictum.

Iudex si errat in subtilitatib' iuris, nō est peccatū mortale, Bal.in l,3.col.3.C.quom.& quand.iud.

Iudex est tutela publica in medio posita, nec quis sua propria auctoritate ius sibi dicat, l. nullum C.de iudęis, Par.de Put.in rub.de offic. synd.

Iudex originis non potest punire originariū subditū, qui in alio territorio deliquit, nisi sit homicida deliberatus, & dolosus, quia tunc vbiq; punitur, sed punitur pœna extraordinaria, vt in falso teste delinquēte à iudice originis, vel domicilij, secus à iudice delicti, q est verè cōpetēs, & potior, de Franch.in dec.37. Thes.in dec.90. per tot.idē de Franch.in dec.66. dicit, quod iudex originis pōt inquirere ad effectū puniendi.

Iudex indebitè torquens inquisitū, punitur pœna carcerationis biennalis, & confiscationis tertiæ partis bonorum, Gram.in cons.crim.15.in fi.

Iudex licet non possit esse in causa propria, fallit tñ in causa notarij, Par.de Put.in tract.syndic.in verb.notorium col.1.prope fin. Cassan. in consuet.Burg.in rub.1.§ 4 nu.66. & 67. Marant. in suo spec.aur.fol.mihi 347.nu.29.

Iudicis incompetētia non statim allegatur, sed dēt pērmitti fabricatio processus nulliter, & postea malè fabricatus dicitur de nullitate, & sic iudicium lucratur, l.si per errorē ff. de iurisd. omn. iud.Gram.in vot.crim.18.n.19.

Iudiciū incipit à citatione, & per solam citationē dicitur lis pendere, & quod per citationē dicitur facta præuentio iurisdictionis, Bal.in rub.C. de in ius voc. l.si quis ex aliena ff. de iudic.l.si quis postea de iurisd. omn. iud. & l. si per errorem ff.de iurisd.omn.iud.

Iuditijs quasi contrahitur, l.3.§.idem scribit ff. de pecul.de Franch.in dec.136.in fi.

Iudex non debet recedere à iure scripto propter ęquitatem non scriptam, l.1.C.de leg. Add.vid. Ref.de Feder.in tract.de interpetr. iuram. par. vlt. nu.80. in 1.vol.tract. Franc.Balb.in tract.de præscr.par.1.q.5.n.15.vol.16.tract.Claud. Cantian.in tract.de offic.iudic.lib 1 cap.6 nu. 1.& seq.in vol.10.tract.Caccialup.in tract.de pensio. q.25.nu.5.vol.4.tract:

Iudicis præsentia in iuramento, & contractibus, supplet omnem defectū, & sollemnitatem, Thes. in dec.47.n.18.

Iudex potest ex officio, & quando sibi videbitur, interrogare principales, etiā post conclusionē, & sic testes ad declarationē retroactitatorū, Muscatell.in sua pract ciuil.par.7 gl cōclusio n.14, Marāt.in suo spec.p.4.dist.9.n.28.30.31. & seq. Bar.in rep.l.vbicūq; ff.de interro.act.n.1.& seq.

Iuditium vbi est ceptum, ibi finē accipere debet, l.vbi ceptum ff. de iudic. l.cū quidam puella ff. de iurisd.omn.iud.

Iudex componens inquisitum de crimine nō probato, in fine sui officij tenetur de extorsione, siuē concussione, l.2.§.fi.iuncta l.seq. cum glos.ff. quod met. caus.

Iudex non debet iudicare secundum suam conscientiam, sed secundum allegata, & probata, l. illicitas §.veritas ff.de offic.præsid.

Iudex non meret reuocari in quo non est iustitia, c.forus §.in omni de verb.sign.Affl in const.Iustitiarij nomen, & normam n.3.1. notab.

Iudex pōt iudicare sicut Princeps, & sicut Deus, qui non seruat ordinem iudiciarium, sm̄ Bar.in l.vnic.C.vt quæ des.aduoc.in fi.Gizarel.in dec. 65.nu.10.& ibi Add. de Angel. & penitus tollitur ordo iudiciarius.

Iudex appellationis non potest se intromittere in patrocinijs aduocatorū, & procuratorū, & corā eis præstitis, dū taxatio spectat ad iudicem primarum causarum, & executio illorum, Rouit.in Prag.1.n.20.de iudic.non turbun.

Iudex permittens aliquē indebitè carcerati, puniē in syndicatu, arbitrio syndicatorū, secundum personarū qualitatē, Pegue.in dec.Catal.74.n.1. Farinac.in trac.de carcer.& carcer.q.27. n.141.

Iudex quē condemnare debebat, & omisit, ad totale interesse tenetur, & sic tenetur parti, quādo malè iudicat, & si in officio deliquit, ꝓuidetur, quod amplius ad illud redire nequeat, & iudex magis delinquit in omittēdo, quam in committendo, Viu.in dec.365.per tot.& per Const.Regn.incip.In terra qualibet, vbi delictum omissionis punitur pœna vltimi supplicij, & delictū supplicij, & delictum cōmissionis punitur pęna publicationis omnium bonorum mobilium.

Iudex non potest esse in causa propria, vel arbiter l.1.C.ne quis in sua caus. sibi iudic. Viu. in sua decis.223.& hoc habet locū in iudice recognoscente superiorem, & quando quis rem suam iniustè occupatam, vel deperditam recuperare nequit

nequit, tunc quis a furto excusatur, & præsentia si retinet vsque ad mensuram debiti, & sic cuilibet licet rem alienam furare, æquiualentem rei suæ, quando ab aduersario epulonti, & potenti aliter recuperare non valet, Viu. in decis. præd. 223. nu. 5.

Iudex elegit medium in causa dubia, Vrsil. ad Afflict. in dec. 149. nu. 12. Dec. in cons. 42. pro facultate mea in 3. dubio num. 6. cons. 125. col. 3. Luc. de Penn. in l. vnic. col. 4. de irenarch. lib. 10.

Iudex ex causa potest compellere partes litigantes ad compromissum pacem, & concordiam, maximè quando coactum est intricatum, & diù litigauerunt, & etiam quãdo tractatur inter consanguineos, l. congruentius C. de patr. potest. Vrsill. ad Affl in dec. 149. num 8. 9. & 10. Capic. in dec. 13. & 141. idem Vrsil. in dec. 248. Dec. in cons. 445.

Iudex domicilij, vel originis, si præuenit in captura, nullo modo potest prætendere remissionem causæ iudex delicti, de Franch in dec. 88. nu. 5. licet principalior est forus delicti.

Iudices non vocent, nec interueniant, vbi filius, frater, vel consanguineus est, vel fuit aduocatus, Reg. Pragm. 2. de commissar. §. 12.

Iudex est minister Dei in terris, de Franch. in dec. 105. nu. 20.

Iudex delegatus potest torquere, & punire testem falsum pœna extraordinaria, non autem pœna ordinaria, Vrsill. ad Affl. in dec. 230.

Iudex potest articulos impertinentes reiicere ex officio, & quando facit decretum, & tale facto prouidet, faciat cum clausula, saluo iure impertinentium & non admittendum, Vrsill. ad Affl. in dec. 7.

Iudex laicus procedit per viam capitulorum Regni contra clericum procedentem in spolijs factis laico, & illius oppressione, quando tractatur de discussione titulorum, de iustitia causæ, sed de æquitate euidente iudices esse iudicis ecclesiastici procedentis parte inaudita, iuris ordine non seruato, alium spoliando, siuè sua possessione destituendo, & sic vt priuatus procedendo, Vrsil. ad Affl. in dec. 24. nu 10.

Iudicium fugiens, præsumitur de sua iustitia diffidere, Vrsil. ad Affl. in dec. 13. nu. 30.

Iudices annales fieri possunt per Ciuitates Litij, Cusentiæ, Capri, & Anacapri, Pragm. 2. de contract. fol. mihi 169.

Iudex delicti est potior, & potentior, quam iudex domicilij, & originis delinquentis, de Franch. in dec. 37. nu. 6.

Iudicis ecclesiastici interest, quod omnia legata in testamento condito per notarium Apostolicum exequantur, Affl. in Const. Regn. incip. Instrumentorum robur nu: 24.

Iudex torquens aliquem iniustè, si ex tortura tortus minimè fuerit mortuus, punitur pœna carceris biennalis, cap si iustè quis, Foll. in pract. crim. fol. mihi 157. nu. 10. vel carcerentur.

Iudex ex causa potest partes litigantes expellere ad concordiam, pacem, & cumpromissum, Vrsil. ad Affl. in dec. 149. nu. 8. & 9. & sunt exempla pro conscientia clientuum, & Aduocatorum iniustorum in dec. prædicta nu. 12. & 13.

Iudex mediũ elegit in causa dubia, Vrsill. ad Affl. in dec. 149. nu. 12. & hoc est positum per Dec. in cons. 42. pro facultate mea in 3. dubio n. 6. cons. 149. col. 3. Luc. de Penn. in l. vnic. col. 4. de iurib. fol. 10.

Iudices laici trahentes clericos ad eorum forum seculare, & Prælatos impediẽtes sua iurisdictione vti, incurrunt in Bulla Cœnæ Domini, refert hoc Montemar. in sua pract. Cur. Archiepiscop. Neap. in cap. 21. fol. mihi 111. nu. 1.

Iudex appellationis habet iurisdictionem ligatam coram iudice à quo pro causa sibi appellata, Petr. ad Gram in dec. 14. n. 5.

Iudex non debet iudicare secundũ suam conscientiam, si proprijs oculis videat suum subditum delinquere, & non adsunt testes, sed cautela est, quod renunciet domino causam iudicare, eũq: de facto informat, & eius expeditionem effugiat, & eius anima damnetur, Petr. ad Gram. in dec. 9. n. 11. & 12.

Iudici, & eius iussu est parendum, dummodo agat iustè, alias ei resistitur, & non est parendum, Vrsil. ad Affl in dec. 150. nu. 31. Par. de Put. in tract. syndic. in verbo resistentia. fol. mihi 30. Afflict. in Cap. Regn. incip. Item quod primo iustitiarij, Dec. in cap. 1. de iudic.

Iudex suum propalans votum proferendæ sententiæ, vel eam reuelans remoratur ab officio, Vrsil. ad Affl. in dec. 265. n 85.

Iuditium nullum, & nulliter citatus, si ipse comparet, iuditium conualidatur, Petr. ad Gram. in 1. cons. suo forjudic. n. 11.

Iudex promittens impunitatem delicti ad confessionem rei eruendam veritatis, hoc potest facere, dummodo sit iudex maior, non minor, seu inferior, qui guidaticum, & saluum conductum prædictum, non potest promittere, Petr. ad Gram. in quæst. 3. in fin. Affl. in Const. Regn. incip. Clementiæ in fin. nu. 21. & Affl. in dec. 4.

Iudex potest esse testis in gestis per eum, quando contra se deponit, de Franch in dec. 359. n. 7.

Iudicium factum cum defuncto, vel vno possessore, in eiusdẽ persona est finiendum, etiam si res per plures manus transierit alienata, executio tamen semper fit contra vltimo possidentem, de Franch. in dec. 264.

Iudicia non debent claudicare, l. si cum dies §. arbiter ff. de arbitr.

Iudex in iudicando debet tenere mitiorem partẽ in pęnalibus, l. sanctio legum ff. de pęn. Ias. in l. cunctos populos in 2. lect. 2. q. principalis, & in criminalibus, quando opiniones DD. sunt variæ debemus illam sequi, quæ mitiorem pœnam imponit, de Franch. in dec. 521. n. 11.

Iudex secundarum causarum, Baro illum habere debet in vna ex suis terris, quas habet in Prouincia, & quod non sit nimis longe per tex. in l. cum post sententiam, Cod. de appell. de Franch. in decis. 526. num. 10. sed distantia dicti iudicis

sit infra dietam viginti milliarium.

Iudex potest se interponere, vt filia patris dotetur absentis, Petr. ad Gram. in dec. 55. n. 6. & sic facere possunt eius affines, & iudex eam sequestrare potest apud se, vt matrimonium fiat absq; violentia.

Iudex iudicans contra communem opinionem, facit litem suam, & hoc non procedit si opinionem Doctoris sequitur insignis, vel sui praeceptoris, & si vnus Doctor refert plures opiniones vltimam approbare videtur Petr. ad Gram. in dec. 76. n. 28.

Iuditium quis mutuans in alio iuditio, vel causa punitur poena arbitrio iudicis hodie, sed prius puniebatur in causae amissione, quia iudicium ceptum coram vno iudice competenti, coram alio proponi non potest, licet vndecim modis limitet Felin. in can. ex tenore nu. 15. de rescript. Vrsill. in dec 354. nu. 1. Ias. in l. nulli prorsus C. de iudic. & hoc ne causae continentia diuidatur iudicium vbi ceptum est ibi finiri debet.

Iudicium formatur ex actione, quae actio oritur ex obligatione, quae est mater actionis, & finis iudicij est sententia, vide Pascal. de vir. patr. pot. cap. 8. par. 1. n. 78.

Iudex aliquem indebitè torquens, punitur poena mortis, siuè sit principalis, siuè testis tortus, Pet. ad Gram. in dec. 99. n. 3.

Iudex quis ius sibi dicens, lucrum legis amittit, de Franch. in dec. 678. n 2. l interdum §. qui furem ff. de furt.

Iudices locorum Regni, si moritur iudex, interim Consultorem sibi assumat: si vero Capitaneus moritur, vtrumque officium iudex exercebit, Pragm. 11. §. 15. de offic. iudic. fol. mihi 406.

Iudex ex officio potest procedere in illis casibus positis in Cap. Regn. incip. Ab illo inchoandum, & cap. vt deletus.

Iudices inferiores non possunt promittere impunitatem, & saluum conductum, nisi illis subiectis, & illis, quibus possunt facere gratiam, Affl. in Constit. Regn. incip. Clementiae nu. 21. Affl. in dec. 4. vers. finem.

Iudex domicilij an possit delinquentem punire in aliena iurisdictione, vid. pulchram dec. March. 179. vol. 2. Paris. in cons. 189. n. 16. vol 4. & quae not. Paul. in l. 2. §. omnes in fi. ff. de iudic. & Affl. in §. si iudice num. 12. de pac. tenen. Add. Io. de Amat. in cons. 60. nu. 5. vbi de delicto commisso extra territorium ius dicentis, non potest inquisitio formari, & in cons. 75. nu. 15. & 16. & distingue vt ibi per eum, vid. Angel. in cons. 27. Corn. in cons. 143. nu. 6. vol. 2. inquit, remissionem ad locum delicti non esse in vsu, & ibi etiam videbis, an iudex loci delicti possit delinquentem extra locum sui territorii citari, multa Gram. in dec. 26. Capic. in dec. 104. Bero. in cons. 58. Rimi nal. latè in cons. 7. latè Couar. in sua pract. cap. 31. n. 3. & seq. & vid. Affl. in Const. eos qui scienter q. o. vide Abb. in cap. fin. de for. compet. vbi latè, & Foll. in suis fragm. nu. 229. per totum tit. vbi de crim. agi oport. & quid in Regno seruatur, vid. Reg. Pragm. in tit. vbi quis de dol. conuen. deb. vbi quod pro primis causis iudex competens erit iudex domicilij, & alia in dictis Regiis Pragm. habebis pro materia remissionis.

Iudex ex officio potest supplere defectum Aduocati, l. vnic. C. vt quae des. add. viden. Io. à Grassis in tract. de substan. procur. in vers. allegationes nu. 2. vol. 12. tract. Odofred. in tract. de iudic. nu. 60. eod. vol. Ant. Bauer. in tract. de verit iuram. nu. 155. vol. 9. & vid. Paris. in tract. de syndic. §. iudex n. 5. & in §. consiliarij nu. 3. Marant. in suo specul. fol. 92. nu. 151. Add. noua in antiquis in vltima vero impressione, Marant. in par. 6. num. 134 fol. 294. imo iudex potest ex officio repellere agentem sine actione, idem Marant. in eadē 6. part. & demum fertur sententia num. 68. fol. 464. Infamia quid sit, vltr. glos. in l. 1. C. ex quib. caus. infam. irrogat. vid. Claud. Cart. in tract. de indic. & tort. q. 3. n. 2. & quotuplex sit, Rosat. in tract. de test. par. 1. §. consequenter num. 11. vol. 13. tract. & quot modis irrogetur, Pau. in tract. de visit pat. 1. q. 10. nu. 82. vol. 3. tract. & Nep. de Montalt. in tract. de except. art. 16. n. 13. vol. 13. tract. & ibidem art. 10. cap. infamis nu. 10.

Iudex incompetens semper dicitur grauare partē, stante incompetentia, & ideo non potest punire, etiam si reus esset confessus maleficium, ita Bal. in l. magisteriae C. de iurisd. omn. iud allegat tex. incip. & si clerici extr. de iudic. & vid. eundem Bald. in l. clarum C. de auct praest. & in l. testamētum C. de testam. & ibi dicit, quod vbi iudex est incompetens, deficit persona, & ordo, & adducit singulare dictum Innoc. in cap. prudentiam de offic. deleg. quod supposita iudicis incompetentia, impossibile est, quòd sit seruatus ordo iuditij, quia omnia videntur omissa, quae pro infectis habentur, & vid. glo. in clem. 1. de sequestr. fruct. & poss. sequitur Barbat. in d. c. at si clerici n. 21. & 22. Add. quod non valet sententia à non suo iudice lata, & semper potest dici de nullitate resultante ex defectu incompetentiae, Barbat. ibid. num. 12.

Iudex tenetur pronunciare sententiā ore suo proprio, sedendo pro tribunali, cap. fin. de sent. & re iudic. in 6. glos. in l. prolatam C. de senten.

Iudex tenetur iudicare secundum allegata, & probata, tamen etiam ex extrinsecis moueri potest ad veritatem indagandam, Affl. in dec. 28. Marant. in cons. 34. Capibl. de iur. & auctor. baron. par. 2. cap. 31. nu. 34.

Iudex competens hodie de iure cumulatiuè concurrit, iudex originis cum iudice delicti, & is iudex praefertur qui praeuenit, Affli. in Constit. Regn. lib. 5. rub. 55. de periurio n. 21. de Franch. in dec. 37. 66. 503. Capibl. de baron. par. 2. c. 37. nu. 16. sed carcerato penes extraneum iudicem existente, in concursu praefertur iudex delicti, tāquam fons potentior, Caball. in resolut. crim. 162. nu. 8.

Iudex non debet esse clementior lege, Cap. Regn. incip. Pridem de furt. & §. oportet, authen. de iudic.

Iudi-

vol. 14. tract. Add. quod appellatione instrumenti, continetur etiam priuata scriptura, not. Bar. in l. 1. C. de iureiurã. propter calumniam, de iud. Dec. in rub. de fid. instrum. & in l. facta ff. si cert. pet. nu. 9. an autem ad præstandum iuramentũ de calumnia datur terminus, vide Boer. in dec. 339. in princ. vbi alia multa, & an in causa appellationis, sit iterum iurandum, vide glo. in verbo mouisse, in l. 2. C. de vsur. propt. calumn. & Barto. in l. qui bona §. si quis stipulatus in 2. oppositione ff. de damn. infect. & ibi glos. & DD. Specul. hoc eod. tit. §. 2. vers. quid de causa appellationis, & in §. 1. vers. in casibus, & in cap. 2. eod. tit. in 6. & in causa in qua pater habet vsumfructum, iuramentum calumniæ à quo prædatur, not. in l. 1. & 2. C. de bon. mater. Spec. hoc eo. tit. §. restat, vers. an pater etiam possit peti tempus ad deliberandum, antequam iuretur de calumnia, vide Spec. in eod. tit. §. fin. vers. fin. glos. in cap. cum causa, extr. eod. tit. Barto. in l. iusiurandum in princ. ff. de iureiuran. & in l. non erit §. 1. & an & quando istud iuramentum possit per procuratorẽ præstari? vide Cyn. in auth. sacramenta puberum C. si aduers. vendit. q. 9. de cuius forma quando per procuratorem præstatur, vide in l. qui bona §. alieno, vbi etiam Alex. ff. de damn. infect. in l. non solum in princ. ff. de procur. Specul. in tit. de iuram. calumniæ §. restat vers. quomodo ergo fiet, glos. in cap. 1. de iudic. in 6. Rot. in dec. 39. & 430. & vide glos. in cap. impetrandis extr. eod. tit. & in cap. 2. eod. tit. in 6. & an possit a partibus remitti? vide tex. in l. 2. §. sed quia vocemur C. de iureiur. prope Catherin. Add. Bald. post glos. in l. iusiurandum §. qui iusiurandum, & ibi Bar. ff. de iureiur. Bar. in l. de pupillo §. nouum opus ff de nou. oper. nũc. in l. prolatam C. de sent. Specul. in tit. de iureiur. calumn. §. 2. vers. & nota, & §. fin. vers. quid si partes, & in tit. de libell. concept. §. 4 & recusans iurare, cadit ab actione §. quia si actor, d. l. 2. tu add. Alex. in l. manifestè ff. de iureiur. & licet veritas aliter se habeat, tamen quod quisque credit, & attinet, est iurandum §, quod obseruari in d. l. 2. vbi Curt. notat, quod testis de credulitate non admittitur, vide Doctores in l. testium Cod. de testib.

Iuramentum præstitum contra publicam vtilitatem, lex ciuilis potest absoluere, Affl. in Constit. Regn. incip. Constitutionem diuæ memoriæ lib. 3. nu. 34. vbi multa, & multas allegat authoritates.

Iuramentum deferens potest variare, & illud reuocare, si fuit præstitum, Ricc. in coll. dec. 301.

Iuramentum pro valore pignoris, defertur patrono pignoris de valore ipsius, Ricc. in collect. decis. 2084.

Iuramentum suppletorium datur, quando est plus quam semiplenè probatum, & etiam si quantitas est magna, Vrsill. in dec. 36. num. 7. Hyppol. de Marsil. in singul. suo 27. incip. Iuramentum suppletorium.

Iuramentum suppletorium non datur periuro, & vsurario, Vrsil. ad Affl. in dec. 35. num. 7.

Iuramentum operat in instrumento, & obligatione, quod contractus perpetuatur, Vrsill ad Affl. in dec. 139. n. 3.

Iuramentum suppletorium non potest deferri post conclusum in causa, nisi fuerit petitum ante conclusionem, & tamen potest iudex illud deferre, Marant. in sua pract. ciuil. in verbo, & an iudex sit competens n. 29. col. 2. fol mihi 72.

Iuramentum suppletorium non datur in pœnis, Vrsil. ad Affl. in dec. 154 n. 7. & dec. 135.

Iuramentum est indiuiduum, & contractus vbi est iuramentũ, non potest diuidi, de Franch. in dec. 173. n 7.

Iuramentum suppletorium non datur spurio, qui spurius dicitur filius Presbyteri, & Monaci, Vrsill. ad Affl. in dec. 196. n 9.

Iuramentum minoris asserentis se esse maiorem, excludit ipsum à beneficio restitutionis in integrum, non autem nullitatis contractus, & si auditur per viam restitutionis, non auditur, nisi pretio prius restituto, si vero nullitatis, & nulliter contractus declaratus, condemnatur ad pretij restitutionem, cum interesse facto, Petr. ad Gram. in dec. 12. n. 3. & 4.

Iurare cum veritate non est peccatum, si tria concurrunt, vz. Reuerentia diuini nominis, veritas, & necessitas, quia qui iurant, vocant Deum in testimonium, Method. in præcepto Decalogi fol. mihi 33. à t.

Iuramentum non defertur personę de periurio suspectæ, & mali hominis, Petr. ad Gram. in decis. 60. n. 1.

Iuramentum suppletorium defertur tantũ, quando in causa est vnus testis examinatus omni exceptione maior, Vrsill. ad Affl. in dec. 375. in fi.

Iuramentum suppletorium, vt illud deferri possit tria præ cæteris concurrere debent, primum est, quod sit semiplenè probatũ, ad minus per vnũ, testem omni exceptione maiorem, Bart. in l. admonendi n. 36. ff. de re iud. Alex. in cons. 32. vol. 1. Secundo requiritur, quod ille cui iuramentum est deferendum, sit persona bonæ vitæ, famæ, & conditionis, alias personæ vili, & de periurio suspectæ non defertur iuramentum, Panorm. in cap. fin. §. sanè n. 9. de iureiur. Bar. in d. l. admonendi n. 58. Tertio requiritur, quod causa super qua petitur tale iuramentum sit Modica, non magni momenti, glos. in l. admonendi, vers. exactio iureiurando, & causa dicitur ardua, vel parua, secundũ personæ conditionem, Bar. in auth. nisi breuiores C. de sent. breuiloq. recit. & tale iuramentũ admittitur vsque ad conclusionem in causa, Bar. in d. l. admonendi n. 61. Rom. in cons. 255. circa finem.

Iuramentum suppletorium non defertur periuro, & hæredi, & cuilibet alio successori, qui verisimiliter factum ignorare debet seu poterit, nam non defertur nisi ei, qui apparet habere veram facti notitiam, & scientiam, Guid. Pap. in singul. 868. sed aduerte, quod pars victa solutione huius iuramenti, non debet in expensis condemnari,

nari,& pars,quæ vincitur habeat aliquam coniecturam pro sua opinione,vel vnū testem, aut nec debet condemnari ad expensas, casus verò in quibus hoc iuramentum non defertur, ponuntur per Add.ad Affl.in dec. 36. vbi enumerat quindecim,aut sexdecim casus,quādo actor potest inuenire plures testes, nam tunc etiam quod semiplenè probauerit, non defertur iuramentum suppletorium,Barto. in l. admonendi, vers.hoc intellige,& si probo me tibi pecuniam mutuasse,non tamen est probata quantitas, potest petere,vt mihi deferatur iuramentum suppletoriom de quantitate,Alex. in cons. 69. lib. 6.Capibl. in cautel.210.Crau.in cons.198.n.9. Muscatell.in pract.ciuil.par. 7. glos. conclusio num.24.

Iuramentum super altare Sancti Antonij prohibetur probari,nisi pro causa ardua consideratur arbitrio iudicis,Thesaur.in dec.61. quæ forma iuramenti est antiqua,non autem noua.

Iuramentum perhorrescentiæ est necessariū præstari a variāte,& forum eligente, Constit:Regn. incip.Statuimus,Carau.super Rit.219 & nomine pupillorum tutor potest iurare, & maiores priuilegiati absentes debent procuratorem specialem ad iurandum constituere,Capibl. de baron.par.2.cap.44.nu.4. de Franc. in decis. 257. Thesau.in dec.177.

Iuramentum non operatur super actu meticuloso,& vbi cadit metus reuerentialis,Capibl.de baron.par.2.cap.64.nu 9.

Iuramentum decisorium potest recusari, quando pars aduersa assumpsit in se onus probandi, Natt.in cons.35.nu.3.& not.ex l.si quis vers. & cum desperauerit C.de iureiur. & quam pœnā pati debeat periurus,habes in l.2.C.eodem, vbi quod satis habet Deum vltorem, ob cuius dispositionem Imperator Alex.author ipsius gladio occubuit, cum debuerit seuerius in periuros statuere,Foll.in tract.de cens. in verbo Nicolaus Episcopus nu.99.& ibidem nu.86. in fi. inquit hanc legem procedere, vbi quis spontè iurauit,& extra iudicium, & iuramentum seruari,nullius interest,Add. quod recusans iurare ad mandatum iudicis,licet habeatur pro confesso,tamen appellat pariter etiam contumax, & banditus, super tex.in l.generaliter §.sed iuramento C.eod.Paul.de Castr.in cons. 141. visa quadam inquisitione vol.5. Add. quod si quis iurauerit non alienare,& alienauit, an transferatur dominium,dicas quod nihilominus trāsfertur dominium,vt not. Innoc. in cap. dilecto extr. de præben. & cap. Raynaldus extra de testam.

Iuratoriæ cautioni admittuntur viri nobiles, & illustres,l.quoties C.de dignit.lib.10. cuius legis dispositio recessit ab aula, & sic pauperes admittuntur ad iuratoriam cautionem, Petr. ad Gram.in dec.37.n.7.

Iurisdictio feudatarij suspenditur per eius debitū, & mittitur Capitaneus à Curia ad exigendum fructus feudi,seu illius introitus,suspensa introductione inferiorum creditorū, Petr.ad Gram. in dec.103.n.8.

Iurisdictionem vsurpans, vz. si Baro iurisdictionē ciuilem habens tantum, & iurisdictionem criminalem vsurpat vel criminalis vsurpat ciuilē, punitur pœna publicationis suæ terræ, & faciens se officialem, vel Vniuersitas iurisdictionem,& merum imperium non habens, & officialem illius creans, vel aliquis assumens sibi officium, punitur pœna falsi, & publicationis bonorum,Muscatell.in pract.crim.de crim.læsæ maiestatis humanæ n.57.vsque ad num.59. Capic. in dec.130.num. 41. Constit. Regn. incip. Cum satis toto tit.Cod.lib.12. de diuers. offic. & de umner.

Iurisdictio stat in vassallis, quādo Baro non habet territorium in sua baronia, & videtur plenior, nam ex hoc prætendūt remissionem quocumque loco delinquerint, quia iurisdictio stat in personis,Capibl.super Pragm.8.par.1.num.56. de Franch.dec.22.Foll. in prax.crim. verbo audiantur excusat.in nouiss.editione in fi.Merlin. cap.100.n.6.& per tot.forens. controuers. Minad.dec.18.de Franch.dec.468. Boer. dec.227.

Iurisdictionibus præfertur præuentio realis, non autem pręuentio verbalis citationis,de Franch. in dec.554.n.16.

Iurisdictio abdicatiua derogat priuilegijs in corpore iuris clausis,Capibl.de auctor.baron. par. 2.cap.37.n.11.

Iurisdictionis cuiuslibet exercitium, ad vniuersitatem est prohibitum,& interdictum per Constit.Regn.incip.ad quietem, Capiblanc. de baron.par.1.cap.79.n.2.

Iurisdictionum concessionibus semper superioris authoritas reseruatur illęsa Gram.in vot.crim. 28.n.13.

Ius pascendi in bonis demanialibus vniuersitatis, communibus, vel particularibus, de iure ciuibus competere,singulis vt singulis, non vt vniuersis, & si Baro claudit aliquod territorium commune vniuersitatis,quilibet contradicere potest,vt in donatione istius,potest quilibet Ciuis,non consentiens annullare, & contradicere, Capibl.de baron par.2.cap.37.n 8.Affl. in dec. 400.Capic.in dec.4.de Franch. in dec. 197. Soc. n.3.Surd.in dec.226. l.ciuibus ff. de reb. dub. l. Ciuitatibus ff.de leg.1.

Ius offerendi non datur posteriori creditori in iuditio assistentiæ post sententiam latam, & factum appretium, & adiudcationem, etiam in iudicio assecurationis dotium post completum appretium,& consignationem,seu adiudicationem factam mulieri, non datur amplius ius offerendi,& in hoc credo, quod nemo dissentiat, Affl.in dec.187.188.199.n. 3. Bald. nouell. in par.7.priuileg.47.tract.de dot. Muscatell. in sua pract.ciuil.par.3.glo.adiudicantur n.93.

Ius Longobardorum est hodie correctum in successionibus, & testamentis,expressè per Const. Regn.incip.Si quando contingerit,& ibi glos.In vers.nullus, vbi concordat cum iure Romano, admit-

admittendo ascendentes, descendentes, & collaterales, excluso fisco, & dictum ius Longobardorum in specie non seruatur in hoc Regno quoad successiones, & pluries fuit in Sac. Consil. decisum secundum iuris dispositionem Romani, & maxime per decis. S R.C. 125. & aliam in nu. 204. 158. 38. & 75. & hoc ius Longobard. DD. vocant ius asininum, & immoderatum, & seruatur solum in mulieribus ignobilibus, non in mulieribus nobilibus quoad mundualdũ tm̃, & mulieres coniugatæ habent pro mũdio eorũ virum, & quæ non habent virum, habent Mundium, Marant. in consi. 27. n. 3. & seq. & sic seruatur in Terris, vbi de consuetudine viuitur iure Longobardorum, non habet locum in successionibus in Ciuitate Malfetti, in quo viuitur de consuetudine iure Longobardorum.

Iure Longobardorum filius non est in potestate patris, ita Bart. in tract. variet inter ius ciuile, & Longobard. de patr. potest. & quod mulier coniugata non sit in potestate patris, sed in potestate viri, idem Bart. in tract. sub tit. in qua potestate sit mulier coniugata, & hoc iure filiæ familias testantur de dotibus, & bonis suis, & in hoc Regno primo iudicatur per Cap. & Const. postea iure cõi, tertio iure Longobardorum, & vltimo iure Romanorum, l. 1. l. furtis, l. liber homo de præscript. & l. inter fratres.

Ius Longobardorũ tanquam ius asininum Add. appellatum recessit ab aula, & in Regno non seruatur, & præsertim in successionibus, & testamentis condendis, in quibus seruatur ius cõmune, & istud ius in Regno non seruatur, nisi quoad Mundualdum tantum, Marant. in sua pract. ciuil. par. 3. n. 95. & seq. Maxill. super consuetud. Barens. in prohemio n. 224. Carau. super Rit. M.C. v. 292. Vrsill. ad Affl. in dec. 120. & 119. n. 24. Marant. in suo consi. ciuil. 27. Viu. in dec. 438. n. 32. & dec. 267. n. 3.

Ius congrui cessat ex contractu nullo, & quando in eo apparet modicitas pretij, & pactum de retrouendendo, Vrsil. ad Affl. in dec. 339.

Ius congrui non habet locum in contractu emphyteotico, si non est in illo data facultas affrãcandi in pecunia, secus si est data facultas prædicta, de Franch. in dec. 610, Vrsil. ad Afflict. in dec. 72. n. 11.

Ius congrui competit Neapolitanis post annum elapsum à die scientiæ per consuetud. Neap. re appretiata, de Franch. in dec. 554.

Ius congrui petitum à pluribus vicinis iure indiuisibili, illi competit, qui habet maiorem partẽ, vel qui primo emptorem in iuditio prouocauit, si res est indiuisibilis, ambo concurrunt, & pro rata eis competit, de Frãch. in dec. 554. per tot. n. 8. & 9.

Ius offerendi non datur, nisi facta oblatione integri crediti, vel debiti in pecunia, non autem in bonis, Petr. ad Gram. in dec. 51. n. 6.

Ius offerendi datur etiam secundis creditoribus liquidis ab intestato, quod est fundatum in maxima æquitate, & hypotheca non tollitur, nisi sequuta prius solutione, & possessoribus sufficit & suum non amittunt, & quod soluant pretiũ posteriori creditori, de Franch. in decisio. 531. num. 18.

Ius congrui non competit domino horti, contra domum, quia domus trahit ad se hortũ, & hortus non trahit ad se domum, & hortus in venditione domus subintelligitur, & est semper cõiunctus, etiam non expressus, Affl. in suo tract. de iure prothomis. fol. mihi 19. col. pen. n. 15.

Ius offerendi competit cuilibet possessori, & an iniusto, Vrsil. in dec. Affl. 259. n. 2. l. paulus §. fi. ff. quib. mod. ius pignor. vel hypoth. soluat.

Ius patronatus non cognoscitur in rusticis, & mulieribus, Petr. ad Gram. in dec. 34. nu. 15.

Ius congrui in quibus casibus competit vicino, & in quibus non, vid. de Franch. in decis. 393. per totum.

Ius congrui agitur coram rei sitæ, non autem coram iudice contractus, & originis, de Franch. in dec. 389. & hoc ius congrui non habet locum in Ciuitate Neap. de Franch. in dec. 390. n. 4.

Iure congrui non possunt conueniri emptores rerum à sacro Hospitali Sanctiss Annuntiatæ, & istud ius non datur contra emptores ab eo, de Franch. in dec. 383. & hoc habet locum per cõuentionem, & priuilegium Regis Ferdinandi secundi.

Ius congrui intentans, & post eum oblatum per conuentum, intentans recusat, licet ipsi intentati pœnitere, & illud recusare, de Franch. in dec. 346.

Ius luẽdi, seù actio pignoratitia, fructus ex ea percepti, in sortem principalem, & commodo rei pignoratæ, in sortem principalem extendũt ipsi iure creditore percipiente, l. 1. & 2. C. de pignorat. act. Vrsil. ad Affl. in dec. 373. de Franch. in dec. 12. idem Vrsil. in dec. Affl 398. & 20.

Ius primæ genituræ potest cedi, & vendi, Petr. ad Gram. in dec. 7. n. 11.

Iuris congrui fraus præsumitur, si venditor sibi reseruat tres passus terræ, vel trãsitũ, vel aliquid in dicta possessione vendita, Capic. in dec. 38.

Ius congrui habet locum pro clerico cõtra laicũ, aut pro laico contra clericum, in Curia tam spirituali, quam seculari, per consuetud. Neap. quia clerici non ligantur statutis laicorum, sed hoc procedit, quia clerici ligantur consuetudinibus Neapolitanis ementes pro se, sed ementes pro Ecclesia non ligantur, quia ius congrui, Ecclesia non potest petere, nec cum ipsis peti potest, Capic. in dec. 98. n. 2. de Franch. in decis. 285. sed de iure communi ordinario, & Regni datur contra clericos istud ius congrui, Tallon. in tract. de antefat. vers. 3. obseru. 3. n. 285.

Iuribus cessis quis pro eis fori priuilegium non habet, nisi quando cessio iurium fuit facta miserabilibus personis, de Franch. in dec. 195. Carau. super Rit. M.C. V 128. & 290. Affl. in Cõst. Regn. incip. Statuimus n. 6.

Ius patronatus Cappellæ non venit vendito palatio, Vrsil. in dec. 122. n. 10.

Ius

Ius congrui recipit appretium per appretiatores, quando bona retrahũtur, de Franch. in dec. 54. nu. 8.

Ius offerendi, quod competit alium creditum in bonis debitoris venditis, aut vendendis, prescribitur spatio 30. annorum, de Franch. in dec. 64. num. 13.

Ius cõgrui ratione subastę, & in datione in solutũ, non habet locum, vid. Vrsil. ad Affl. in dec. 191.

Ius congrui nõ impeditur per viam publicam in medio, quando coniunctus est vicinus per pontum in supplicium per viam publicam est coniunctus, Vrsil. ad Affl. in dec. 61. n. 2.

Ius offendendi competit cuilibet possessori etiam iniusto, Gram. in dec. 51. n. 6. & debitori minori, seu pupillo, etiam si dominium rei per appretium sit conditori irreuocabiliter quæsitum, Merlin. cap. 93. forens. controuers.

Ius patronatus acquiritur vnico actu præsentationis, & est quasi possessio præsentandi, Vrsill. ad Affl. in dec. 69. n. 1.

Ius congrui habet locum in emphyteusim, data possessione affrancandi in pecuniam, de Frãch. in dec. 398. n. 1. quia potius est venditio, quam concessio.

Ius congrui habet locum, quando fit permutatio, vel venditio, & plus datur in pecunia, quam in valore census, vel alterius rei, de Franch. in dec. 292. nu. 2.

Ius congrui habet locum, quãdo datur res, vt delictum soluatur creditoribus, & quando fit expressio census redimibilis in contractu, de Franchis in dec. 292. n. 3.

Ius congrui currit à die contractus, non autẽ à die affrancationis, de Franch. in dec. 292. n. 3.

Ius patronatus trãsfertur ad hæredes, & nõ trãsit ad ecclesiasticũ, & an donari possit, & donatio si valet absq; consensu Episcopi, & si consensus impetrari potest post donationem, & mortem donantis, Ricc. in coll. dec. 2157. vsq; ad 2160. & 2161. & laico compatrono datur tempus sex mensium ad præsentandum, vt datur Ecclesiæ Cõstãt. super trib. lib. Cod. tit. de vẽdit. rer. fisc. l. 1. n. 16. glos. in c. fi. verb. de iur. patron. lib. 6.

Ius congrui non habet locum, quando fuit facta venditio, cũ clausula, quod non censeatur trãslatum dominiũ, nisi soluto integro pretio, quia non dicitur perfecta venditio, Vrsill. ad Affl. in dec. 338. Boer. in dec. 112. quia habet locum pęnitentia, & venditio cum pacto de retrouendendo, non excludit vicinum à iure congrui, quia videtur de nouo vendere, dec. pręd. 338. n. 2.

Ius congrui non habet locum per donationem factam per patrem filio suo, quia iuramento confirmatur, & cõmunis omniũ cautela est, hodie emo, & cras dono, quæ donatio valet, sed si adest aliqua fraus, necesse est ibi optima probatio, Vrsill. ad Affl. in dec. 370. n. 7. & seq.

Ius patronatus transit ad omnes hæredes, etiam si in indiuiduis in processione, de Franch. in dec. 85. c. 1. vbi glos. de iur. patron. Clem. 2. de iur. patron. pen. de Citadinis in tract. de iur. patron. par. 7. quæst. 2. vers. 5.

Ius querelandi præscribitur spatio 20. annorũ in publicis delictis, l. querela C. ad l. Corn. de fals.

Ius congrui competit illi, qui est cum horto coniũctus domui venditæ, sed qui est cũ horto coniunctus, magis præfertur, quam coniunctus cũ domo, Vrsil. ad Affl. in dec. 323. per tot.

Iure naturali inducta, non possunt iure ciuili tolli, Clem. pastoralis de re iud. §. fin. instit. de iur. nat. gent. & ciuil.

Ius congrui competit vicino contra vicinum, pro re sibi congrua alteri vendita vel locata, dũmodo vicinus, cui competit hoc ius prothomiseos præsentatũ petat, quia si nõ pro sui commodo, & vsu, sed vt alijs refundat, & vti velit, carere debet cõmodo, & beneficio retractus, Boer. in dec. 139. Gui. Pap. in dec. 211. Hipp. de Mars. in sing. 64. Gizarel. in dec. 6. n. 12. Constit. Regn. Sancimus de iure prothomis. vbi Affl.

Ius tertij quis dicere, & allegare nõ potest, ad quẽ non pertinet dicere, & allegare iura tertij, cum hoc sit officium illius principalis ius illud habentis, & sic non est admittendus allegans, Bal. in l. vti frui ff. si vsufruct. pet. l. in speciali ff. de rei vendic. Castren. in l. cogi C. de pet. hæred. de Pont. in cons. 21. n. 54. par. 1. l. fi. C. de edict. diu. adr. toll. & ita Alex. & Castr. in l. fi. col. 9. in prin. Thes. in dec. 4. per tot. & quãdo, & in quo casu potest quis dicere de iure tertij.

Ius offerendi tantũ competit creditori posteriori, non autem actio hypothecaria, Mastril. in dec. 78. n. 1. l. 1. C. si antiq. credit. pignor. l. potior §. fi. ff. qui potior. in pignor. hab. & de materia iuris offerendi, vid. de Pont. in cons. 29. vol. 1.

Ius offerendi quod cõpetit secundo creditori contra primum hypothecariũ creditorem, non habet locum nisi facto prius reali deposito, & nõ verbalis oblatio fiat, & adimpletis prius omnibus de iure adimplendis, assignata, & tradita pecunia per secundũ creditorem, ius primi creditoris transfertur in secundum, quia aliter offerendõ, nihil actum est, de Pont. in cons. 3.

Ius patronatus competens familiæ, illa extincta, ius patronatus non extinguitur, sed competit etiam extraneo, Montemar. in tract. crim. Arch. c. 83. varia de iure patron. Gui. Pap. in dec. 507. Ricc. in coll. dec. 2161. Anchar. in cons. 81.

Ius reuocandi propter ingratitudinem, non transit ad hæredes, l. fi. C. de reuoc. don. c. fi. de don.

Iuri de futuro renuntiari non potest, sed fallit, quando interuenit iuramentum, Rom. in cons. 22. incip. præpositæ n. 2. in fi. c. quamuis de pact. in 6. & simplex renunciatio iuri de futuro, calore iudicij validatur, gl. in l. 1. de curat. bon. dan. & l. 1. C. de pact. & per me ante in add. ad l. octaui ff. vnd. cognat.

Ius ex facto oritur, l. si ex plagis §. in diuo ff. ad l. Aquil.

Ius Canonicũ semper seruatur in materia peccati, & vsurarum, Thesaur. in dec. 78. n. 2.

Ius superueniens post conclusum in causa, non suffragatur iudicio intentato, Bart. in l. si mater

§.eundem ff.de except. rei iudic. Alex. in conſ. 150.n.30.vol.5.

Ius congrui denunciatur vicino, & conſanguineo per venditorem,& habet quatuor menſes ad illud petendum à die denūciationis, ſi eſt in terra,ſi vero eſt extra,habet annum, & ſi ſunt in terra tutores, vel procuratores eorum nomine habent etiam quatuor menſes, Affl. in tract.de iur.prothomiſ.fol.mihi 68.§. 6. ſcriptum eſt incipit,& ratione coniūctionis intelligitur, quod non ſit tantum ſanguine coniunctus, ſed re,loco citato nu.4.quod ius ratione ſanguinis tantum,non habet locum, vt ſeruatur in Ciuitate Neapolis,& in cæteris Regni partibus,ſeruatur diuerſimodè,ſecundum morem,& conſuetudinem locorum,ſed exiliato, vel captiuo,nō currit tempus triginta dierum, vel quatuor menſium ad petendum ius congrui, ſed intelligitur de captiuo apud hoſtes, non in carceribus detempto,qui non intelligitur, ex quo poteſt per procuratorem comparere, Affl.fol.mihi 39.nu. 25.& 26.& ſi pluribus vicinis competit ius congrui,res illa diuiditur proportionabiliter inter eos,vt vnuſquiſque recipiat partem ſuam,ſecūdum magnitudinem coniunctionis,quę eſt iuxta rem venditam nu.23.verſ.incip.tertio not.fo. 39.l.1. C.de impuber.& alijs ſubſtit.l.vnic.Cod. quand.non petent.por.

Ius quod eſt de aliquo,eſt ſemper de eius hærede, licet de hærede non ſit facta mētio,Pau.de Caſt. & Alex.in l.poſtulante in princ.ff.ad Trebell.

Ius accreſcendi locum non habet in contractibus l.ſi mihi,& Titio ff.de verb.oblig.

Ius decreſcendi locū habet in contractibus,l.proprium,vbi not.ff.de præd.not.hoc Iaſ. in l. eum qui ita, de verb.oblig.

Iuris Conſultus nemo eſt,qui quaſi non fuerit reprehēſus in reſponſis iuris,dixit Angel. vt not. in fol.170.

Iura magis ſubueniunt facienti actum ex neceſſitate,quam ex voluntate,l.ſi fideiuſſor §.ſi neceſſaria ff. qui ſatiſd.cog.

Ius commune eſt potentior iure ſpeciali,l.eius militis § militia miſſus ff.de milit.teſtam.

Iuſſus iudicis excuſat à delicto, l.quāquam, & ibi etiam Caſtren.ff.de aqu.plu.arcen.

Iuſtinianus Imperator,legum conditor, & inuentor,fuit poſitus in Catalogo Sanctorum, ita Vocabul.iur.ciuil.in fin.tract.de compilat.iur. ciu. fol.mihi 409.a t.& ita refert Bar.in rub.C.& ff. prohem. verſ.ſuper rubr.

Iuſtitia vera habet compaſſionem, falſa habet dedignationem,Petr.ad Gram.in dec.5.n.7.

Iuſtus nimis, quandoque in ſua iuſtitia perit,cap. de his 2.q.7.cap.ſerpens de pęnit.diſt. 1. tex. in c.nimis cum pridem,ante med.de renunc.& ibi Iaſ.Gram.in conſ.crim.45. in fin.

Iuſtiores ſunt leges,quę graue delictū grauioribus multant pœnis,Pet.ad Gram.in dec.94.n.3.

Ius prohibendi quando habent Barones,ne ſubditi adeſſent ad aliud molendinum, quam ad ſuū moliendum triticum, vid. de Marin.in cap.32. ſuarum quotid. reſolut. qui refert cauſam in terra Perdiſumi mea patria, quæ obtinuit prouiſiones Collateralis contra Baronem,Capic.in dec.209.Ann.ſingul.557.de Franch.in dec.380. Capibl in pragm.14.de baron.

L

LAcerans inſtrumentum,de contentis in eo ſtatur ſolum iuramento partis, Vrſill.ad Affl.in dec.274.n.3.

Lacerans prouiſiones,ſeu ſcripturas officialis, pœna falſi punitur,Vrſill.ad Affl.dec.274.n.11.

Lacerantes cedulones excommunicationis in parietibus,& ianuis Eccleſiarū affixis, & eos deturpantes, proceditur contra eos, quia videtur ſentire de poteſtate prælatorum, & cenſurarū Eccleſiaſticarum,Montemar.in pract. Cur.Archiep.Neap.fol.mihi 77.cap.8.n.5.

Lacerans ſcripturam,falſum committit, & ſic regalem monetam condens, & eam reducens ad iuſtum pondus, Vrſil.ad Affl.in dec. 404. nu.5. & ſi monetæ raſæ, & vitiatæ penes aliquem reperiuntur, ſi eſt in loco ſubſtantiali raſura, ad quid teneatur,& ſi pœna falſi veniat puniendus nu.11.& 19.& quando dicta ſcriptura priuata eſt apta ad nocendum.

Laici fideiuſſores clericorum,qui ſe ſubmittūt foro eccleſiaſtico carcerentur per iudicem Eccleſiaſticum,& venduntur eorum bona abſq; brachio iudicis ſecularis, Montemar.in cap.13.n. 1.fol.mihi 90.l.ſi qui epiſcopale C. de epiſcop. aud.Abb.in cap.fin.de for. compet.in 6.

Laicus effectus clericus poſt delictum,à iudice eccleſiaſtico punitur ꝑ characterē ipſi impreſsū, & corā eccleſiaſtico conuenitur pro debitis cōtractis ante clericatum, dummodo clericatū in fraudem non aſſumpſit,Pet.ad Gram.in dec.10. de Frāch.in dec.209.Farin.de inquiſ.q.8.n.105.

Laicus morans in excommunicationem per annum,eſt pœna contra ipſum in cap. Regn. incip.Si quis in excommunicatione ſub rubr. de morant.in excom.

Laudandus magis eſt acquirens à ſeipſo, quā ex eo,quod à parentibus habuit, l.ſi quo in bello, & ibi not.ff.de capt.Alex. in conſ.252.vol.6.

Laudemia duo debētur in retrouenditione, Theſ. in dec.75.nu 3.Capibl.in l.2.nu.237.C.de pact. inter emptor.

Laudemium ſolui debet domino directo per emptorem,vel donatariū,ſeu acquiſitorem, quod vocatur etiam quinquageſima, & eſt ſcutorum duorum pro centenario, & ſemper quādo alienatur res emphyteotica,ſoluitur laudemiū, ſiue inueſtitura, rōne noui dñij, per nouum dñum, Clar.in pract.crim.in ſuo lib.ſent.§. emphyteuſis q.23.verſ.ſed quæro,ſed pone, & per tot.

Laudemij materia,& ſolutio illius, & qđ dēt ſolui ad rōnē duorū per centū,.i. quinquageſima, vid.Ricc.in coll.dec.2188. & 2189. cum tribus alijs ſequentib.& Viu.in dec.495.

Laudemium debetur ſecundo dño habenti hypothecam,quantūcunq; fuit ſubcōceſſum in emphytheuſim à primo,de Franch. in dec.437.

Laude-

Laudemium soluitur per secundum possessorem, pro primis possessoribus rei emphyteoticæ Ecclesiæ, si non soluerunt, & non habuerunt assensum à Monasterio, & res emphyteotica est Monasterio hypothecata pro laudemio præterito, de Franch. in dec. 430.

Laudemium debetur quando res emphyteotica venditur subhasta, ratione obligationis contractæ per alienantem, de Franch. in dec. 277.

Laudes celeberrimæ Laurentij de Franch. ponuntur per Prosper. Petr. in dec. Gram. 99. n. 9.

Laudes alicuius quomodo esse debeant, ponuntur per Ludouic. in dec. Peruf. 79. n. 8.

Lata culpa in delictis non æquiparatur dolo, l. is qui cum telo C. ad l. Cornel. de sicar. in glos. dolo malo non culpa, Marsil. in conf. 23. n. 6. vol. 1.

Legalitas notarij fit sequenti forma, Notarius est publicus, regius, legalis, & fidedignus, & suis scripturis semper fuit data, & datur fides vera, atque indubitata, tam in iudicio, quam extra, & fidē ego talis gubernator talis terræ hanc præsentem, &c.

Legata quando vires hæreditatis transcendunt, minuuntur pro rata omnia legata facta, Surd. in tract. de alim. in tit. 8. priuileg. 30. n. 1.

Legata pia non debentur, nisi adita hæreditate, Surd. in tract. de alim. in tit. 8. priuileg. 12. num. 4. & 5.

Legatum reuocatur pro inimicitia orta inter testatorem, & legatarium, & hoc quando inimicitia processit culpa testatoris, Gram. in suo vot. crim. 30. n. 19. Andr. Barbat. in cap. fin. col. 2. de don. & cap. insinuate col. pen. de offic. deleg.

Legatum factum vxori per maritum suum non admittitur, quando mulier transit ad secunda vota, si est factum propter seruitia, Vrsil. in dec. 44. n. 29. & oportet probare seruitia.

Legatum factum mulieri pauperi coniūctæ testatori, videtur factum sanguinis contemplatione, & non dicitur legatum pium, de Franch. in dec. 4. n. 13. l. tutor §. qui tutoribus ff. de excusat. tutor.

Legatum factum mulieri inhonestæ, & impudicæ viuenti in peccato, puta in adulterio, nō potest ei aliquid relinqui, nec donari, Vrsill. ad Affl. in dec. 102 n. 1.

Legata res vendi potest pro funerali, & exequijs testatoris, & pro hypotheca defuncti, de Frāch. in dec. 51. n. 6.

Legatum factum à debitore suo creditori, si creditor illud acceptat, videtur suum debitum remittere, seu creditum, alias secus, quia legatum videtur factum animo compensandi, Vrsill. ad Affl. in dec. 44. n. 14. Dec. in conf. 425. n. 13.

Legato, seu Ambasciatore transmisso per Vniuersitatem, capto ab hostibus, Vniuersitas tenetur ad emendam damni, de Franch. in dec. 146.

Legata debentur in principio cuiuslibet anni, idest annua legata, de Franch. in dec. 155. n. 2.

Legatum quando habetur pro non scripto, seu caduco, licet remaneat penes hæredem, non habet locum in legatis ad pias causas, de Franch. in decisio. 156. numer. 3.

Legatum factum filio à patre suo, non debet ei in legitimam excomputari, Vrsil. ad Affl. in decis. 138. nu. 6.

Legata facta in testamento minus sollemni, naturaliter semper debentur, Vrsill. in dec. Afflict. 143. num. 9.

Legatū factū marito à sua vxore, & vxor à marito, qa hæc sūt correlatiua, maritus, & vxor, ex quo dicit dum lectum viduale seruauerit, valet, & tenet, licet magis conueniat mulieri viduæ, dummodo se abstineat à secūdis nuptijs, quā viro, quæ mulier plus facit contra bonos mores contrahendo secundas nuptias, quam vir, de Frāch. in dec. 174. n. 3. & contra auth. cui relictum C. de ind. vid. toll. & contra Paul. de Castr. in l. fin. col. fin. vers. vlt. quæritur C. eod. tit.

Legata piè facta à testatore mandando ea adimpleri ab eius hæredibus in secūdo, vel tertio anno post eius obitum, intelliguntur in principio anni præfixi deberi, Paschal. de vir. patr. potest. cap. 9. par. 1. n. 33. refert tex. notab. l. si ita fuerit libertus ff. de manum testam.

Legata relicta fratribus minoribus S. Francisci, ex eorum priuilegio possunt commutari in alios pios vsus, sine tamen hæredum scandalo, Montem. in pract. Cur. Archiep. Neap. in cap. 29. nu. 9. fol. mihi 159. Compend. Priuileg. Mendicant. in verbo Commutatio, Concil. Trid. in sess. 25. cap. 4. de reform.

Legatorum dominatio fit pro rata, quando hæreditas non est soluendo, tot, quot legata important, & hoc fit etiam in legatis pijs, de Franch. in dec. 236. l. si vero composita § 1. ff. de milit. testam. & ibi Bar. ff. ad l. Falcid. l. si quis testamēto §. 1. ff de milit. testam. & ibi Bar. ff. ad l. Falc. l. si quis testamento §. 1. ff. de leg. 1. Fallit hoc in libertate pluribus relicta pretio mediante, quia libertas non potest diuidi.

Legata debentur deducto prius ære alieno. de Frāchis in dec. 246. n. 5. & legatarius præfertur creditori habenti actionem personalem, non autē hypothecariam tacitam n. 7.

Legata re redditicia, si vsuræ non sunt per testatorem in eius vita exactæ, debentur legatario vna cum ipsa re legata, de Franch. in dec. 254. l. nomen ff. de leg. 3.

Legatarij habent bona testatoris obligata, tamen sunt inferiores legitima filiorum, quæ legitima legatarijs præfertur, Vrsill. ad Affl. in dec. 162. num. 3.

Legatum vini, olei, & frumenti factum per testatorem, qui tempore conditi testamēti testator sanat, & postea sub eodem testamento facto decedit, debetur illud vinum, oleum, & frumentum, quod extat tempore mortis, pro ea quantitate quæ extabat delictum consumptum tempore testamenti, de Franch. in dec. 313.

Legata plura mulieri facta, si ipsa confitetur recepisse omnia legata. non venit prælegatum dotis in confessione, Bald. Nouell. in tract. de dot. par. 8. Petr. ad Gram. in dec. 4. n. 5.

Legatarius habet tacitam hypothecam,& præfertur creditoribus hæredis in bonis testatoris,de Franch.in dec.374.n.22. Nicosant.in tract. de pignor.5.par.q.6. vsque ad 7. not. & hoc non procedit pro fructibus,seu vsuris rei legatę,sed pro capitale legati tantum loco citato.

Legatum pium dicitur omne illud, quod relinquitur pro anima,vel amore Dei, dummodo diuiti non fiat,vel consanguineo,& quis in dubio præsumatur pauper,& paupertatem suam probare teneatur,de Franch.in dec.565.

Legatum factum vni Ecclesiæ, pro qua erat factū in primo testamento,non duplicatur, sed videtur facta nouitio, & secundum tantum legatū debetur,non autem primum,& vtrumque,de ranch.in dec.422.

Legatum factum per virum suæ vxori pro seruitijs præstitis relictis filijs, mulier transiens ad secundas nuptias,& postea decessit relictis dictis filijs primi matrimonij,qui possunt restitutionem legati vendicari, dum dicta verba,pro seruitiis apponuntur in omni donatione,& non est renunciatoria,dum non sunt seruitia extra coniugalem affectionem,l.fœminæ C.de secūd. nupt.de Franch.in dec.928.

Legatum factum à testatore, si postea se cōualuit, & superuiuit soluit, potest illud reuocari vna cum fructibus perceptis, Bald.in l. 1.vlt. col. in verbo vnum scias C.si quis omiss. caus.test. Vrsill.ad Affl.in dec.275. nu.4.

Legatum rei alteri obligatæ,sciente testatore, factum personæ coniunctæ valet,& hæres tenetur ad pretium de bonis hæreditarijs, euicto legatario de re sibi obligata,de Franch.in dec.547.

Legatum factum filiæ suæ in satisfactionem legitimæ,vel paragij,& vsuræ fructus debentur à die mortis testatoris, non à die litis contestatæ, vt in cæteris legatis,de Franch.in dec. 575. l.1. & 2.ff. de vsur.& fruct.legat.

Legata ab intestato relicta,repetita cēsentur à substituto,l.licet Imperator de leg.1.l. si Titio, & Meuio §.Iulianus ff.de leg.2.

Lego verbū non trahitur ad institutionem, l.mulier §.fin.ff.ad Senat.consult.Trebell.

Legatum factum de expendendo decem aureos in funere,si minus expenditur, id quod remanet, hæredi acquiritur,de Franch.in dec 617.n.3.

Legato facto rei feudalis fuit iudicatum per S.R. C.deberi pretium legatario, de Pont. in consil. 86.n.7.vol 1.

Legatum annuum debetur à die conditi testamenti, etiam quod hæreditas per multos annos nōn sit adita, & tabulæ testamenti non sint apertæ,& pręstatio annui legati debetur vt sors principalis,non vt vsura,l. non semel vers. item cultus,& seq.ff.quand.dies legat.ced. de Frāch. in dec.634.

Legato generali nō veniunt ancillæ,Vrsil. ad Affl. in dec.106.n.31.Petr.ad Gram.in dec.82.nu.2. l.iustissime ff.de edilit.edict.

Legatum factum per virum suæ vxori, non videtur factum animo compensandi cum suis dotibus,quia vxori vtrumque debetur, v3. legatum & dotes,Vrsil.ad Affl.in dec.44.Thor. in 1.par. compend.dec.Regn.in verbo Legatum.

Legatarius admittitur in testem in testamento testatoris legantis,Vrsil.ad Affl.in dec.369.n.8.

Legatum dotis factum mulieri pauperi dicitur pium,& dos habetur loco alimentorum, & dicitur proprium patrimonium vxoris, Vrsill. ad Affl.in dec.371.n.1.& diuitię,& paupertas quę semper in dubio præsumūtur,probari debēt, & paupertatis onus,patienter ferre memento, Vrsill.ad Affl.in dec.377. n.1.

Legatum non debetur, quando defecit in substantia hæreditatis, l.si sic §.si mihi ff.de legat.1. vbi habetur,quod si testator legat Titio, quod sibi per Seium debetur,& Seius nihil ei debet, legatum est nullum,& vt legatum valeat, & in substantia non deficiat,secus debitor esse debet, & quem non honoro,grauare non debeo,l. ab eo C.de fideicom.

Legatum pium quale est,& quando Tribunal Reuerendæ Fabricæ procedere potest ad eius executionem,vid.ante in verbo Testamentum.

Legatum dotis,seu meritorij, semper soluitur antequam mulier maritetur, vid. Vrsill.ad Affl. in dec.371.n.2.

Legatum illud dicitur,quod fit absenti, & potest vsque ad mortem reuocari, & si fit in præsentia legatarij,dicitur donatio inter viuos irreuocabilis,Guliel.de Bened.in repet. c. Raynutius, in verbo si absque liberis more il secondo,nu.141. & sequ.

Legatarius rem sibi legatam subtrahens, per hæredem apprehensam perdit illam, & eius actionem,l.non est dubium C.de legat.

Legata tenetur soluere hæres tantum, l.si fraudē C.de legat.

Legata non valent,si æs alienum totam hæreditatem absorbet,l.si vniuersæ C.de legat. & de pijs legatis,& eorum priuilegijs,vide Ricc. in coll. dec.215.

Legata res,dominium ipsius a die mortis testatoris in legatarium transfertur,l.à Titio ff.de furt. Rom.in cons. 184.n.3. & pro legato consequendo datur actio ex testamento, quæ est pœnalis, rei vendicatio, & hypothecaria, l.cum filius §. varias ff.de leg.2.l.1. C.commun.de legat.& legatarius habet bona testatoris obligata, Negusant.in tract.de pignor.4.memb.2.par. nu.159. vers. quintus casus, quando legatarius habet auctoritatem à testatore, capere propria auctoritate rem sibi legatam,hoc facere potest, gloss. in l.Titio cum testamento §. Lucius ff.de leg.2. Borrell.in summ.decis.22.n.17.vol.3.

Legatarius cui aliquando res legata fuit, non tenetur stare colono, Ricc.in collect. dec. 3030. Surd.in dec.172.nu.7.contrarium tenet, dicendo,quod si testator vult seruare ius colono, & conductori, censetur legare ius, quod habet, tex.in l.si domus §.fi.ff.de legat.1.

Legatum ad pias causas non potest per Episcopū in aliam piam causam conuerti, respectu causæ loci,

loci.& personæ,Guid.Pap.in dec.556. & 200.

Legatorum piorum priuilegia ponũtur per Ricc. in coll.dec.215.& quod pro legatis pijs, pendẽte confectione inuẽtarij,detur executio, & pro eis, & ab eis non detrahatur Trebellianica, & laicus pro legato pio,non conuenitur coram ecclesiastico,sed coram iudice laico.

Legatarij habent tacitam hypothecam in bonis defuncti,de Pont.in cons.33.n.1.

Legatariorũ piorũ,nulla facta traditione,ius eorũ transit ad ecclesiasticũ,& etiã iura substitutionis fideicommissariæ,Alex.in l.centurio col. 14. vers.subdit Imola hic.ff.de vulg.& pupill.

Legatarius iure legati pro hærede habetur, Affl. dec.44.num.34.l.in tempus in fin.ff.de vsucap. Bar.in l.in conuentionibus ff.de verb signif.

Legatum vxori factum per suum virum propter seruitia,dicta seruitia debent in specie probari, & per transitum factum per vxorem ad secũda vota,mulier non amittit prædictum legatum, Vrsil.ad Affl.in dec.44.n.29.ratio est,quia legatum prædictum est factum causa onerosa propter seruitia,sed non præsumuntur seruitia.extra coniugalem affectionem.

Legatum factum per patrem,filius acceptans, videtur liti renunciare super nullitate testamenti,Petr.ad Gram.in dec.103.n.49.

Leges ff.rum,& Cod.quot sunt, & numerus ipsarum distinctè ponitur aute in verbo numerus ll.positarum,vbi latè.

Leges non possunt ita scribi,& omnes casuscomprehendi,l. requiem ff.de sent. cap.Regn.incip. quia nullum.

Leges ciuiles sunt diuinitus probatæ per ora principum cap.fin.16.q.3.

Legem falsam allegans,punitur pœna falsi,si eam scienter allegat,l.1.§.hoc igitur C. de iustiu. C. confirman.

Legum correctio est euitanda,l præcipimus D.de appell.

Leges non sunt iudaicè intelligendæ,Bal.in l.quicunque 7.col ff.de seru. fugit. glos. quæ incipit quidam Iudaicus ff.de damn.infect.

Legislator quando format quæstionem, & clarè non respondet, censetur respondere affirmatiuè,prout quæstionem formauit, l. in rebus in princ.in verbo sed videndum.& ibi glos.ff.com mod.Ias.in l.si ita stipulatus fuero §. chrisogonus ff.de verb. oblig.

Leges in scholis deglutiuntur,& in palatiis digeruntur:Bal.in l emilius col.8.ff.de minor.

Leges non solent remedia, & dispositiones superfluo inuenire,l.dominus testamentum ff. de cõditio.indeb.l.1.§. dixerit aliquis ff. de publican.

Legum correctio est euitanda, tex. in l. vnic. C.de inoff.dot.& in l.pręcipimus infr.de appel. pro intelligentia vide Campeg. in tract.de dot. par.1.q.55.quem omnino videas,& Gramm.in dec.90.n.3.vltra Affl.in dec.86.Add.Io.Lup.in repet.cap.per vestras §.21.n. 10. & per totum §. fol.216.& 217. & vid. Corne. in consil. 100. in princ. vol.3.

Leges sine die,& consule,eandem obtinent authoritatem,quam leges quæ diem,& consulem habent d.§.quib.in fin. & l.1.§. hunc igitur C. de Iustinian: C.confirman. vbi quod allegans legẽ correctam, puniatur pœna falsi, si scien.et eam allaget, Add. Neapod. in prohem. consuetud. Neap.col.80.& 81.

Legitimam viuente patre,filius non potest petere, sed bene potest petere alimenta,& loco alimentorum datur legitima,quæ filio inuita assignari potest concurrente consensu vtriusque, sed pater non potest dare filio eam,ipso inuito, sed data legitima filio,auctis facultatibus, non augetur legitima,nec ei plus debetur, & legitima dicitur profectitia,& cogitur pater pro alimentis tantum,sed non pro legitima, sed si eã præstabit, & vult filius accipere,potest, alias datur post mortem,quia filius in vita nullum ius habet in legitima,de Franch.in dec. 133. da mihi portionem substantiæ,quæ mihi contingit.

Legitima potest peti patri à filio suo etiam in vita,quando pater dilapidat bona, & ei potest filius interdici facere admiuistrationem bonorũ, quatenus est sua legitima, Vrsil.ad Affl. in dec. 86.num.2.

Legitima non potest in totum tolli,sed augeri, vel saltim minui, secundum communem opinionẽ DD.& si pater omnia sua bona in ludo amisit, filij reuocant pro eorum legitima, Vrsill.in dec. 86.n.5.& 6.& ius petendi legitimam præscribitur spatio annorum 30. & petendi supplementum legitimæ præscribitur per quinquennium, Pascal.de vir.patr.pot.cap.176.& 177.par.2.

Legitima est tertia pars ipsius,quod quis esset habiturus ab intestato,de Franch.in dec.11. n. 19. deducto tamen ære alieno, Vrsill. ad Afflict. in dec.252.n.5.& legitima debetur de substantia hæreditatis,non de fructibus,Pascal.de vir.patr. pot.cap.3.n.11.par.2.

Legitima ab hæreditate statim detrahitur, & fructus legitimæ debentur à die mortis, vt ipsa legitima,de Franch.in dec.16.n.12.& supplemẽtum legitimæ ex patris substantia fit, de Frãch. in dec.16. n.13.

Legitima filiorum est tertia illius portionis, quã quis habiturus esset ab iutestato,si tertiam esset habiturus,de Franch.in dec.63.n.7.& 16.per totum,fuit supra decisum in S.R.C. & Reg.Collaterali,de Franch.in dec.549.

Legitima non datur in linea transuersali,de Franchis in dec.63.num.8.l.fratris,& l. fratres C. de inoffic.testam.

Legitima potest suo patri per filium in vita peti, si substantiam suam dilapidat, & sic potest peti à mancipio,& seruo propter baptismum susceptum,Vrsill.ad Affl.in dec.151.n.10.

Legitima quæ competit filiæ, non habet filia pręddicta pro ea bona patris sui obligata, sed agit contra fratrem, & ipso non reperto soluendo agit contra tertios possessores, & debetur interesse legitimæ à die mortis testatoris, & tres actiones dantur pro legitima, v3. condictio ex

lege,

lege, actio ex testamento, & petitio hæreditatis, & legatarij habent bona testatoris obligata, & non præferuntur legitimæ, quæ præfertur legatarijs, Vrsill. ad Afflict. in decision. 162. de Franch. in decisio. 374. & de legitima matris, patris, & filiorum quanta esse debet, & de legitima naturalium in bonis matris, & patris, & quando alimenta debentur naturalibus, & damnato coitu, ex æquitate canonica, & de omni modo legitimæ, vid. late Pascal. de vir. pat. pot. cap. 4. à nu. 1. vsque ad nu 63. & seq. par. 2.

Legitima quomodo sit filijs à patre instituenda? habes latè in auth. nouissima C. de inoff. testa. in qua vid. elegantem decisionem, seu repetitionem Fabiani de Giochis, vbi plenissime materia legitimè excutitur, & Bal. in conf. 92. nu. 2. vol. 4. & in conf. 94. n. 3. vol. 2. & in conf. 391. vol. 4. Add. ad dictam auth. vidend. Bal. in conf. 101. vol. 2. n. 1. & an statutum possit tollere legitimã vid. eund. in alleg. conf. 391. & conf. 495. num. 2. vol. 5. in conf. 140. n. 2. & conf. 407. vol. 1. & cõs. 131. n. 2. vol. 2. Dec. in conf. 106. n. 4. & in conf. 19. n. 5. & 6. vol. 1. Add. ad materiam Aymod. in conf. 109. vbi quæ actio competat pro legitimo supplemento, & an augeatur fructibus, & an consumpti fructus veniant in restitutione, vide Bald. in conf. 375. Vtrum fructus legitimæ debeantur, Alex. in conf. 88. col. 3. vers. exceptis vol. 6. & an istud ius ad extraneos hæredes trãsmittatur, Iaf. in l. scimus C. eod. Bald. in consil. 432. in fin. volum. 3. latè Vasqu. de succ. prog. & resolut. circa finem, qui hunc titulum, & leges commentatus fuit, Add. quod ius agendi ad supplementum præscribitur quinquennio, per tex. in l. si quis la seconda, & ibi glos. in fin. C. de inoffic. testam. & vid. Paul. de Castr. in cõs. 109. dubia in quibus, vol. 1. nec potest legitimè præiudicare pactum inter patrem, & filium habitũ, & filius qui simpliciter renunciat, vel paciscitur in dubio non dicitur renunciare legitimæ, vid. Cassan. in consuet. Burgund. rub. 7. §. 12. nu. 7. & 8. & Mandell. in conf. 66. vbi limitat, quod dicũt DD. in l. si quando § & generaliter C. eod. quod non procedat, stante iuramento, & non habent locum, stante enormi læsione, quando nihil retinetur pro legitima, allegat Dec. in conf. 180. col. fin. Et an filia, quæ renunciauit bonis paternis, & maternis, possit agere ad supplementum legitimæ, vid. Boer. in conf. 38 per tot. & in cõs. 28. in fin. Et an fratribus detur querela inofficiosi testamenti, turpi persona hæredi instituta, vid. Gulielm. de Bened. in repet. cap. Raynutius, in verbo & vxorem nomine Adelasiam, nu. 157. dec. 5. Mant. in conf. 199. & 259. amplia etiam si instituant vsurarium, Mathesil. in conf. 49. & conf. 197. & Hyppol. in sing. 263. Grat. 2. vol. respon. 6. & limita vt ibi nu. 30 & onus probandi ingratitudinem filiorum, incumbit hæredi scripto per tex. in l. omnimodo C. eod. per quem corrigitur, l. præcedens liberi.

Legitimæ fructus dantur post mortem, & præfertur quis pro legitima, tam pro sorte, quam pro fructibus, & quandoque legitima datur in vita patris, l. & quia ff. pro socio, l. fi. §. sin autem perpetui Cod. de curat. furios. de Franch. in decis. 374. n. 2. & fructus sunt accessorij in sortem, & creditor testatoris pro legitima, præfertur cæteris creditoribus testatoris pro sorte, & fructibus legitimæ, & paragij, & sic indistinctè hodie seruatur, Affl. in dec. 162. & 286.

Legitima, trebellianica, & falcidia non est inter eas differentia, sed omnia sunt quarta, & sunt sinonima. de Franch. in dec. 387. n. 1.

Legitima debetur iure naturæ, & debetur absque onere, & super ea aliquod onus imponi non potest, de Franch. in dec. 525. nu. 26.

Legitima non debetur filio in vita patris, Petr. ad Gram. in dec. 57. n. 2.

Legitima de iure est determinatum, quanta sit ipsius quantitas, quæ debet esse tertia totius portionis, quam quis esset habiturus ab intestato, si autem quatuor, aut infra, si verò vltra quatuor sunt, debetur ei semisse, idest medietatem, quis habere debet, totius portionis quem quis esset habiturus ab intestato, si vltra quatuor fratres sunt, auth. nouissima C. de inoff. testam de Franchis in dec. 549.

Legitimæ fructus debentur à die mortis parentũ, de Franch. in dec. 558. nu. 7.

Legitimæ dicitur esse creditor filius, glos. in l. si quis legatum §. fin. vbi glos. & Bart. ff. de fals. & legitima filij censetur æs alienum, l. Papinianus §. si quis impubes ff de inoff. testam.

Legitima debetur filio sine aliquo onere, l. si pater puellæ, vbi not. ff de inoff testam. intellige verũ esse onere legatorum, & fideicommissorum, & non sine onere æris al eni, quia æs alienum potentius est, quam ipsa legitima, ita not. Bald. in l. cum à matre in fin. 2. col. C de rei vendic.

Legitimo contradictore non existente, clausula hæc posita in prouisionibus expediendis, parũ iuuat, dum est superflua, quia subintelligitur, Petr. ad Gram. in dec 65. nu. 13.

Legitima non venit in confessione bonorum pro delicto per filium commisso, etiam si fuerit crimen læsæ maiestatis, Petr. ad Gram. in decis. 90. num. 4.

Legitima datur filio in vita patris, malè sua bona administrantis, Petr. ad Gram. in dec. 92. n. 8.

Legitimatus per patrem in eius vita, rumpit patris testamentum, & habetur loco posthumi, quando testamentum præcessit legitimationem, Thesaur. in decis. Pedem. 84. nu. 2. secus est quando rescriptum legitimationis post mortem patris est, & filius se legitimare fecisset, quia tunc non rumpit testamentum, sed quando rescriptum est expeditum ad patris supplicationem, etiam post eius mortem rumpit testamentum, & latè de materia legitimationis filiorum, & de eius requisitis, & quomodo fieri debet, tractat Paschal de vir. pat. pot cap. 4. n. 58. & seq. par. 2.

Legitima debetur parentibus in bonis filiorum suorum, hæc est communis opinio, Ferdin. ad l. in quartam nu. 86. ff. ad l. falcid. Michael Crass. in §. le-

in §. legitima q. 5. Carroc.in dec. 29. & si filijs est debita legitima in bonis patris, vel matris ratione naturæ, ex communi voto parentum, parentibus verò debetur legitima causa miserationis, l.scripto in fin.ff.vnde liber.§.1.vers.itaque Auth.de hæred.& falcid. cap. si pater de testam.lib.7. Affl.in dec.310.n.2. & filij possunt sine causa matrem legitima priuare, auth. presbyteros, & ibi Bal.C.de episc.& cler.& dicta legitima debet parentibus relinqui titulo honorabili institutionis, auth.nouissima nu.37. C.de inoffic. testam. & datur matri actio ad supplementum legitimæ, & legitima parentum difficilius tollitur, quam filiorum, namque lex ex 14.causis, filios legitimè priuari posse, parentes vero ex septem causis tantum §.causas, & §. hęc quidem auth.vt cum de appell. cognosc, auth. in testamento C. ad Tertull. & de iure videtur quasi impossibile considerare matris ingratitudinem in filium, & de legitima matris detrahitur onus, sicut de legitima filijs debita, glos.in §. si vero expressim, auth.de hæred.& falcid.& nõ procedunt in parentibus, qui transeunt ad secundas nuptias, remouentibus filijs in priori matrimonio, auth.ex testamento C.ad Tertull. dispositio auth.ex causa C.de liber.præter.procedit in matre præterita, vt ei conseruetur legitima, & legata præstentur, Bald. ibi in 3. oppos. n.18. matri non debetur legitima in bonis filij, & filiæ, si ea habeat filiam spuriam ex damnato coitu, non procreatam, de Franch.in decis. 47. Cassiodor.in dec.1.de success.ab intest. Didac. in epitom. de sponsal. par.2.cap. 8.§.4.in fin.& legitima parentum non debetur iure naturæ, & illa filiorum, sed de iure positiuo.

Legitimam relinquere tenetur pater, & mater filijs suis, siue velint, siue nolint ex necessitate in qua aliquod onus, vel grauamen non potest imponere, Vrsill.in dec.393.n.5.in fin.

Legitima filiorum est tertia petitionis, in qua quis est successurus ab intestato, & in Auth.nouissima C.de inoff.testam.sed legitima matris, auię, & omnium parentum hodie est aucta, & quando est instituta persona extranea legitima matris, est tertiæ totius facultatis, quando vero est instituta persona in qua habet spem succedendi, est tertia pars portionis, & secundum decis. Affl.204.est medietas, vid. de Franch. in decis. 63.& 549.Ricc.in coll.dec.105. & 1569. Thor. in compend.dec.Regn. in verbo Legitima, & Bar.super d.Auth.nu.2.Thesaur. in decis. 172. de Pont.in cons.68.

Legitima quando venit in generali dispositione, & quod dotata à patre sibi competit legitima in bonis matris, dũmodo eam renuntiauerit, Ricc. in coll.dec.2374. Viu.in dec.187.& dicta legitima præstatur ante quæcumque legata pia, Gratian.in dec. 162.& deducto ære alieno debetur, & de multis modis legitimæ, latè in coll. prædicta.

Legitima debetur filio absque onere, & est immunis à legatis, l.omnimodo, & l.quoniã in prioribus C de inoff.testam.Afflict.in dec.128.& ibi Vrsill.& tenetur hæres scriptus soluere legata deducta legitima, & grauatus in legitima, testamentum est nullum, & annullato testamento, etiam legata pia annullantur, Thesaur.in dec. Pedem.128.& 141.quod credo non seruari circa legata pia, quæ hodie debentur etiam testamento nullo, & legitima sine onere, & cõditione relinqui debet, l.quoniam in prioribus C.de inoff.testam. Mastrill.in dec.78.n.8.Guid. Pap. in dec.96. fol. mihi 156. vbi dicit, quod omnis adiectio, clausula abscriptio, modificatio, & quoduis denique grauaminis genus, quo legitima lęditur, pro non scripto habetur, d.l.quoniã in prioribus 32.sic ait.

Legitima vt debetur filijs à parentibus, ita parentibus debetur à filijs relinqui titulo institutionis, & par ratio est vtriusque, & legatum factũ filiis à parentibus, imputatur in legitimam portionem, & dotis legatum factum filiæ, censetur factum titulo institutionis, Thesaur.in decis.58. Ricc.in prax.for.eccles.resol.120.n.1.par.2.

Legitima filij delinquentis non venit in bonorum confiscatione viuo patre, Fab.de Giocch.in rep. auth.nouissima n.203.C.de inoff. testam.& ibi dicitur quando pater est damnatus, filij debent legitima priuari, Affl.in Constit.Regn.incip. ob filiorum culpas 1. notab. Et an pater possit filium foriudicatum exhæredare, Foll. in pract. crim.in verbo annotantur bona, à n.19. vsque ad fin.q.86.n.3.vers.secundo quæro, & an solutum per patrem pro debitis filij computetur in legitimam ibidem.

Legitima est debitũ iure naturæ, Affl.in dec.160. de Franch.in dec.61.n.5.

Legitimatio filij nati ex concubina detempta in schemate concubinæ, filio ipsi tantum iuuat, & fauet non matri, quæ mater ipsi filio legitimato non succedit, dum ex ipsa legitimatione nõ participat, sed filius per legitimationem prædictam potest succedere in portione patris, & matris, vide in Consuetud.Neap.incip.Si quis, vel si qua nu.187. fol.mihi 129. auth. quibus mod. natur.effic.sui §.si quis autem defunctus coll.7.

Leno dicitur ille, qui habet quæstuariam mancipiam, vel sub alterius nomine exercet lenocinium, vel quis prætextu tabernæ habet quæstuaria mancipia, & vnicus tantum actus sufficit, vt de lenocinio quis puniatur, & leno æquiparatur meretrici, quæ meretrix dicitur illa, quæ publicè quæstum facit, vel non facit, de Franch.in dec.68.n.1.2.& 8.

Lenocinium non transigitur per Barones, dum est crimen detestabile, nec ad eos pertinet cognitio huius causæ, sed ad M.C.V. & verè pœna lenocinij quis debeat puniri, quando plures hoc crimen commiserint, & non qui vna vice, & semel & oportet, vt illud sit factum quæstu, & premio. Soccin.in cons.54.Peguer. in dec. Catalon. 15. de Franch.in dec. 68. & si est factum semel, & premio mediante punitur pœna ordinaria, l. athleta §.ait ff.de his quæ not.infam.Capibl.de baron.

baron.par.2.cap.29.num.3.

Lęsio in sexta admittitur,& habet locum in venditionibus factis subhasta, de Franch.in decis. 120.n.7. Bar.in l. si societatem §. si arbitrorum col.5.ff.pro socio.

Lęsus non debet recipere fructus ab emptore in suo iuditio, Vrsil.ad Affl.in dec.340. in fin.

Læsio datur vsque ad sextam partem aduersus arbitramentum factum,vt sit arbitrio iudicis,Vrsill.in dec.132.n.1.

Læsio in sexta parte habet locum in venditionibus subhasta,& venditio est nulla,si plus res valet,quam fuit empta,& creditor ad cuius instātiam fit venditio,non habet ius offerendi, de Franch.in dec.224.Vrsil.ad Afflict. in dec. 218. fuit emptor per decretum S.R.C.condemnatus ad iustum pretium supplendum, & absolutus a iure offerendi,l.1.& 2.C.si antiqu.credit.

Læsionem infra dimidiam iusti pretij habet Ecclesia,& sic datur etiam in multis aliis casibus,de Franch.in dec.248.nu.6.& 8.l.2. C.de rescind. vend.Affl.in c.1.n.88.cum seq. de feud. dat. in vic.leg. committ.

Læsio quando apparet in instrumento suppletur iustum pretium ad minus si validum est instrumentum,de Franch.in dec 105.

Læsio quando est enormissima,& petitur rescissio contractus, iux.l.2.C.de rescind.vend. concipitur libellus alternatiuè,vel quod restituatur iustum pretium,vel res absque fructibus perceptis oblato tamen prius iusto pretio,quia res petita est in obligatione, & supplementum pretij in electione,fuit decisum in S.R.C. quod restituatur res soluto pretio,vel supplementum iusti valoris pretij absque interesse,de Franch.in decis. 495.& 496.

Læsus ponens in instrumento confecto à maiore, verba hæc,ex certa scientia,non per errorem, instrumentum non rescinditur per restitutionē, vel per læsionem,Vrsil.ad Affl.in dec.222. nu.5. Et contractus factus per patruum cum muliere,vel cū minore,qui reperitur læsus debet annullari,Vrsill.in dec.prædicta nu.6. & sic læsus potest petere supplemeutum iusti pretij.

Læsionem habet pupillus, & Vniuersitas, etiam factis subhastationibus aduersus venditorem, si alius comparet, & plus offert,Vrsil.ad Affl.in dec.340.n. 6. & læsio in venditione subhasta, datur vltra sextam n. 7. Et electio est emptoris restituere rem,vna cum fructibus pro rata pretij non soluti, vel pretium cum interesse soluere nu.8. & circa læsionem consideratur tempus venditionis.

Læsio cessat in venditione per pręsentiam iudicis, Petr.ad Graman dec.103.n.73.

Læsio enormissima consideratur tempore contractus, non autem quando res est effecta fertilior, cursu temporis,& petitionis,Ricc. in coll.decis. 2164.Guid. Pap.in dec.153.Veral.in dec.151.

Læsio enormis,vbi adest, præsumitur ignorantia, & hoc nō habet locum eo, quod dicitur nō esse succurrendum scientibus læsionem,Dec.in cōs. 583.col.1.sequitur Mandell.in cons. 81. in fine cōtra tex in l.quisquis C.de rescind.vend.Add. quod dispositio l.si quis C. eod procedit quando verè probatum est feudum in subhastatione interuenisse,Mant.in cons.82.nu 25. Add. quod dato vno inconuenienti plura sequuntur, l.rata C.eodem.

Læsio datur vltra sextam iusti pretij in venditione subhasta, & emptor debet supplere iustum pretium sextæ partis læsionis, vel restituere rem defuncti emptam,de Franch.in dec.224.& 120. Vrsil.ad Affl.in dec.340.

Legem diffamari intentans,dicitur reus, nō actor, sed diffamans est actor, & sequitur forum rei diffamati,& excommunicato,& bannito, non competit hoc remedium,l.diffamari, Cacher.in decis.Pedem.151.& duo monitiones fieri debēt diffamanti,& dari duos terminos,non breues,à quibus potest appellari,& si non docet, vel prosequitur diffamationem, imponitur perpetuum silentium,& sic iudex committere debet in suis citationibus,Affl.in dec. 264. & 268. vbi Vrsill., Capic.in dec.18.Boer.in dec.254.n.9.l.Titia ff. de accusat. cap. tua de his qui matrim. accus. poss. Vant. de nullit. senten. ex defect. process. num.65.

Lex assumit vires à potestate condentis,& in l.fin. ff.de iurisd.omn.iud.cap.à nobis extr. de sentē. excommunic.

Lex & si post tres ff. si quis caut. & l. si insulam ff. de verb.oblig.tractant de purgatione morę per carceratum à carceribus fugiente, Thesaur. in dec.Pedem.76.& de fideiussore.

Lex debet esse possibilis,& honesta,cap.erit autem dist.4.

Lex vna potest aliam tollere, cap. 1. de constit. in sexto.

Lex,vel statutum non tollitur per non vsum, sed per contrarium vsum,l.de quibus ff.de legib.& ibi glos.in prohem.instit.§.in quibus in glos. in verbo dissuetudine, Capibl. in tract. de baron. par.2.cap.52.n.vlt.

Lex debet edi per necessitatem, quapropter non debet esse de indubitabili, quia esset superuacua,l.Gallus §.& quid si tantum col.2.de lib. & posthum. & aliquid noui debet dicere lex, l. eunuchis C.qui testam.fac.poss. & per me ante in Add.ad l.1.ff.vt in poss.legat. seu fideicommiss.

Lex non facit actus suos frustatorios, l.hæc stipulatio §.diuus,vt legat.seu fideicom. nom.cau.

Lex ab Anastasio,& l per diuersas C.mandati dicit,quod quādo quis aliquid cedit,modico pretio dato,datur actio cessionario pro quantitate soluta tantum,secus pro tota quantitate, & remanet actio cedenti,sed quæ cessiones fiunt,occasione iusta præcedenti, tunc tollitur præsumptio calumniæ,& remanet cessio valida, vt possit recuperare sibi ius cessum, & semper cessio est valida, quando adest iusta occasio impetrandi,sed in hoc habet locum cessio nulla, quando fiunt occasione vexandi debitores, & vocan-

vocantur cessiones calumniosæ,& in mero litiũ redemptore,qui in negotio nil commune habebat,sed quando fit alicui cessio ex necessitate, & propter possideri,est secus de Pont. in consil. 77.n.3.vid.Pascal.in de patr.pot.cap.6.n.8.par. 1.quod cessionarius ex causa onerosa non potest cessas actiones exercere, nisi tantum pro summa cedenti vere soluta,vide retro in verbo Cessio iurium,& Bar.in cons.90.n.3. Ricc. coll. dec.643.Mart. alleg. dec. Pisan. 72. dummodo cessio non sit facta causa onerosa.

Lex fœminæ C.de secund. nupt. dicit mulierem non posse disponere de bonis sibi obuentis à primo viro, in præiudicium filiorum primi matrimonij, quibus acquiruntur, sed suo arbitrio voluntatis disponit relicto filijs debito bonorum subsidio, quando habuit plures viros, puta tres, & ex secundo filios prouocauit ex illis bonis cum eo viro quæsitis, potest tamẽ disponere,& non aliter, de Franch.in dec. 632. num.vlt.

Lex lata,intelligi debet in casu dubio, l.qui labeo ff.de carbon.edict.

Lex plures habens intellectus,allegari ,nec in fundamentum aliquid ferri potest,doctrina est Bar. in l.in ambiguo ff.de reb.dub.

Lex non exequitur aliquid iniustum, vel irritum, quia oculus legis, sicut oculus Dei omnia videt,omnia intuetur, vt dicit lex illa not. ff.de condition.ob causam,l.si pecuniam §.si seruum ff.eodem.

Lex quod non distinguit, & nos minime distinguere debemus,l.de pretio ff.de public.

Lex labeo Cod.de pact. dicit, quod si pignus reperitur in posse debitoris,non probata per eum solutione, præsumitur remissum ius pignoris, & debitum censetur solutum, & debitor habet exceptionem pacti, & si chirographum, idest instrumentum,vel apoca reperitur in posse debitoris,totum debitum præsumitur solutum,l.si debitor §.1.eod.tit.

Lex diffamari de ingen. & manumiss. procedit quando quis prætendit aliquod habere ius iure,& suspectus de futura diffamatione comparet coram iudice ordinario rei, qui iudex duos terminos diffamanti dat ad ius probandum, si habet in re,alias si nõ probat, facit sententiam, & perpetuum silentium imponit, sed prius facit duas monitiones diffamanti, Vrsill.ad Affl. in dec.264.268.Capic.in dec. 18. Thesaur. in dec.14.n.4.

Lex,vel statutum quando aliquid fieri prohibet, licet vltra non procedat annullando, tamen actus est nullus,tex.est in l.non dubium C. de legib.vbi DD.& latè per Felin.in cap.2.extra de testam. Alberic.Brun.in tract. de form. articul.quando aliquid censeatur traditum pro forma conclusionis 2.& factum lege prohibente non seruandum, an validatur iuramento, vide Doctores in cap. cum contingat, extr. de iureiuran.& Barto. in l. si pro eo ff. de fideiussor. vbi quid seruetur tam de iure canonico, quam ciuili,latè per Albert.Brun.in tract. de form. in articulo,de potentia,& effectibus for.& sollemnit. in 32. limit. & illud quod est extra ius commune, dicitur fauore inductum, glos. in l. nulla in fin.ff.eodem tit.Add.Socc. in consil.23. col.7.in fin.vol. 2. & cap. ob gratiam de regul. iur. in 6.

Lex debet ab omnibus intelligi, tex.habes in l.leges la tertia Cod.de legib.ex quo tex.not. Bar. quod ignorare leges,est lata culpa ; fallit tamen in minore,muliere,& rustico, ita glos. in auth. de incest.nupt.§.1.vers.sciens, quam putat not. Angel. in princip. & eam reputat singularem Francisc. Tigri in l. vnic. Cod. de in ius vocan. Add.quod sententia Principis habet vim legis, l. si Imperialis C. de legib. vide Isern. in cap.1. in 6.colum.qui Socc.tenet,& not. ex ista lege, quod Imperator non potest condemnare parte absente,vid. Afflict.in decisio.182.An autem possit sententiare sine partis citatione, ibidem, & Alexan. in l. 4. colum.penult. ff.de re iudic. dicit,quod sententia lata ab Imperatore in certa causa babet vim legis generalis in ciuilibus causis,absque eo, quod apparet Principem voluisse facere legem generalem, ad quod bene facit lex penult. Cod. de donat. inter virum & vxor. Add. Afflict.in decis. 393. in fine, vbi dicit,omnes sententias Sac. Reg. Cons. habere vim legis in Regno, Anton. de Butr. in cap. cum Bertold.de re iudic.& vid.Bart.in l.1.in 6. col.ff.si cert.pet.& Bald.in l.vnic. C. de mand. princip.

Lex,siue statutum licet generale,recipit limitationem, & restitutionem ex habilitate personarũ, glos.in l.1.in verbo Vnusquisquam C.de sacros. eccles.tu vide Bart.in l.omnes populi, 18.col.ff. de iust.& iur.Bal.in cons.207.vol.2. Paul.in l.2. vt nem.inuit.n.6. Add.etiam videndum tex.iuncta glo.in l.cum hic status §.miles ff.de don.int. vir.& vxor. & de dicta dictione Vnusquisque, vide infra de pact.l.si creditores ff.de hære.inst. l.hoc articulo quisque ff.ad Trebell. l. ita diuus §.1.ff.de iur.fisc.& nota in extremis constitutũ posse sine sollemnitate ad pias causas testari, hodie vero id coram duobus testibus licet, cap. relatum extr.de tęstam.An autem mulier, quæ per statutum prohibetur contrahere sine consensu propinquorũ possit id facere fauore piæ causæ? vide scribentes in l.generali eod.tit.de sacrosan.eccles.Quid in statuto requirente consensum viri,Bal.in cons. 93. super dictis punctis vol.2.Et an in donationibus, & relictis ad pias causas, requiratur sollemnitas statutorum, & an minor possit sine decreto ad pias causas alienare,de his omnibus,vid.latè per Tiraquell. in ll.connubial.l.vlt.glo.6. n.159.& seq.vsque ad nu. 164.

Libellus accusationis quomodo esse debet, l.libellum C.de accusation. Clar. in pract.crim.q.12. vers.præterea, Add.dixi.

Libellum famosum faciens,dictans,legens, vel affigens,punitur pęna mortis,semper quando in-

iuria continetur de iure ciuili,de iure vero Canonico flagellatur, & dictans famosum libellũ, excommunicatur, etiam quod non sit affixus, in quocumque loco reperitur,punitur quis pœna mortis,de Frãch.in decis.533. Clar.in pract. crim.fo.mihi 183.vers.libelli, Angel.de malefic. in sua pract.crim.de famos.libell.fol. mihi 456. & legens eum,& manifestans alijs, punitur eadẽ pęna mortis,Rit.M.C.V.311.in fin. & in libello debet contineri iniuria,quæ est illa,quæ non iure fit, n.7.

Libello sollemni non requiritur exprimi locus, & tẽpus in ciuilibus,sed in criminalibus, & mistis,requiritur locus,& tempus,ac causa, & omnia necessaria,& facta expressione diei cõmissi delicti,si non fuit dies illa probata,sequitur absolutio,& in locis ruralibus,& rusticis, ac villis, nõ sequitur libellus,quia quis potest esse iudex & actuarius,Vrsil.in dec.250.

Libellus in criminalibus clarè debet constare de die patrati delicti, alias absolutio inquisitionis sequi debet, Vrsil. ad Affl. in dec.250.n.4. & in criminalibus libellus est strictè intelligendus.& in ruralibus locis non requiritur libellus, dum quis põt esse actuarius,& iudex, n.9.dec.pręd.

Libellus sollemnis est necessarius in causa iniuriarum,in qua non proceditur nisi eo porrecto, l. libellorum ff de accusat.Gram.in dec.37.Vrsil. ad Affl.in dec.250.

Liberalis in necessitatibus nemo existit, l.rem legatam ff.de adim.leg.l.si quis pro vxore ff. de don.int. vir. & vxor glos.in cap.explicari extr. de obseruat. ieiun.

Libera concessione administrationis facta non venit donatio,ita tex.in l.1.§.1.ff.quæ res pignor. dar.non poss.

Libertate nihil nobilius,l.Lutius §.Paulus ff. de fideicommiss.libert.

Libri Doctorum veniunt in collatione bonorum in diuisione fratrum hæreditatis paternæ cum cæteris fratribus,Menoch.de arb.iud. cas. 131. Barto. in l. 1.§.nec castrense ff.de collat.Iacob. Beni. de priuileg.Iuriscõsul.priuil.88.& Squill. de priuil.cler.priuil. 20.dicit quod filius studẽs, qui non peruenit ad Doctoratum ante mortẽ patris,de iure tenetur libros cõferre in diuisione hæreditatis cum cæteris fratribus, & Affl. in dec.247.n.4.dicit,quod libri Doctorum conferuntur, & in diuisione fratrum veniunt in collatione bonorum paternorũ,sed tu vid. Pascal. de vir. pat.pot.cap.3.n.18. par.2.

Libri studij non conferuntur cum cæteris fratribus,dum sunt empti à patre,sed habebit præcipuos,tex.in l.quæ pater cum glo.ff famil.hercis. & in l.filiæ cuius ff.eod.

Libri rationum quando probant pro scribente contra tertium,vid. Vrsil.ad Affl.in dec.39. nu. 17.Aymon.in tract.de antiq.temp.fol.mihi 57. n.82.cons.73.n.41.158. n 9.

Libros prohibitos detinens, punitur pœna hæresis,Bull.Pij IV.incip. Dominici gregis, Mõtem. in cap.23.fol.mihi 147.n.12.

Libri mortuorum,quando,& quam probationem faciant,& in quibus casibus, Petr. ad Gram.in dec.48.n.4.

Libri rationum debent esse clari, ita quod omnia singulariter in eo de die in diem, tam respectu eius,quod recipitur,quam eius,quod expenditur inseratur,idest tantum à tali fundo, tantum à tali debitore,tantum à tali colono, tantum à tali die,mense,& anno expensum,receptũ à tali, &c.& sic specificantur clarè in d.libro rationũ omnia iam dicta, vt veritas, & falsitas probari possit,vel contra probari possit contrarium,& talia in genere poni non debent,sed distinctè,& respectu eorum,quæ non sunt posita,oblita, vel obscura sunt, iuratur in litem contra eum, qui talem librũ confecit,ita quod ex tali iuramẽto probari possit oĩa recepisse, & esse contra tutorem,curatorem,vel administratorem, qui tenetur ad confectionem libri rationum, & sic contra eum ex talibus causis iuratur in litem, ac si nullum librum rationũ cõfecisset,Plot. in tract. de in lit.iur.§.5.n.31.Bar.in cons.350. in fin.

Libri mercatorum quomodo probent, & quando probant,& quantam fidem faciant,vid. Rendell.in tract.de pasc.& forest.fol.mihi 355.Ric. in dec.238.n.9.

Liber computorum,& rationũ,quomodo sit conficiendus,& de materia ista latè tractat Ricc.in pract.for.eccl.resol 29.par.2.

Libri Monasteriorum, in quibus adnotantur, & describuntur introitus, fructus atque decimæ probant solum in possessorio,non autem in petitorio,Ann.in alleg.94.n.

Libros studii pater tenetur emere filio suo,Glzar. in dec.47.n.11.cũ Add.Baldaxar.de Angel.ibi.

Licentiatus habetur pro doctoratu, l.pen. ff de testam.milit.Bal.in l.1.col.pen.ff sol.matrim.

Licentia dicitur à liceo,lices, & extenditur ad actus fraudulẽtos,Vrsil.ad Affl.in dec.307.n.15.l.nulli licere,& Auth. licentia de episc.& cler.

Licentia concessa eligendi confessorem, & entrãdi Monasterium,& alloquendi Monialibus, quomodo intelligatur,vide Petr.ad Gram.in decis. 59.num. 15.

Licentiæ concessæ per S E.& eius Scriptorium nõ valent in propria patria nisi cum venia Officialis ordinarij, aut cum exercere voluerint in dictis eorum patrijs eorum commissiones, sint in dictis licentijs causæ descriptæ, Pragm. 11.n. 87.de offic iudic.

Licitationes animosæ non sunt admittendæ sub hasta,de Franch.in dec.54.nu.13. dicit tex. nequaquam pro libidine, idest animi cupiditate, & praua voluntate,augmenta facienda, nec licitationis necessitatem inferendam,quam repentinam faciunt, quoniam iusta,non animosa licitatio admitti debet, Luc. de Penn. in l. si pignori ff.famil.hercisc.& de publ.vectigal.l.licitatio,Rendell in tract.de pasc. & forest. cap. 2. in fin.fol.mihi 11.

Ligans homines per Magonẽ qua pęna puniatur ponitur casus per Affl. in Constit. Regn. incip. pocula

pocula amatoria, & per Petr. ad Gram. in dec. 2. nu. 11.

Limitata priuilegia, limitatũ producunt effectum, l. in agris ff. de acquir. rer. domin.

Lippis, & tonsoribus patere dicitur, cum aliquid clarissimum, & vulgatum dicimus, de quo dicto meminit glos. in l. quia cum filium in verbo cõmittitur ff. de verb. oblig.

Liquidatio fructuum, & introituum peruenientiũ ex stabilibus, ponitur per Ludou. in dec. Perus. 79. n. 19.

Liquidatio instrumenti est causa criminalis, quia pœna est fisco applicanda, Frecc. de præsent. instrum par. 6. in verbo quod instrumentum n. 2. Bart. in l. gratia ff. de term. mot. l. 3. de violat. sepulcr. & Aret. in rubr. de iudic.

Liquidatio instrumenti fit contra clericum in foro laico, Bart. in l. cunctos populos C. de summ. trinit. & fid. cathol. Don Anton. à Canar. in tract. de execut. instrumen. rub. 22. num. 51. fol. mihi 322.

Liquidare instrumentum secũdum formam Rit. solum filium hæredem posse, non alius, Vrsill. in dec. Affl. 285. n. 5. quia actio totaliter transit ad hæredes, si ciuiliter agitur, secus verò si criminaliter.

Liquidatio instrumenti mutui non impeditur per citationem absolutionis à iuramento per vnum diem temporis solutionis faciendæ, quia debitor multum se arctauit, Vrsill. ad Afflict. in dec. 31. num. 1.

Liquidum debitum dicitur, quando est de per se, vel de proximo liquidandum, Vrsill. ad Affl. in dec. 120. n. 5.

Liquidatio instrumenti est causa ciuilis, & ad ciuilem Curiam spectat, de Franch. in dec. 162. n. 6.

Liquidatio instrumenti, quæ fit Curia sedente pro tribunali, reputatur debitor contumax, nisi ex eius parte fuerit comparitum, & allegata absentia infirmitatis, vel inualiditatis testamenti, seu instrumenti, de Franch in dec. 200.

Liquidatio instrumenti non impeditur nisi per exceptionem filijsam. quæ est nulla vigore statuti, & sic Reg. Pragm. ad Senat. consult. Maced. Pascal. de vir. pat pot. cap. 6. n. 10.

Liquidationem instrumenti non potest facere filius coutra suum patrem, latè Ricc. in collec. dec. 152. super Rit. M. C. V. 166. secus verò gener contra socerum, & quod instrumentum dotale nõ potest liquidari, dum est pactionatum.

Liquido ad illiquidum non datur compensatio, & liquidum dicitur illud, quod liquidari potest infra dies quindecim, & quod est iuratũ, & quãdo proceditur sola facti veritate inspecta, Ricc. in pract. for. eccles. par. 2. resol. 120. n. 2.

Litis contestatio inducitur per confessionem, & qui paratus est soluere, non cogitur iuditium suscipere; imò euitatur iuditium, seu litis contestatio per confessionem, & dum confitetur, & vult soluere, tollitur omnis spes futuri iuditij, quæ ratio cessat in confitente simpliciter, Bart. in l. si reus de procurat.

Litibus exercendis, eandem vim obtinet, tam fides instrumentorum, quam testium depositio, l. in exercendis, C. de fid. instrum.

Lites emergentes, ad iudicis officium spectant, l. ediles §. sciendum ff. de edil. edict.

Lite pendente, omnia gesta super nullitate reuocantur, cap. cum causam de appell. Affl. in Constit. Regn. incip. Eorum fraudibus, lib. 2. rub. 41. n. 6. vers. secundo quæro, & abundantius de hac materia loquitur Ricc. in coll. dec. 139.

Lites minuere, & breuiare est boni iudicis, l. quidem ff. si cert. pet. cap. finem, extr. de dolo, & contum.

Litigator lite pendente decedens, causa, & iustitia ipsa continuatur cum hærede, ad quem causa vadit, & durat dicta instantia per triennium ne perimat, Ricc. in coll dec. 2193. Ann. in allegat. 14. & cepta lite contra laicum defunctum, apud iudicem secularem, eius hæredes clericum teneri ad eius prosecutionem coram eodem iudice, vsque ad finem litis, nec posse forum suũm declinare, Couarr. pract. quæst. cap. 8. n. 3. Boer. in dec. 69. nu. 31. & seq. Affl. in dec. 212. vbi Vrsill. Carau. super Rit. M. C. V. 231.

Litigatores sunt rerum suarum arbitri, & moderatores, l. arbiter ita ff. de arbitr.

Litium euentus semper est dubius, & incertus, l. quo tempore §. fin. ff. de pecul. alias legitur, l. quod debetur.

Litigare coram iudice suspecto est grauissimum, & periculosissimum, glos. in l. 2. ff. si quis in ius vocan. non iuer.

Litis pendentia allegari non potest, nec dicitur, quod res est effecta litigiosa per simplicem citationem, vel per vnicum actum, sed dicitur, & allegatur litis pendentia per litis contestationẽ, alias secus, & per dictum actum dicitur litis pẽdentia, qui est lapis angularis ad fundamentum iuditij, DD. in cap. at lite non cõtestata, Capibl. de baron par. 2. cap. 43. n. 13.

Liti cedens, idest quando aliquis ex litigantibus cedit liti inceptæ, quia tunc non solum liti, sed etiam in expensis debet condemnari. Bald. in auth. contra qui propriam in princ. C. de non numer. pecun. & l. postquam liti à vers. quanto quæritur C. de pact. Salyc. q. 7. quod verum est, nisi propter quam renuntiat superuenerit de nouo, secundum Bald. vbi supra, Angel. & DD. in l. destitisse ff. de iudic. Aufrer. in Cappell. Tholos. q. 5.

Litigiosum vitium non contrahitur post conclusum in causa, & nonnulla possunt adduci, & allegari circa subiectam materiam, Vrsil. ad Affl. in dec. 382. n. 4.

Litis pendentia non inducitur ex iuditio nullo, Petr. ad Gram. in dec. 65. n. 3.

Litigiosa res alienari non potest, & contractus ipsius est nullus, vna cum precario opposito, sed alienans punitur, venditor amittit pretium, & emptor sciens, rem quam habuit, amittit, & fisci commodo applicatur, & res litigiosa efficitur per solam citationem, & si antequam res fuerit

in iudicio deducta alienetur, in potentiorem causam mutandi iudicium, vltra interesse de iure communi tenetur ad tertiam partem valoris rei alienatæ, Vrsil.ad Affl.in dec 331.n.1.l.1.§, item si res,& ibi Bar.ff.de alien.iudic.mut.caus. fact.& si res alienetur clerico, ille clericus etiam coram iudice laico conuenitur tanquam iudicis laici iurisdictionem perturbans n 2.

Lites minuendæ sunt l 1.§ fin.ff.de aqu.plu.arc.

Lites litibus ne conculcentur, vt via possit fraudibus aperire, not.tex.in cap.pastoralis de caus. possess.& propriet.

Litis contestatio est lapis angularis iuditij, & eius fundamentum, Bal.in l.vnic.in prima col. de lit. contest.

Lite pendente nil innouatur, sed si fuit alienata res litigiosa in clericum, executio sententiæ latæ contra laicum per iudicem laicum, non potest per eum fieri contra clericum, sed per eius superiorem, de Franch.in dec.545.

Lite contestata actio mutari non potest, vid.retro in verbo actio, Vrsill.ad Affl.in dec.60.n.7.l.edita actio,& ibi glos.C.de eden.

Lis hodie de iure canonico potest esse inter patrē, & filium,& in illis casibus, in quibus patri non quæritur vsusfructus, de Franch.in dec.162.n.4. l.lis nulla de iudic.

Litigantes cum Vniuersitate non admittuntur ad electionem regiminis, Pragm.6.n.17. de admin.vniuers nec possunt syndici donare, nec dare ad comedēdum officialibus, & commissarijs, Pragm.iam citata n.18.

Litis pendentia non impedit executionem obligationis, vel instrumenti coram iudice ecclesiastico, Vrsil.ad Affl in dec 30.n.1.

Litteræ cambij soluuntur infra dies octo, & in termino prædicto fiunt protestationes, alias stat risico creditoris, si debitor fallit, & non possunt exigi nisi à debitore, qui dictos nummos remisit non ab acceptante, Pragm. 1. de nundin, & fer.fol.mihi 275.

Literas Regis falsè fabricans, dummodo sigillus non apponitur quis non punitur pœna capitali, Vrsil.ad Affl.in dec.21.n.1.

Litterati præferuntur cæteris nobilibus, Vrsill.ad Affl.in dec.1.n.17.

Litteras inferiorum aperiens, mortaliter non peccat, vt est dominus, pater, maritus, vel alia similis persona, de præsumpto consensu scribentis, Petr.ad Gram.in dec.105.n.39.

Litteræ amatoriæ transmissæ per virū vxori alienæ arguunt suspitionem adulterij, quando sunt recognitæ, Petr ad Gram.in dec.105.n.6.

Locator tenetur remittere mercedem colono rei locatæ ob sterilitatem, nisi cum vbertate compensetur, idest nisi annis præcedentibus fuerit vbertas, quod recipit abundantius, vel quod fuerit aliter conuentum, vid.tex.in l.licet 8.C. de locat & conduct.& de materia locationis vrbanorum prædiorum,& rusticorum, & operarum fabrorum, latè tractatur in d.tit.

Locatione præferuntur hæredes primi locatoris quia habent affectionem ad paterna bona. de Franch.in dec.123.n.12.

Locator pro vsibus propriis an possit expellere conductorem, vltr.l.3 C.loc.& conduct. vide Andr.Barbat.in cap. propter steril tatem n.10. & seq.vbi multa de locato, & ibi etiam videbis quid si ista necessitas habitandi sui culpa incidit,& quid si postea alteri locet, ibidem Item an d.l.3.procedat in emphyteuti, vid. Hyppol. de Marsil. in singul. 94. Add. Natt. in cons.25. vbi latè, Add.quid si locator promisit non appellare, etiam si perueniente necessitate non poterit expellere,& verba aliquid operentur, Ang. in d.l.3.Grat.in 1.vol.respons.1.n.36. vid. Ant. Gomes. de contract. in tit.de locat. & conduct. nu.6.sed quid si sunt duo domini vnius domus, & alter velit inhabitare, alter vero locare, quis præferatur, vid.pulchrum cons.Gram.54.in ciuilibus,& ibi etiam videbis aliqua pro materia d.l.3.Add.Alex in d.cons.105 magn. hec præter vol.3. vbi materia, & quid si duo habeant domum pro communi,& indiuiso, & alter tantum inhabitet, an possit alius non inhabitans petere pensionem suæ partis, vid. Ias.in l.1. circa fin.C.qui testam.fac.poss.nu.27.latè Gomez, de contract.cap.3.nu.34.fol.193. Et an conductor malè versatus potest expelli, vid. Alex. in cons.129.vol.2. Et quando malè versari dicatur, latè Menoch.de arbitr.iud.casu 78 fo.147. Et quo tempore pensio domus sit soluenda, vltra glos.in d.l.3.vide Bar in l qui hoc anno ff. de verb.oblig. vbi quid de promittente aliquid annuatim soluere, an in principio, vel in fine anni soluere debeat, vide eundem in l. 1. ff. de var.& extraord.cognit.Innoc.& Abb. in d.cap. propter sterilitatem, extr.de locato.

Loth sanctus proprios suos filios obtulit, pro euitando nefario coitu, & sodomitas à dicto vitio euerteret, Genes.29. Th. Gaur. in dec. 507. in 2. cons.inserto in dec prædicta, vers. his verbis.

Locumtenens, etiam si per quindecim dies steterit in officio, debet syndicari,& debet esse aduena, sed de Frāch.in dec 98. promisit aliquando aliquem de sua patria dictum officium locum tenentatus exercere si absentia officialis sit modico tempore duratura Reg.Pragm.5.de sindic. official.

Locus patiētis magis attenditur, quam locus agētis, l.palam ff.de rit.nupt.

Longum tempus est annorū decem, Vrsill. in dec. Affl.240.nu 5 l.pen. l.qui non nec ibi Angel.C. de long.tempor. præscrip.

Loquutio generalis loquentem non comprehendit, l.qui insulam § fin.vbi glos.ff.locat. l.inquisitio ff.de solut.glos not.in cap.primum 22.q.2.

Loqui nemo præsumitur, nisi quod mente cogitat, l.labeo §.item Tubero ff de suppell. legat. sunt enim verba demonstratiua possessionem mentis ibidem, & in cap.2. requiris de appell. cap. humana 22, q.5.

Lubricum linguæ non est trahendum ad penam, l. famosi ff.ad l.Iul.maiest.

Lucrum

Lucrum dotis, quod fit per maritum, attenditur consuetudo loci mariti, Vrsil. ad Affjict. in dec. 226.nu.5.

Lucrum dotale competit marito,& non venit in publicatione bonorum, de Franch. in dec. 636. n.3.l.quinque legibus ff. de bon. damn.

Lucrum dotale competit etiam si quis amittit,nõ procedit regula illa,quod tibi nõ nocet,& mihi prodest,de facile est concedendum,l.1.§.item vanus,& ibi notat Castrens.ff.de aqu.plu.arc.

Lucratiuæ causæ duo non possunt concurrere circa eandem rem, nisi vna,sit reuocabilis, l. inter stipulantem § si rem, vel nisi concurrant circa eãdem rem diuersis temporibus,tex. & ibi etiã Bar.in l.existimo ff.de verb. oblig.

Lusores repelluntur à testimonio,& testamentum condere non possunt, nec ad aliquod publicum officium admittuntur, & dicuntur malam vitã agere,quia per ludos prouocantur ad blasphemiam,periuria furta,& perditionem substantiæ patrimonij,Gram.in consi.crim.35, Cõst.Regn. incip. Mores dissolute viuentium, dum ludus indistinctè de iure ff.rum est prohibitum, l. fin. C.de relig & sumpt.fun.Tallon.de antifat.vers. 3.obseruat.3.n.388.& mutuantes in ludo,non possunt repetere.

Ludi materia tractatur latè per Ricc. in sua prax. eccles. resol 119. par. 2. & quod clerico lusori non cõferatur beneficium tanquam indigno,& delictum in ludo commissum causa ludi, sit impunibile,domus in qua luditur confiscatur,euictio non habet locum in venditione facta in ludo, Gram in dec.40.

Ludo scaccorum melius videt,qui ibi assistit,quã proprius lusor, glos. 1. in l. error C. de iur.& fact.ignor.

M

Macedoniani exceptio non competit filio, dũ pater est apud hostes,Vrsill in dec. 109.nu. 3.l 1.§ si pendent ff.ad Maced.

Macriatæ cuiuslibet coloris puniũtur pœna mortis naturalis,Reg.Pragm.2.de iniur.

Magis colligitur animus ex opere,& factis, quam ex verbis,l.si tamen §.si ei qui ff.de edilit. edict.

Magistris pueros docentibus,est permissa leuis castigatio,l.itẽ quæritur § item Iulianus ff.locati, Affl ict. in Constit. si vassallus à domino lib. 3. num,19.

Magister nundinarum tempore nundinum non potest in causis criminalibus deseruire alterius cõsultoris,quam officialis loci,si est doctor, nisi de consultore,& iudice dicti officialis, Regia Pragm.1.de offic.magistr. Iurat. fol. mihi 255, Pragm.11.§.85.de offic.Iudic.fol.mihi 411.

Magistri opinionem sequens exemplo Cassij,l.dicere §.1.de arbitr.excusatur in sindicatu à condemnatione expensarum,licet iudicaret contra communem opinionem, Ias.post alios in l. interdum § fin.de verb.oblig.

Magister iuratus eligitur à Barone in sua terra, & Vniuersitate in terra demanij, de Franch. in dec.43.& cap.Regn.incip.Item statuimus, cap. Robertus tali Comiti.

Magistro gratiam debet agere discipulus suus, exemplo Actilij Reguli in l.Attilius regulus ff. de donat.Bar.in l.quidam cum filius ff. de verb. oblig.

Magister Domini Vincentij de Franch.fuit Dominus Thomas Nauclerius, refert hoc dictus author de Franch.in sua dec.205.n.24.

Magister nundinarum, qui creatur ab Vniuersitate,vel Principe in ferijs, appellatio à suis decretis,& grauaminibus, fit ad Regios superiores non ad officialem loci, & omnia acta per ipsum suo tempore gesta,& non completa, functo officio suo,dimittuntur ad officialem loci, & non ad Regiam audientiam, & iurisdictio est quasi cumulatiua, dum non tollitur ordinario, qui iustitiam etiam in Nundinis ministrare potest,Capiblan.de baron.par.2. cap 39. num. 12.

Magna Curia Vicarię debet dare & esse exemplũ omnibus Curijs Regni, de Franch.in dec. 143. nu 6 & Rit. ipsius sunt obseruandi per omnes Officiales inferiores.

Magna Curia Vicariæ, & Regiæ Audientiæ in eorum Prouinciis sunt Officiales Ordinarij in toto Regno Frecc.in suo tract. de subfeud. in tit de offic.Magistr.Iustit. Carau.super Rit.62. Capibl de baron.par 2 c 37.n.4.

Magna Curia Vicariæ non potest excarcerare carceratum inquisitum de crimine hæresis, & læsæ maiestatis,sine Proregis licentia, Gram. in consi crim.6.cap. Regn. incip. Quandoque in administratione, & aliud Cap. incip. Nuper apud Tranum.

Magnifici iCtulus,vel Excelsi maiorem esse,quam Illustris,quinimo, & Præfecto Prætorio, & ipsi Regi titulus Magnifici fuit aliquando datus, Abb.in cap.nouit de offic. deleg. & Restaurus de Imperat.q.59. Tallon.super Pragm. de antefat.vers.3.obseruat.3.n.111.

Maior numerat vbi est Populi, ibi minor est intellectus,l.si constat ff de appell.Bal.in l.omnes populi col.2 de iust.& iur.

Mala electio est in culpa l.2.ff.si mens fals.non dixer.& l. nam asseruius §. mandato ff. de negot. gest.l.si solutarius ff.de solut.

Malus semper præsumitur malus ex mala conuersatione cum malis,& bonus cum bonis ex vulgari dictu, dimmi con chi vai,che te dirò che fai, Petr. ad Gram.in dec.34.n.36.

Malos mores habens dicitur pauper, & non iuuatur iuratoria cautione, Vrsill. ad Affl. in decis. 141.nu.8.

Malefactores etiam quod non sint contumaces, non alimententur,nec auxilientur,nec receptẽtur per quemquam,etiam si fuerit pater,mater, & cæteri propinqui consanguinei,sub pœna ducatorum sex millium,Pragm. 3. de receptator. malefactor.

Malæmenti publica egestate debẽt laborare,glos. in cap.pastoralis §.verum vers.subtrahunt extr. de appell.

Male,

Malefactorum fine iudicis mandato, quem capere non licet, l.fin.de exhib.& transig.reis, Isern.in tit.de pac.iuram.firm.§.receptatoribus n.29.

Malę fidei possessor nullo tempore præscribit, nec facit fructus suos, cap.possessor de reg. iur.in 6. Auth.malæ fidei C.de præscrip.long. tempor.l. cum notissimi C.de præscrip.30.vel 40.annor. & hodie in hoc Regno attenditur ius canonicū circa præscriptionem, Vrsill. sit mihi testis in dec.240.n.10.& dec.360.n.6.& hoc ad exonerandam conscientiam defuncti.

Mala fides non potest allegari elapsis 30. annis, licet Affl.teneat contrarium, quod potest allegari etiam post præscriptionem longi temporis, si memoria hominum in contrarium non existat, Vrsill.ad Affl.in dec.240.

Malitijs hominū debita prouidentia est obijciendum, Constit.Regn.incip.Si exceptio,& ibi Afflict.rub.24.n.1. 2.not.

Malitijs hominum non est indulgendum, l.fundū ff de rei vendicat.

Mancipium propter baptismum non efficitur liber. Et Christianus potest tenere mancipium factum Christianum, Rom.in cap.1.de iudic.glos. in l.quis ergo casus ff.de pecul.in fin.verbo nominibus, Vrsil.in dec.151.nu.10.

Mandatum iudicis impediens debitorem soluere suo creditori, sed illi, ad cuius instantiam, iudex facit mandatum, seu impedimentum tantum soluere debeat, tunc excusatur debitor per hūc iussum iudicis, & molestari non potest à creditore suo, Vrsill.ad Affl.in dec.328.n.1.

Mandatarius ad capiendum mutuo pecuniam ab aliquo, soluendo vsuras illas repetit à suo principali, secundum modum consuetum, Vrsill. ad Affl.in dec.91.

Mādatum iudicis factum birruarijs, quod delinquentem viuum, vel mortuum capiant, & quando potest iudex hoc facere, & si inquisitus in terram se proiecit resistendo, potest occidi ab omnibus, si est bannitus, vel foriudicatus, Petr. ad Gramm.in decisio.4. num.8.& 9.Foll.in sua pract.crim.vers.notatos capiat de persona nu. 3.& vers. si autem esset foriudicatus, Bald.in l. edictos nu.3.C.de episc.aud. Menoch.de arbit. iud.cent 6. casu 588.& nullo habito mandato mandato iudicis, occidens resistentem, punitur, si delinquens est talis nu. 10.& non interueniat pars offensa in captura.

Mandatum datum alicui ad aliquem occidēdum, vel veneno necandum, sed metu mortis à persona tiranna, vel solita sic fieri malæ vitæ & famę, non est pœna mortis, quia minoratur pœna delinquenti per illum metum, ex quo pœna erat ordinaria, efficitur extraordinaria, quia totum fecit metu mortis, sed non animo delinquendi, Gram.in vot.crim.38.n.3.

Mandans aliquem occidi non sequuto effectu, nō punitur pœna mortis, Petr. ad Gram.in dec.27. nu.18. Pragm. de ictu scoppict.

Mandans homicidium committi, potest de mandato puniri, etiam mandatario non cognito, & nescito eius nomine, Clar. in pract. crim.q.89 vers.scias autem, Petr.ad Gram in dec.28.n.2.

Mandans aliquē occidi, vel veneno necari, si mandatum ipsum reuocat, non tenetur mandans, & si mandatarius exequitur suum mandatum, postea facta reuocatione mādati re integra, & si nō reuocat, tenetur pœna extraordinaria iudicis arbitrio, dummodo ad aliquem actum facti remotum fuerit peruentum, alias ad nihil tenetur de iure, Mandatarius ex solo illo mandato, & tractatu, quia in atrocissimis tantum tenetur, vt supra in assassinio, tenetur mādans non sequuto effectu, per tex.in l.1.de extraord. crim. Gram. in dec. 38. & attenditur executio delicti non suscepto mandato, l.item apud labeonem ff. de iniur.§.si curauerit.

Mandati forma est diligēter obseruanda, l.diligenter in prin.ff.mandat.

Mandato carente, alienam actionem nō proponit, l.soluendo ff.de neg.gest Bald.in rub. C. de iur. fisc. nu.5.

Mandans aliquem occidi in punitione, & causæ cognitione, attenditur locus commissi delicti, non autem locus mandantis, & punitur, iux.decis.de Franch 37.n.6.

Manducare non debet, qui non laborat, glos. in l. quamuis ff.de damn. infect. Dec. in cons.654. in fine.

Manna non colligitur nisi de fraxino, & orno in Calabria, & Montegargano, non autem in Sancto Germano, vbi sunt stagna, & paludes, sit alba, & dulcis & non vendatur sub pœna mortis, nisi fuerit prius recognita, & arbor purgatur prius per dies quatuor, Pragm.1. de Mann. recollig.

Manum stringere est signum dilectionis, glos.in c. 1.de sponsal.

Manus violentas inijcere quomodo dicitur, v3.si verè percutiens clericum, vel teneat clericum per vestes, vel per frenum equi, cui insidet clericus, vt ire non possit, quo vellet, aut aufert clerico violenter aliquam rem, si occidat equum subtus clericum, vel deturpet ei vestes, vel laniet in eius dorso, vel cogat sedare precipitem in flumen, vel aliud discrimen, est excommunicatus; & excommunicati carcerati non audiuntur, nisi fuerint absoluti, & petant absolutionem, quia excommunicatus etiam iniustè non est audiendus antequam absolutionem obtineat, Montem.in cap.28.num.vlt.fol.mihi 215.prax. Cur.Archiep.Neap.

Manus pœna quandoque componitur in pęnam pecuniariam, & pœna est duodecim vnciarum, per de Pont.in tract. syndicat. in verbo Inquisitio.

Manumissio quid sit, & quot modis fieri licet, vide Io.Hugon.in tract.de offic.4.præl.§.sed cum nu.3.& in §.mulier nu.1.& 2.in 2.col.tract.

Mare homini crudeli æquiparatur, tex. not. in l.3. ff.de don.caus.mort.Hinc Plutarcus in Vita Catonis, de quo meminit Ias.in l.1. ff. si quis caut. refert ipsum de tribus per vitam pœnitentiam

rebus

rebus egisse. Primo, si quod arcanum mulieri tradidisset. Secundo si per aquam traiecisset, quo poterat per terram pertransire. Tertio si aliquem diem per incuriam omisisset, refert hæc omnia cumulatiuè Gram.in cōs.1.In ciuilibus.

Maris iter incertum est,& periculosum, tex. not. & ibi Bal in l.2.C.de nautic.fenor.hinc pulchrè inquit Seneca,quod nauigia,quæ de mane lucebant,de sero sorbentur.

Mariti negligentia in non exigendo dotem, non nocet vxori,si dotem habuit ab extraneo, quia tunc debuit vir esse diligens in exigendo dotē prædictam,secus quando fuit constituta ab vxore,vel eius patre,quia tunc mulieri imputatur, Boer.in dec.329.n.3.& si negligentia ipsa nocet vxori, quæ debet habere recursum contra hæredes mariti,& ex professo discutitur per Boer. in decis.prædicta.

Marito mortuo,hæredes non possunt petere vsuras dotium,ob moram sibi in solutione, & traditione ipsius dotis factam, quia maritus moriendo videtur remisisse vsuras,Boer.in dec.338 n.7.Ang.& Ias.in §.fuerat instit.de action.

Maritus si stetit per spatium decem annorum ad exigendam dotem, & interesse non petere interesse dotis non solutæ, decætero an admittatur ad petitionem, Ias. in §. fuerat num. 10. instit.de actio.& per me late retro in litera dos mobilis.

Maritus non potest se obligare de tenendo vxorem in aliquo loco, Vrsil.ad Affl.in dec.307.n.7. Cappel.Tholos.in dec.87.Lup.in repet.cap.per vestras de don.inter vir.& vxor. col.5.

Maritus quando dotem æstimatam suæ vxoris recepit, omne commodum,& incommodum est suum, & habet dominium rei,Vrsill.ad Affl. in dec.194.n.1.& dec.380.& quando vestes dātur æstimatæ, restituitur pretium vestium,si non adest pactum,quod restituātur vsu consumptæ, & sic vt reperiūtur,Vrsil.in dec.247. & 270.& electio est viri in casu soluti matrimonij restituere pretium æstimatum, siue rem dotalem,l. quoties res ff de iur.dot.

Maritum habens concubinam, vxor potest ab eo discedere, dotes petere,& donationes propter nuptias,ac alimenta, & si interim mulier committit adulterium,nihil perdit,& ei non imputatur, & hoc fit surdum malæ menti mulieris, Vrsill.ad Affl.in dec.10.n.9.

Maritus potest cogi ad instantiam coniunctorum vxoris ad dimittendum concubinam, & si maritus non accusat in vita vxorem de adulterio, hæredes tantum possunt postea accusare, quia paria delicta mutua compēsatione tolluntur, Vrsill. ad Affl. in dec.19.n.10.quia adulterium censetur remissum ex scientia,& taciturnitate, Pascal. de vir. patr. pot.cap.5.par.1.n.51.

Maritus acriter verberans suam vxorem, potest vxor aufugere,& committit adulterium,& nō imputatur mulieri,& potest dotes petere, Vrsill. in dec.Affl.10.n.10.

Maritus tempore infirmitatis suæ vxoris tenetur ei præstare alimenta, & medicum adhibere;sed non tempore pestis, & tenetur etiam præstare medicinas,Vrsill.ad Affl.in dec.10.n.13.

Maritus potest auctoritatiuè suam vxorem castigare,sed non verberare, glos. in cap. sicut alterius 7.q.3.

Maritus,& mulier,vt sint concordes, quilibet facere debet,& contrarium est reprehensibile, l.dissentienti C.de repud.l.nisi Cod.de furt.l.reprehēdenda C.de instit.& substit.l.filia C.de inof. testam.qui per cohabitationem,quām simul faciunt magis inducunt ad se inuicem diligendum,l.si collactaneus ff.manumiss.vendic.

Maritus non potest disponere de bonis parafrenalibus suæ vxoris,idest de fructibus, sed in restitutione bona ipsius sunt tacitè hypothecata, sed fructus industriales maritus nō tenetur restituere,si sunt consumpti,Corne. in cons. 172. circa fin.litera X.1.vol.sed si consumpsit, tenetur restituere,Vrsil.ad Affl.in dec.42.nu.5. Nicolant.in tract de pignor.4.memb. 2.par.n.63.

Maritus debet suis sumptibus sepelliri facere suā vxorem, Paul de Castr. & tex. in l. si filia ff.sol. matr.Bart.in l.qui vxorem C.de neg. gest. cap. de vxore de sepult.

Maritus percutiens suam vxorem calce, punitur citra mortem, quia in eo non præsumitur dolus,Foll.in pract.crim.fol.mihi 174.nu.7.dentur capitula,& si occidit suam vxorem innocentem punitur pœna parricidij,& priuatur omni lucro dotis.Pascal.de pat.pot.cap.59.n.74.par.1.

Maritus potest inducere vxorem, vt ipsum hæredem instituat, dummodo minæ, & dotes interueniant,nec verberetur,& ex vnico actu maritus dicitur leno,de Franch.in dec.180.n.1.dec. 68.num.7.

Maritus potest suam vxorem inducere ad testandum, & eum instituendum, dummodo minæ, verbera,dolus,& similia cum iusta causa interueniant,vt ponuntur per de Franch.in dec.180. per tot.Vrsill.in dec.69.Dec. in cons. 489. casu 3.vers.solum, Bar.in l.lucius §. Sempronia ff.de leg. secundo.

Maritus quādo non est soluendo,non potest vendere bona dotalia æstimata,& eo casu talis æstimatio non facit emptionem,vbi alios casus habebis, in quibus æstimatio non facit emptionē, Purpurat.in l.ex conuentione nu.25.& seq.C. de pact. Bal.Nouell.in tract.de dot par.8.priuileg.7.fol.mihi 162.quia lex est strictè interpretanda.Socc.in l.7.ff.de acq poss. in nu 9. vsque ad nu.16.& casus omissus remanet in dispositione iuris communis.

Maritus omne, quod expendit pro funere vxoris suæ,potest à suo socero repetere, ad quam dos reuertitur,siue ab hæredibus dictæ suæ vxoris, secus si dos remanet penes ipsum maritum, & medelæ vltimæ infirmitatis etiam veniunt appellatione dicti funeris seruata formā decis.Hodiern.ad Surd.111.nu.9.& seq. l.quod in vxorē C.de neg.gest.& continentur cum dictis funeralibus omnes illæ,quæ cadauero præsente,in lumini-

minibus, custodibus, vestibus ipsius, ac illæ quæ fiũt in deferẽdo mortuũ ad sepulturã, in pulsatione campanæ, apertura sepulturæ, cera, pane, iisq; oĩbus, q̃ pauperibus distribuũtur, Missis, ac sacris ceremonijs peragendis, in oblationibus, aliisq; ceremonijs, & obsequijs, pro animæ commendatione, Ioseph.Ludou.in dec.Perus.78. si vero maritus superlucratus est dotem pro rata ad prædictas impensas tenetur, l.eum, & l.si notandum ff.de relig.& sumpt. funer. & si mulier nihil habet maritus sumptibus tenetur ad omnes funerales expensas, Gratian. in discept. forens.94.par.1. per tot.

Maritus donationem, quam facit vxori suæ, sola pœnitentia eam reuocare potest, l. à marito in fine C.de don.int.vir.& vxor.

Maritus rem dotalem mobilem, vel stabilem alienare non potest, etiam vxore consentiente, nec seruitutem fundo imponere potest, licet dicatur dominus dotis, l.dote Ancill. C. de rei vendic.sed bene potest maritus vti frui rebus dotalibus propter onera matrimonij, l. pro oneribus C.de iur.dot.sed res mobilis, quæ seruando seruari non potest, potest tantum vendere, Auth.super me in fin.C.ad Senatusconsult.Vell. sed res æstimatas sibi in dotem præstitas potest alienare, & resarcire deteriorationem in casu restitutionis, & etiam res datas in dotem, sistentes in numero, pondere, & mensura, potest maritus disponere, l.rem in dotem ff.de iur.dot.l.si mater ff.de iur.dot.

Maritus cogitur in quantum facere potest, l.maritum ff.sol.matr.sed hoc beneficium non extinguitur cum extraneo hærede mariti, cum dicatur beneficium personale, & l. quod defensor ipse non sit deterioris conditionis mariti, si à muliere conueniatur in solidum cõdemnatur, hoc dicit, vsque ad l.rei iudicatæ, hæc regula ostenditur ad consocios, qui aliquam societatem contraxerint.

Maritus in dotem accipiens debitorem ab vxore sua, non locupletem ignoranter, sibi non imputatur, l. promittendo §. si à debitore ff. de iur. dot.secus si scienter, quod videtur donare, l.cũ vir ff.eod.adito tex.in l.si cum dotem §. si mulier in fin.ff.sol.matr.

Maritus verberans suam vxorem cum baculo, & sanguinis effusione, si ipsa contra dictum suum maritum querelam non porrexit, non proceditur ex officio contra maritum prædictum.Pet. ad Gram.in dec.34. n.12.

Maritus potest suam vxorem in domo carcerare absque pœna priuati carceris, Petr.ad Gram.in dec.34.n.11.

Maritus succedit suæ vxori, & vxor suo marito, quando quisque ipsorum data sit absque legitimo successore, per tex. in l.vnic. C.vnd.vir.& vxor.de Franch.in dec.444. & ad inuicem succedunt vir, & vxor excluso fisco, coniunctis, & proximioribus deficientibus.

Maritus, & vxor vendentes in solidum rem stabilem mariti, eis prædefunctis conquerentibus hæredibus vxoris, tenentur hæredes viri soluere de bonis eorum patris, quia præsumitur totam pecuniam ad virum deuenisse, Vrsill. ad Affl.in dec.209.de Franch.in dec.474.

Maritus debet suam vxorem alere, etiam si nihil habuit in dotem, vel eius fructus non sufficiunt de Franch.in dec.617.n.31.

Maritus dicitur vergere ad inopiã, si est lusor, Petrus ad Gram.in dec.90.n.3.

Maritus est dominus rei dotalis, l.doce aucillam C.de rei vendic.

Marchiones duo creati à Reg.Maiestate, vnus post alium, primus creatus expedit Reg.assensum post secundum creatum, seruata forma Regiæ Pragm.quod literæ Regiæ possunt expediri in Regia Camera, & possessionem capit, secundus creatus Marchio primo expediuit Reg. Assensum, & possessionem capit, præfertur primo expedito à S.M.quia tempus datæ attenditur, & est perfecta, de Franch.in dec.62. cap.eum, cui de præben.in 6. cap.Sanctæ Crucis de rescript. Rom.in consl.20.n.2.

Masculus est animatus in quadragesimo dierum spatio, fęmina vero in octuagesimo, Pet.ad Grã. in dec.20.n.12.

Masculiatio est vsque ad decimumsextum annũ, & dicitur etiam soror masculiata, dum sibi fuit dos à patre relicta, & frater distulit eam maritare, de Franch.in dec.412.n.4. Affl.in dec.370. Capic.in dec.85. & soror masculiata ad successionem admittitur, vt masculus.

Masculus repertus in domo alicuius puellæ, vel mulieris solutæ, & ibi deprehensus, & consanguinei, eum compellunt ad illam desponsandã, sub minis mortis, affida facta erit nulla, si postquam in libertatem erit positus, non ratificauerit, & sponte non cohabitauerit, cap. significauit de eo, qui dux.in matrim.puell. l. nec minorem ff.quod met.caus. Capibl.de baron.cap. 64.n.14.par.2.

Mater non habet filios suos in potestate, sed repериuntur in potestate patris tantum, fallit hoc in tutela, quando mater est sui filij tutrix, quia tũc eum habet in potestate, cap.ex parte lo secondo de appell.Fab.de Ann.in cons. 50.n.6.

Mater non tenetur dotare filiam suam, neq; pater de bonis vxoris ea inuita, l.neque mater C. de iur.dot.

Matri est prohibitum facere substitutionem in dote sua, in qua eius filiæ sunt successuræ, siue directam, siue fideicommissariam, tum quia mater non habet dictos duos filios in potestate, & sic eos ligare non potest, de Pont.loco cit.

Mater nullum ius acquirit tempore pupillaris ætatis in successionem filij per substitutionem compendiosam a pagano factam, præsertim exemplarem continentem, Merlin.in controuer. forens.cap.9.per tot.

Mater per triennium tenetur lactare filium suum, l.nec filium C.de patr.potest. glos.fin. in c.cum haberet de eo qui duxit in matrimonium, Thesaur.in dec.3.nu.6.in fin.

Mater

Mater admittitur vna cum filijs, quando fuit præterita in testamento, quod testamentum est nullum, & succedit ab intestato, & matri debetur legitima, quæ est tertia totius hæreditatis, de Pont. in consl. 68. n. 4.

Mater volens præfertur in tutela Auo paterno, de Franch. in dec. 10.

Mater potest esse tutrix filiorum suorum, sed non cogitur suscipere tutelam, Auth. matri, C. quando mul. tutel. offic. fung. pot. tu vide Alexan. in consl. 37. vol. 3. per totum, vbi an mulier sit legitima administratrix bonorum filii, sed aduerte quod illud, quod dicitur in d. Auth. matrem legitimis præferendam, hoc sanè intelligendum est, scilicet à latere, vt exprimit tex. in §. ex his, in auth. de hæred. quæ ab intest. ita Barto. in l. si quis sub conditione ff. de testam. tutel. in vers. quid si est pater, & mater, quā sequitur Affl. in dec. 281. n. 2. vide Boer. in dec. 124. Socc. in cōsl. 8. vol. 1. an autem mulier, quæ per transitum ad secunda vota filiorū tutela priuatur, possit illā recuperare, si iterum incidat in viduitatem, vid. Salyc. in auth. sacramenta puberum eod. titu. C. in cuius materiam Add. Cassan. in Consuet. Burgund. rub. 6. §. 8. nu. 1. & seq. fol. 224. vbi enumerat alios casus, in quibus mulier tutela priuatur, vide Guliel. de Bened in cap. Raynutius in verb. Vxorem nomine Adelasiam dec. 5. n. 8. & seq. latissimè Neuiz. in sylu nupt. in verb. Viduæ non nubendū, Boer. in dec. 206. Add. Rui. in cōsl. 86. n. 3. & 5. vol. 5. Aym. in consl. 190. n. 8.

Mater, quæ transiuit ad secunda vota, si suus filius decessit, non succedit in eius portione, nisi quo ad vsumfructum tantum, sed quo ad proprietatem, secus est, sed ad proprietatem prædictam succedit in omnibus bonis, & introitibus emptis per ipsum filium, & eius tutorem de bonis suæ portionis hæreditariæ, Gratian. in discept. forensl. 540 n. 9. par. 3. de Franch. in decisio. 18. Tor. in compend dec. Regn. Neap. par. 1. ver bo Mater.

Mater transiens ad secundas nuptias tenetur cauere filijs primi matrimonij de dote conseruanda Vrsil. ad Affl. in dec. 35. n. 19 Bertrand. in consl. 72. 1. vol. Socc. in patre dissipante consl. 34 n. 14.

Mater debet nutrire suos filios triennio, de Frāch. in dec. 259. n 9. l. nec filium C. de patr. potest. quia mulier post partum est faticosa.

Mater statim quod transit, vel transire declarat ad secunda vota, videtur suspecta tutelæ, illaq; sibi interdicitur, Vrsil. ad Affl. in dec. 357. Sylu. nup. fol. mihi 60. n 5.

Mater in medio, mortuo filio, admittitur ad successionem, vna cum fratribus vtrinque coniunctis, exclusis fratribus consanguineis ex vno latere, Vrsil. ad Affl in dec. 38. nu. 3. auth. defuncto C ad Tertull.

Matre, vel patre existente in medio, succeduut filii sui, & sic boua paterna, reuertuntur ad patrem, bona verò materna ad matrem, ante exierunt, ad finem conseruandi ea in familia, de Franch. in dec. 157. n. 5.

Mater pro filio carcerato ꝓ debito, potest fideiubere, non obstante Velleiano, de Franch in dec. 578. num. 1. & de iure communi mater succedit filio suo, non autem secundū consuetudinem, more nobilium, & filio adultero non succedit, de Franch. in dec. 648. n. 1.

Mater si non petiit curatorem filio suo insano, priuatur eius successione, de Frāch. in dec. 167. nu. 1. & filio suo ordinario, mater non cogitur petere curatorem, quia lex loquitur in tutore tantum, n. 2.

Mater transiens ad secunda vota succedit filio mortuo, aliis superstitibus in vsufructu tantum, pro bonis a patre obuentis, de Franch. in decisl. 18. nu. 1.

Mater quando est pauper non tenetur filium suū lactare gratis, de Franch in dec. 236. n. 4. verum triennio lactare tenetur.

Mater fuit onerosa ante partum, dolorosa in partu, & laboriosa post partum. de Franch. in dec. 259. nu. 9.

Mater tutrix suorum filiorum, si non confecit inuentarium, potest poni ad torturam, & sibi dari iuramentum in litem, contra ipsam, Vrsill. ad Affl. in dec. 75. n. 18.

Mater præfertur omnibus tutoribus, testamentariis exceptis, & debet penes eam suspicare, non obstante pupillus alimentari, & pater non potest in testamento prohibere, quod mater non sit tutrix, Vrsill. ad Affl. in dec. 183. n. 2.

Mater, & Auia priuantur successione filij, vel nepotis, qui locum filij repræsentat, ob non positum tutorem filio suo, vel nepoti minori, vel furioso, & hæc regula cadit solum in istis primū locum tenentibus, idest primū gradū post istos non priuantur successione, & non comprehenduntur in ista regula, & sic etiam pater, qui habet filiam suam in potestate, si nepoti suo non petiit tutorem, priuatur successione ipsius, & alijs in ordine defertur hæreditas, de Franch. in dec. 167. n. 7. & 10. & per totum, secus priuatur mater successione si curatorem filio suo non petierit, & priuatur si non petiant tutorem.

Mater tenetur filium suum alere infra triennium, iux. glosl. in l. si competenti Cod. de alen. liber. l. nec filium C. de patr. potest. nam si non habet vnde se, & familiam suam alat, nisi ex operibus suis, à quibus oporteret eam cessare, si filium alere vellet, tunc pater, non ipsa mater alere tenetur, & eo casu posset recusare filium alere, Bal. in l. licet si hæreditas §. quod autem ff. ad exhiben. & pater tenetur filium suum alere, sed non extra suam domum, & familiam, & quod filius non habeat aliunde se alat, l. si pater C. de alen. liber. & etiam filios naturales tenetur pater alere, auth. licet C. de natural. liber. vid. Cacher. in dec. Pedem. 45. nu. 10 Surd. in tract. de alim. tit. 4. q. 14. n. 14.

Mater non habet filios suos in potestate, tex. in cap. ex parte lo secondo de appell. Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 6. §. 6. versl. est tutrix nu. 1. fol. 220. Caballin. in Milleloq. 552. par. 2.

Y Fab.

Fab.de Ann.in consil.50.num.5.& 6.

Mater admittitur vna cum filijs ad successionem alterius filij sui, quando est in testamento præterita, & testamētum est nullum, & succedit ab intestato,& matri debetur legitima, quę est tertia totius hæreditatis, si non habet spem amplius succedendi,de Pont.in cons.63.n.4.

Mater,& cæteri an excludantur à successione, ob non petitum tutorem filio suo, & qualiter procedat dispositio §.si mater in l.2.ff.ad Senat.Cōsult.Tertull.Socc.in cons.3.vol.2. col. pen. vers. postremo cum sequ.& Socc.sen. Igneu.in l.3.§. si conditioni nu.5.& 6. ff.ad Syllan. & per me ante in Add.ad l.octaui.ff.vnd.cognat.

Mater an priuetur successione, vel legitima filii decedentis in pupillari ætate, si filio à patre sit datus substitutus, & dicat, quod mater excluditur etiam à legitima,& à tota successione,sed hoc nō habet locum si mater sit pauper, quoniam substitutus compellitur ei alimenta præstare,vel aliquod pro alimentis dare, l.Lucius in princ.ff.de pupill. substit.

Mater excludit Auum à successione filij, & in bonis paternis, auth. defuncto de success. parent. natur.

Mater præfertur in tutela quando est honestæ vitæ Auo,& omnibus aliis tutoribus, exceptis testamentariis, & si mater non habet tutelam, non habet administrationem, Vrsill. ad Affl. in dec.183.

Mater non petens tutorem filio suo, si ipse filius ante pubertatem decesserit,ab eius successione excluditur, secus si post pubertatem decesserit, tex.in l.mater C.ad Tertull & l.omnē instit eo. §.fi. & l.sciūt C.de legit.hæred.de Frāch. in dec. 632.n.2.fallit si mater est minor 18 annorum.

Mater,& Auia renunciantes secundis nuptiis, & Velleiano, præfertur legitimis, & datiuis tutoribus,non autem testamētariis, auth matri,& auiæ,C.quom.mul.tutel.offic.fung.pos.

Mater succedit filio suo morienti, vna cum eius viro,per auth.defuncto,sed sibi obstat consuetudo Neapolitana,quod mater non succedat filiis in pupillari ætate,vel ab intestato decedētibus, de Franch.in dec. 492.

Mater non habet filios in sua potestate, vt habet pater,de Franch.in dec.476.n.5.

Mater necessitate ducta potest suum filium ad aliquam artem ponere ad tempus, vt aliquā mercedem percipiat,Vrsil.in dec.307.n.4.

Mater succumbens, qualiter amittit successionē sui filii, quatuordecim casus narrat Vrsill. ad Affl.in dec.75.n.5.per quos successionem amittit,& quomodo mater per transitum ad secunda vota excusatur, decis prædicta est aurea, & mulier debet petere veniam officiali de eius tractatu ad secūda vota,& succedit filio suo morienti post annum luctus vna cum aliis fratribus, & filiis consanguineis eius primi viri, & post eius mortem, omnia prædicta bona sunt filiorum primi matrimonii, vide de Franch. in dec. 18.

Mater succedit filio vna cum fratribus, auth. de. functo C.ad Tertull.& sic de iure Longobard. non succedit filio,stāte dispositione decis. S.C. quæ in Regno habent vim legis,& proferuntur sub nomine Regiæ Maiestatis, & vocatur ius nouissimum, dec. S.R.C.96.& 383. Marant.in cons. ciuil.27.n.9.

Matrimonii probationes fiunt etiam per parētes, per testes inhabiles,cap.super eo, de test. decis. Perus.Ludou.95.n.5.par.1.

Matrimonium est prohibitū,quando quis contra matrimonium instat,& facit articulum generalem,quod sunt consanguinei, & postea quando testes deponunt, dicunt quod sunt fratres, vel in tali gradu,de Franch.in dec.631.n.3.

Matrimonium metu cōtractum intelligitur, iuuene reperto in domo pulchræ puellæ,extantibus consanguineis,etiam depositis armis, & quādo contrahitur matrimonium causa explendæ nefandæ libidinis,sicut in foro Cęsaris, nō autem in foro poli,& matrimonium non est validum, Vrsil. ad Affl.in dec.336.n.vlt.

Matrimonium cōtrahens infidelis cum Christiano,non tenetur requirere coniugem infidelem, residentem cum infidelibus, Petr. ad Gram.in dec.63.n.19.

Matrimonii nullitas spectat ad iudicē ecclesiasticum,de Franch.in dec.555.n.2.

Matrimonio quæ debent interuenire,& quomodo contrahitur,& quod debeāt præcedere triduanæ monitiones.S.C. Trid.in sess.24.c.1.de refor. matrim.& de dispensationibus dicti matrimonii in eadem sess.latè tractatur.

Matrimonium separatur quo ad thorū ex pluribus causis.Primo, quādo maritus maletractat vxorem suam,si inter eos fuit orta lis super meliori parte bonorum,quando maritus fuit insidiatus vitæ vxoris,& tentauit eam veneno occidere, Abb.in c.literas de diuort. Thes.in dec. 130.& his casibus cogitur vir extra propriam domum in domo honesta vxorem alere, Bal. in l.1.C.comm.de leg & si maritus offert cautionē non fit separatio,quia non est consultum vxori, si maritus est furiosus,& est periculum vxorem cum eo habitare,quia solet inebriari,si efficitur hæreticus,vitium sodomiæ, adulterium coniugis,& separatio matrimonii hodie fit ad arbitrium Curiæ,non finaliter,vt possit ob scandalum,ne secundum adulterium oriatur, reintegrari primum matrimonium separatum, quia non potest vir propria auctoritate separare, Montem.in cap.27.per totum,fol. mihi 184. in prax.Cur.Archiepisc.Neapol.& dos statim mulieri restituitur, facta separatione thori, de Franch.in dec.244.

Matrimonium quando apparet esse nullū ex probationibus lite pendente,interdicitur carnale commercium, Montem.in prax. Cur. Archiep. Neap.c.27.n.1.fol.mihi 183. & si dicta lite pendente super primo matrimonio, cōtrahitur secūdū,mulier debet sequestrari, & poni in loco tuto,& lite pēdēte pstātur alimēta vxori,& litis expen-

expensæ, etiam appellatione pendente; etiam si mulier non dedit dotem, Affl. in dec. 10. & 152. etiam si maritus est inops, & mulier habet vnde viuere, & pater eius est diues, sed hodie seruatur, quod præstetur cautio de restituendo, quatenus de iure tenetur, vel excomputare vt fuerit prouisum, de Franch. in decis. 336. & quando separatur matrimonium ex culpa viri, restituitur vxori dos, & antefatum n. 3. Abb. in cap. fin. de adult. de Franch. in dec. 244. Thesaur. in dec. 136. & si mulier committit adulterium, amittit dotem, & vir non tenetur eam alimentare, cap. plerumque de don. int. vir. & vxor.

Matrimonium dirimēdū, an sit iudex secularis cōpetens, vbi agitur de matrimonio dirimendo, propter incestum, vel aliud legitimum impedimentum, vid. Couarr. in sua epitom in 4. decret. par. 2. cap. 8. §. 12. fol. 196. vbi latissimè vltra omnes, Franc. Marc. in decis. 703. vol. 2. & nota, quod dicit matrimonium non valeat propter impedimentum iustitiæ, & publicæ honestatis, tamen si contrahentes credebant tenere matrimonium, & sic errabant, filij sunt legitimi. Affl. in tract. si de feud. fuer. controu not. 5. & vlt. fo. 42. Sed contra per cap. cum inhibitio extr. de clandestin. despons. vltra glos. in l. qui contra in verbo errore C. de incest. & inutil. nupt. vide Grillan. de pen. omnifar. coitus quæst. 3. Add. quod Bald. per tex. in l. si quis C. eod. tenet quod spurij ab omni successione excluduntur, & similiter etiam eorum filij, licet legitimi, quod tamen qualiter, & quando procedat, vide Bart. Bald. & Ias. in l. gallus § quod si is, Dec. in cons. 631. & Hyppol. in singul. 243. & an pœna imposita contrahendi incestas nuptias, per auth. incestus C. eod. habeat locum in nuptijs Incest. de iur Can. licet non sint incestæ de iure ciuili, vid. Dec. in cons. 158. vol 1. & Alex. in cons. 229. ponderatis his, quæ in themate vol. 6. Boer. in dec. 264. & 318. & an filij legitimati à Pricipe, succedant ab intestato alijs legitimis, & naturalibus astantibus, & efficiantur legitimi agnatis, & cognatis patris, vid. plenè per Iacob. de Beluis. in auth. quib. mod. natur. effic. sui col. 7. vol. 2. Add quod de iure can. debentur ei alimenta, cap. cū haberet extr. de eo, qui dux. in matrim. quam polluer. per adulter.

Matrimonium possunt impedire reuelantes impedimentum ipsum, & vnus testis sufficit, reuelando ipsum contrahi non posse, & impeditur, & sic plena probatio ad hunc effectum, cap. præterea de sponsal. Nauarr. in cap. præterea sacerdos de pęniten dist. 6. num. 27. sed non teneri vbi sequitur scandalum ex reuelatione ipsa impedimenti.

Matrimonium, quod est liber, potest contrahi à filiofamilias in potestate absque patris consensu, quia in spiritualibus non consideratur patria potestas, Vrsill. ad Afflict. in dec. 151. n. 13. Andr. in cap. 1. §. præterea nu. 33. quib. mod. feud. amitt.

Matrimonium prohiberi non potest, quod non contrahitur in tali loco cum tali, sub tali pęna, cum certo personarum genere; ex quo matrimonia sunt libera, & restringi nō possunt, Ricc. in resol. 107. par. 2. in prax. for. eccles. de Pont. in suo tract. de potest. Proreg. tit. 6.

Matrimoninm nullum declaratum post mortem coniugum, filijs non relictis, non debetur hæredibus, nec eius mulieri donatio, ppter nuptias, antefatum, nec eius legatum contemplatione dicti matrimonij, de Franch. in doc. 52.

Matrimonij parentum consensus non requiritur, & antequam contrahatur, tres publicæ monitiones fieri debent inter Missarum sollemnia in Ecclesijs à proprio Parocho diebus festiuis continuis, si nullum adest impedimentum, factis denunciationibus in facie Ecclesiæ contrahitur, recepto per Parochū mutuo consensu, contingat eos in matrimonium, si suspitio impedimenti est vna tantum monitio fiat, vel saltim à Parocho cum duobus, aut tribus testibus præsentibus, matrimonium celebretur, & alius sacerdos, de licentia Episcopi, vel Parochi, potest etiam dictum matrimonium contrahere, Sacr. Concil. Trid. in sess. 24. cap. 1. & si prius cohabitant ante sacerdotalem benedictionem puniuntur, & scribant in libro, cum numero testium, & prius confiteantur, & per dies triginta a die publicationis finiatur matrimonium.

Matrimonium contrahitur inter raptorem, & raptam, antequam ad suam libertatem deueniāt, & in pristino statu, in tuto loco, separata à raptore, & sint excommunicati raptor, & rapta, & consilium, & auxilium ei præbentes, tenetur raptor eam dotare, siue in vxorem duxerit, siue non, Concil. Trid. in sess. 26. cap. 6.

Matrimonium cum duabus vxoribus contrahens, punitur pęna stupri, idest pęna mortis, l. eum qui duas Cod. de adult. & inueni perfunctoriè legendi scriptum quendam casum, quidam fuit ad mortem condemnatus, ex quo quatuor vxores duxit, fuit asportatus in præsentia Regis Caroli, & ductus confessus fuit veritatem, quod duxit prædictas quatuor vxores, quia nec primam, nec sequentes vllam bonam, & honoratam inuenit, credēdo aliquam bonam, & honoratam recipere, vel vitam pudicam, & coniugalem educere, per quam argutam, & iustificatam responsionem, gratiam à Rege Carolo fuit consecutus, dum erat ad mortem cōdemnatus, Boss. in tit. de cort. damn. & punib. n. 78.

Matrimonia contrahi prohibentur cum sollemnitatibus, & festinis in Aduētu Domini, vsque ad Epifaniā, & eius diem, & à Feria Quarta Cinerum vsq: ad Octauam Pasquæ, & alijs prohibitis temporibus, in alijs vero temporibus permissis possunt nuptiæ licitè contrahi cum solemnitatibus, in prohibitis prædictis temporibùs, cum licentia Episcopi absque sollemnitatibus & festiuis, Sac. Conc. Trid. in sess. 24. c. 10.

Matrimonij libertas non impeditur sub pœna excommunicationis, Sac. Conc. Trid. in sess. 24. cap. 9. & cum vagantibus per mundum, non

contrahitur sine licentia sui Ordinarij cap.7.

Matrimonium contractum cum muliere habente virum, secundo viro ignorante tempore dicti contractus matrimonij, si postea sciet, dissoluitur matrimonium secundum, sed lite pendente, ante sententias, & probationes, vir secundus cogitur præstare obsequia matrimonialia, & exercitium matrimonij non suspenditur, & filij illi nati in figura matrimonij, tam ante nati, quam appellatione pendente, & post sententiã succedunt tanquam filij legitimi, & naturales, & attenditur tempus conceptionis prolis, de Franch.in dec 130.

Matrimonij debitum peti non potest, sed prohibetur tempus ieiunii, & menstrui, Abb.in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit.nu.15. in fin.

Matrimonium quo ad thorum tantum potest separari ex causa inebrietatis viri, quoties ob talem causam imminet periculum vxoris, Montem.in sua pract.Cur.Archiep.Neap.cap. 27. n. 13. Ricc.in dec.165.causa separationis par.2.

Media via in ambiguis est sequenda, l. Titius, vbi Alex.ff.ad Trebell.& sic Thesaur.in dec. 89. & in ambiguis sequitur minimum, & dicta media via est per iudicem sequenda in ambiguis de iure, secus in ambiguis de facto, factis hincinde probationibus, quia tunc iudex debet inclinare in fauorem rei, vt late tractat Thesaur.in hac materia in dec.prædicta.

Medium eligitur ex duobus extremis, glos. in l. si seruus in fin. ff. de pignorat. act. vbi concordantes.

Medium tempus intelligitur de emptore, quo soluit vsque ad tempus, quo conuenitur, de Frãch. in dec.12.n.3.

Mediatori non creditur si dicit soluisse pecuniam tali personæ, nomine talis, dum tractat de se exonerando, Vrsil.ad Affl.in dec.369.n.12.

Medentes absque licẽtia Regii Prorhomedici, vel sine priuilegio approbati, tam Chirugici, quam Medici, etiam ordinantes remedia, & medicinas absque dictis priuilegiis, incurrunt in pœnã Pragm.6.de scholar.doctorand.

Medicus medicans absque approbatione, & licentia, per annum carceratur, Constit.Regn.incip. Si quis à modo, & seq. Foll.in pract.crimin. fol. mihi 177.n.10. vel carcerentur.

Medicus potest habere promissionem ab infirmo de iusto tantum salario ei debito, dummodo nõ sit salariatus à publico, Vrsill.in dec. 123. Affl. nu.1. & nota carmina ibi posita pro materia,

Dum languet infirmus,
Medicus sit pignore firmus.
Egroque curato,
Caueat de pignore dato. l.properandum §.pen.vbi Specul.in tit.de salar.medic.

Medicus habens salarium publicum, etiam si infirmus nolit curari, & habet medicum, salarium debet esse consuetum, & Medicus chirurgus sua imperitia delinquenin curando infirmum, ita vt moriatur, potest pœna corporali puniri, Affl.in dec.103.n.4.

Medici non debent accedere ad funera mortuorum, ne forte dubitent morti causam præstitisse, & detegi potest, & cadaueris vulnere sanguinoso, aliquod defluxit, l.nam ad ea ff. de legib. Thesaur.in dec. 173.n.5.

Melius est nocentem absoluere, quam innocentẽ condemnare, l.absentem ff.de pœn. cap. alligent 26 q.7.de Franch.in dec.48.

Melius est iura intacta seruare, quam post vulneratam causam remedium quærere, l.fin. C.in quib.caus in integr. restit.

Melius est pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione beneficium, cap.nemo peritorum 20.q 3.

Melius est non soluere, quam solutum repetere, nec fragilitati cautionis quis tenetur se submittere, de Franch.in dec.127.n.3.dec.42. nu. 4. & dec.290. n.5.

Melius est pauca, & vtilia dicere, quam multis inutilibus aures hominum prærogauere, l.sed & si quid C.de vet.iur.enucl. glos.in cap. tales dist. 23.cum aliis alleg.per Iacob.de Beluis.in pract. crim tit.vlt.n.178.in antiquis.

Meliorationibus factis in re, licet retinere rem melioratam, & cuilibet datur retentio, & istæ meliorationes quando sunt deductæ in processu ante sentẽtiam, impediunt executionem ipsius, postea vero fit executio cum cautione, nec sufficit oblatio bancaria, Gizarel.in decis.44. & ibi Add.de Angel.nu.10.vide ante per me in verbo Retentio.

Meliorationes factæ in loco alteri obligato, censentur etiã obligatæ, vt est fundus, & apprecientur, vt nunc valent, non vt quantum fuit expensum tempore, quo fuerunt factæ dictæ meliorationes, de Franch.in dec.456.n.38. Mãgon.dec. Florent.51.quod perduntur meliorationes sciẽter factæ in loco alteri obligato, dummodo nõ sint necessariæ, vbi late.

Meliorationibus præfertur creditor rei venditæ, cum pacto, quod non censeatur translatum dominium, nisi soluto integro pretio, & meliorationes ipsæ sunt partes soli, de Franch. in decis. 506.n.7.vid.Merli.cap.93.n.12. forens.controu.

Meliorationes factæ ad perpetuam vtilitatem, soluuntur, solutis prius fructibus, vel facta cum eis compensatione, pro concurrenti quantitate ipsorum, de Franch.in dec.527.

Meliorationum impensas factarum in fundo alieno, si in eo fuerunt impensa centum, & melioratio est quinquaginta, repetuntur illa quinquaginta tantum, si fuerunt expensa quinquaginta tantum, & melioratio est centum, repetuntur illa quinquaginta tantum, tex.in l.in fundo alieno ff.de rei vendic.

Meliorationes factæ iure emphyteotico peti non possunt elapso triennio per emphyteusim, sed statim emphyteuticanus cadit à iure suo, elapso dicto triennio, l.2. C.de iur. emphyt. & ibi glos. & non habet ius retentionis pro dictis meliorationibus, vt in tex. prædicto.

Melioramenta facta in fundo dotali soluũtur per credi-

creditorem, & debitor habet ius retẽtionis pro meliorationibus factis,& fit appretium, vt sunt hodie,non vt valebant fundi dotales,de Franch. in dec.38.& 456.& debent solui expensæ factæ in dictis meliorationibus.

Meliorationes dicũtur illæ, quæ fiunt per approbationem,idest in fabricis, & alijs inseparabilibus,& quando fiunt per seminationem,idest in plantandis vineis,vitibus,& arboribus de nouo, vel de saxoso fecit eijci lapides, cum esset fundus inutilis, fecit vtilem, recuperat expensas factas dictis meliorationibus,sed soluuntur tantum,quantum valent circa fabricas, quo vero ad vites quantum fuit expensum solummodo, Vrsil.ad Affl.in dec.87.n.3.

Meliorationes factæ à patre in rebus filij, in quibus ipse habebat vsumfructum,non tenetur excomputare cum fructibus perceptis, sed eas recuperat,Vrsil. ad Affl. in supradicta citata dec. 87.nu.4.

Meliorationes factæ ab hærede in rem, quam restituere tenetur,potest recuperare, Vrsil.in dec. 87.nu. 5.

Meliorationibus factis datur retẽtio, & impeditur executio sententiæ, donec fuerit facta solutio pretij meliorationum, l.si in area ff. de cond. indeb.l.si non sortem §.si centum ff.eod.Capic. in dec.17.de Franch.in dec. 112.num. 1. & hoc procedit si fuit oppositum ante sententiam, quia quando post sententiam fuit oppositum de meliorationibus, fit executio sententiæ cum cautione,idem de Franch. in dec.262. Affl. in dec.287.& idem de Franch.in dec.prædicta nu. 9.de æquitate facit soluere meliorationes.

Meliorationes soluuntur prout valent tempore restitutionis,etiam si res valet minus, quã fuit empta,& illud,quod appretiatur soluitur, si valet plus,quam fuit expensum, soluitur solum illud, quod fuit expensum, de Franch. in dec.s. 109.

Membrum alicuius personæ quis mutilans in Ecclesia,Ecclesiastica immunitate non gaudet,per Bull.Gregor.XIV.& ita membrum debilitans, intelligitur de membro principali corporis, hoc est de manu,pede,oculo,lingua,nare, aure, & fœminæ mammilla,non autem de digito manus, Ricc.in prax.for.eccles.resol. 66.67.par.2.

Membrũ principale corporis humani, quod propriè dicatur, vt ipsius mutilatio sit delictum exceptuatum à Bulla Gregorij XIV.vt manus, pes,oculus,auris,lingua,&c.vide Ricc. in prax. for.eccles.resol.67.n.1.par.2.

Membrorum suorum nemo est dominus, l. liber homo ff.ad l.aquil.

Mendacij pœna, vide ante in Verbo Mendacij, in quam pœnam incurrat fideiussor,qui negat aliquem fideiussisse, & se esse datorem, & negat omnem suum officium, punitur in pœnam dupli,& hoc quando dolo,scienter, & lata culpa fuerit dictum,Thesau.in dec. 50. & in pœnam mendacii,nemini aufertur ius suum,nisi à lege, id specialiter exprimatur.

Mendax ex mendacio potest torqueri, Angel. in tract.malefic.vers.fama publica in materia torturæ,vers.9.quæro,Gram.in cons.crim.17.n.9.

Mentecaptus, & furiosus, omne id quod faciunt, eorum actus sunt nulli, & apparent ex eorum gestis furor,& dementia,ac sensuum carentia, nam ex eorum dictis,& gestis apparet, quem esse mentecaptum,& furiosum, & mentecaptus differt à furioso, dum mentecaptus est ille, cui mens,& consilium deficit, tamẽ nullam rabiem furoris ostendit, & mortuo æquiparatur, nec audit,quod locutus est,& non obligatur ex delictis, & pœnis affici non potest, & æquiparatur minori, & gaudet eisdem priuilegijs, Gram.in cons.16.nu.14.& per totum, Bald in l.si furio.C. de nupt. l.humanitas 4.col.C. de impuber.& aliis subst.

Mentiuntur sæpe antiqui cap.vnic.de sacr. vnt.gl. in cap.cum in iuuentute de præsumpt.

Mercator sine mandato, & periurio esse non potest,cap.eijciens 88.dist.

Meretrix potest petere mercedem ex causa foriudicationis,& sibi datur actio eam petendi, tam si sit publica,& degit in loco lupanari, quam si sit priuata,& non datur restitutio,seu repetitio bonorum, sibi per amasium præstitorum, nisi quando adest excessus,& donatio fuit nimis excessiua,tunc restitutio peti potest,& sic fuit per S.R.C.iudicatum,quod soluatur merces, & salarium competens meretrici, pro suo questu,& fornicatione,ipsa pretium amittit, & illicitè recipiet,vt in virginibus defloratis,quod ipsis petentibus, condemnantur stupratores ad ipsas dotandum,& dotes arbitrantur secũdum qualitatem vtriusque personæ,Gizarel in decis. 51. & ibi de Angel.& an amasius possit concubinæ legari,& an concubina,vel meretrix amasio, vide Ricc.in par.4.dec.73.Vrsill.in dec.Affl.102. & idem Ricc.in dec.143.par.1.& meretrices expelluntur à vicinis, Ann.singul.338.& Tasson. loc. cit.

Meretrices expelluntur à locis honoratis, vicis, & stratis vbi habitant personæ honoratæ, et etiã mulieres nuptæ vitam meretriciam ducentes, et eorum viri consentientes, sed istæ meretrices non expelluntur à Ciuitate, sed solum ab eius locis honoratis tantum,Gizarel.in dec.54.et ibi Add.de Angel.Peguer.in dec. Catalon.12.Rouit.in Pragm.4.de meretric.et maritus consentiens mulieri adulteræ, ipse, et eius mulier debent puniri,et illæ tales expelluntur, etiam ab eorum domibus,si quas habent in locis honoratis.

Meretrix,et vilis persona coitum carnalem committens aliqua lege non punitur, de Franch.in dec.47.Paleot.in tract.de spur.cap.16.n.6. vers. spurij vero,et iterum vers.quadragesimo nu.6. latè in l.palam 43.ff.de rit. nupt. Tasson. de antifat.vers.3.obseru.3.n.330.

Meretrix potest pro debito carcerari, Bald. in suo repertor in verb. meretrix,et hoc nisi esset cõiugata,Bald.in l.consentaneũ C.quom.et quãd. iudic.

iudic.Gram.in dec.33.n.9.et obligationes factæ per meretrices sunt nullæ, dummodo non sint pro ducatis sex tantum pro victu, et infirmitate,& mutuati cum licentia eius, alias non possunt peti, Tasson.de antifat.vers. 3. obseruat. 3. num.326.

Meretrices inuitæ non cognoscuntur, & volentes ad carceres cognosci non possunt,& coniugatę meretrices minus,alias esset pœna qui violentās eas puniatur pœna mortis, Arn.in epitom. 84. & 19.l.1.Cod.de offic.iudic.& acquisita,& congregata de mercibus meretricum confiscantur, Tasson.de antifat.vers.3.obseruat.3.nu.330.

Meretrix veniens ad habitādum in aliqua vicinia, potest expelli ne alias mulieres inficiat,facit qđ ad hoc solent aliqui allegare tex.in l.minæ Cod. de episc.aud.vt dicit etiam Paul. de Castr. in l. nullus supra de summ.trin.& Arn.in singul.67. incip. In patria mea, Add. Regn. constit. quæ passim venalem,Luc.de Penn.in l.si qua C.de spectac.lib.11. col.3. vers. adnotare, Boer. in quodam suo cons. in materia iniuriarum, post consuet.Bituri.col.10.& Franc. Marc. in 2. vol. dec.459.a nasius repetit datum concubinæ, & donationes factæ per Doctores, Aduocatos, & Milites eis nō valent, Tasson.de antefat.vers. 3.obseruat.3.n.337.& 329.

Merus executor non cognoscit de meritis causæ, l & si non cognitio C.de diuers.rescript. l.si vt proponis C.de execut.rei iudic.Barto.in l.à diuo pio §.si super rebus in princ. & tex.in c.nouit de appell.

Merum, & mistum imperium venit facta concessione omnimodæ iurisdictionis, de Franch. in dec.116.n.13.

Merum imperium est, quando quis ad mortem condemnatur,ad mutilationem membri,& deportationem, Foll.in pract crim. vers. audiant. excusat. fol.mihi 118.1.col.n.178.

Merum imperium fuit Baronibus concessum in Regno Neapolitano per Regem Alfonsum, hoc refert Affl.in Constit.Regn. incip. Ea quæ decus 4.not.de Franch.in dec.370.n.7.

Merum imperium respicit publicam vtilitatem, mistum verò priuatam vtilitatem, & quæ spectant ad iurisdictionem meri imperij,& quæ ad misti imperij, vid.Capibl.de baron.par. 2. cap. 37.n.4.& seq.& merum imperium est radij potestas animaduertendi in facinorosos,mistum vero imperium est,cui iurisdictio inest,ex qua demonstratione,nil posse præsumi, & casus notantur vt infra, Remigatio tantum ad tempus, quam in perpetuum, tortura est meri imperij, per cap.Regn.incip. Tormenta,exilium perpetuum,est de mero impetio, temporale verò est de misto imperio, fustigatio est etiā de mixto imperio pœna periurij, quæ hodie est pecuniaria,& sic pœna manus vt prius, hodie non seruatur,& sic est misti imperij, Io.Grād. in tract. de bello exul.fol.mihi 129. de Franch. in decis. 533. nu. 13. percussio cum armis si remanserit cicatrix,& appensatè, est meri imperij, si cum baculo,vel lapide, licet remanserit cicatrix, est misti imperij, Giurb in consil.73. Farinac. in quæst.18.nu.98.in tit.de delicto, Tor.in suo cōpend.dec.Regn.in verbo tortura,Clar. & in eo Baiard.in sua pract.crim.q.69.Mastrill.in decis. 168.Capibl.de baron.par.2.cap.3. n.17.

Metus reuerentialis cadit in omni maiori,& superiori, vt in fratre maiori, superiori, patre, matre,&c.& superioritas sola non sufficit ad probandum metum reuerentialem, sed debent interuenire minæ,verbera,& retractamenta,suductio,Capibl.de baron.par.2.cap.64.n.4. & præsentia iudicis, & iuramentum faciunt cessare metum,& iuramentum nō operatur super actu meticuloso nu 9.& vnus testis deponens de metu reuerentiali,vbi adest iuris præsumptio, sufficit ad probandum metum reuerentialem si dicit de minis, & magis creditur duobus testibus affirmantibus de metu reuerentiali, quam mille negantibus,vel de spontanea voluntate, & puella in alterius dominio dicitur quasi carcerata, & auctoritas superioris non tollit metū, quando adsunt aliqua inditia.

Metus reuerentialis cum læsione satis sunt ad rescissionem contractus,Vrsil. ad Affl.in dec.393. num. 9.

Metus probatur per indicia,& coniecturas, Boer. in dec.101.vbi per vnum testem de visu,& alios de auditu probatur,sed per l.quoties §.qui dolo ff.de probat. metus debet probari ex claris, & liquidissimis probationibus,non præsumptiuis,& l.2.C.de his,quæ vi, aut met.caus. Paris.in cons.60.nu.20.vol.4. & quomodo debent esse istæ cōiecturæ,remittitur iudicis arbitrio, Dec. in l.in omnibus n.6 & 7.ff.de reg.iur.

Metus reuerentialis consideratur respectu patris, matris,soceri, fratris, maioris, & minorum, Petr.in decis.103.num. 56. Sed Pascal. de vir. patr.pot.in cap.1. num.10.par.2.dicit, quod in matre non cadit metus reuerentialis, sicut in patre.

Metus testatori per alium adhibitum, tertio instituto non nocet, Vrsil.ad Affl.in dec.246.nu. 10. & contractus meticulosus per spatium triginta annorum præsumitur durare.

Metus in muliere non præsumitur, nisi probetur, quia contractus præsumitur factus ab ea affectione maritali, plus quam per alium metum, qui per coniecturas probatur, & indicia,& si minæ in specie,& per verbera data per maritum suæ vxori fuerunt ob causam prædictam, & nō aliter, alias semper durare præsumitur causa metus,matrimonio perdurante, Vrsill. ad Affl. in dec. 246.

Metus quando allegatur, quod contractus factus est meticulosus, & factus per vim, & metum,& minus ad euitādum mortem intelligitur, quod ille metus sit taliter, quod cadat in constantem virum,quod sit de vita,& cruciatu mortis alias, &c.& debet esse in illo actu tantum,quando fit contractus,secus si ante, & contractus promissionis factus metu, & postea solutio fit spontè pur-

purgatur metus primus per actus diuersos, & per spontaneum silentium, & requiritur absolutio à iuramentis, & quando contenditur intelligitur à duobus tantum iuramentis, non ab omnibus.& quod non sit obreptitia,sed iusta & veridica impetrata,alias est periurus, & non valet,& periurus debet à periurio absolui,& postea à iuramentis,Affl.in dec.220.vbi Vrsil. tex. in l.inter diuersos C.de transact. tex. in l.2. C. de his,quæ vi,met.caus. Gram. in dec.66.idem Affl.in dec.246.& 336.Thesaur.in dec.19. Tor. in compend.dec.Regn.in verbo Absolutio, & verbo Contractus,Ancharan.in cons.18. Ricc. in coll.dec.154.& 1419.

Metus reuerentialis est, quando interuenit pater, vel frater maior,de Franch.in dec.111.n.11.

Metus reuerentialis, concurrente maxima læsione,sufficit ad rescindendum contractum, quia sola præsentia,& reuerentia patris, vel viri non sufficit,sed cessat iste metus ob iudicis præsentiam,Gram.in dec.103.num.49.65.& probatio metus.remittitur iudicis arbitrio n.56.

Metus reuerentialis mariti cum minis, est sufficiens ad probandum vxorem testari, Vrsill. ad Affl.in dec.69.n.5.

Metus probatio late ponitur per Ricc. in collect. dec.154.

Metus,& dolus cessat, quando præsentia iudicis interuenit,Gram.in cons.crim.40.n.25. Petr.ad Gram.& Girard.de Petr.sanct.in sing.57.incip. Qualiter tutores.

Metu iudicis quis non appellãs, habetur, ac si appellasset,l.de pupillo §.si quis ipsi ff.de nou.ope. nunc.Affl.in Constit.Regn.incip. Iurisgentium num.5.

Metus præsumptionem præsentia amicorum facit cessare,l.transactionem C.de trãsact. Add.Bart. in l.1.C.de præd.cur.& Marsil.in singul.417.incip.Præsentia,id tamen limita non procedere, vbi extaret enormissima læsio,Ruin.in cons.96. nu.24.& 25.vol.1.& in cons.140.nu. 10. vol. 4. Corn.in cons.124.n.5 lib.3. Cephal.in cons.110 nu.83. vol.2.

Metu extorta pecunia an repeti possit, vid.l.2.C. de his,quæ vi, met.ad cuius materiam vid. sing. dec.Boer.109.Hyppol. in singul. 8. Affl. in dec. 436.in fi.& limita dispositionem d. l. vt per Ias. in l.si ob turpem ff. de conditio. ob turp. caus. & intellige quando solutio ex interuallo est sequuta,& ad hoc ponderatur tex.in cap.1. extr. eod.vbi postea, quæ dictio denotat longum interuallum,tex.est not.in l.2 infr.de custod.reor. quem Bar.ponderat in l.1.§.diuus ff de quæst. Add.Abb.in cap.accedens n.5.extr.de conuers. coniugat.& an metus qui interuenit in contractu,purgetur ex solutione, quæ postea sequuta est,vid.Dec in cons.219.n.7 vol. 2. vbi singulariter;imo inquit,quod metus, qui interuenit in promissione, nunquam purgatur per solutionẽ postea factam,quando alia causa,vel coniectura subesse potest,quam quod soluerit eum contractum approbare, allegat Aret. id dicentem in cons.14.col.10.vers.sed restat nunc,vid.Ruin.in cons.66.nu 1.vol.4.quod renunciatio ex interuallo facta purgat,& tollit præsumptionem matris,& impressionis,vid.Riminald. in cons.455. nu.9.& seq.vol.2.vbi dicit, quod metus sequẽs, videtur fieri potius metu periurii, quã vt præcedẽs actus approbetur, & ibi quod metus periurii est iustus tempus, & quod metus est quædam tortura spiritualis,secundum Abb.in cap. per duas circa fin.extr de probat.Add.quid requiratur ad probandum metum, Affl. in decis. 246.& quis sit iudex competens habilitandi iuramentum per vim,& metum extortum,idem in dec.263.Et an ex solis minis probetur metus,tex.est in l.metum C. de his,quæ vi met circa cuius materiam, vid.Abb. in cap. cum dilectis extr.de his quæ vi met. Add.Ioan.Andr.in Add.Specul.tit.de probat.§.fin. vers. 13.vbi de minante,idem tenet Cyn.in d.l. metum, Bal.tamen in l.fin.ff.de hæred.instit. intelligit dictum Cin.quando minans erat malæ famę in eod.genere,vid.Felin.in cap.afferte n.14. extr. de præsumpt.contrarium tenet Specul. in d. tit. §.species,vers.sed pone,idem tenet Imol.in d.l. fin.de hæred.instit.Abb.in cap.scribebam, in fin. de præsumption Bald.in cap.literas col.3.eod. tit. Felin.in d.cap.afferte num. 12. Add. quod licet minans non possit condemnari, potest tamen torqueri,Specul Imol.Abb.& Felin. in allegatis locis,& metu facta teneant de iure canonico,vide Fortun.Garz.in tract.de vltim.fin.iuram.nu. 378.& 969.1.vol.

Miles pro delictis contractis ante suam militiam, non gaudet militari priuilegio, vt carcerari nõ possit,Peguer.in dec. Catalon. 222. Capibl.de baron.par.2.cap.43.n.17.& militantes sunt sub potestate patris,l 3.C.de castr.pecul. Tasson. de antifat.vers.3.obseruat.3.n.372.

Milites carcerantur pro debitis ante militiam cõtractis,pro affictu gabellarum,territoriorum, causa negotiationum,nam cum ab aliis vti separati ab habitu,& professione, militari priuilegio non gaudent,licet ingerantur, l. milites C. de locat.l.vnic.C in quib.caus.milit.Reg.Prag. 16.§.9.de milit.Capibl.de baron.par.2.cap. 56. num.9.

Miles Hyerosolimitanus factis per eũ probationibus,& accinctus ad iter in Insulã Melitæ, pro assumptione habitus, sed per accessum non factum,non fuit habitus reassumptus, si ante reassumptionem prædictam deliquit ad Magnum Magistrum non remittitur, sed per M.C.V. punitur,& ita clericus non ordinatus, sed proximè ordinandus,de Franch.in dec.449.

Miles,Doctor,& Clericus non possunt instituere concubinam,l.si miles §. mulier ff.de re iudic.

Miles,& Doctor non possunt filium legitimare spurium suum,sed bene possunt alienum legitimare,l.si à iudice ff.de iudic.

Miles,qui testium exceptionem renuntiat,valet renunciatio,de Franch.in dec.164.n.9.

Milites delinquentes, si a ufugiunt ad se absentandum

dum in bello, prius cognoscuntur a iudice ordinario, Pragm.16.n.14.

Milites militiæ,& officiales omnes pro causis criminalibus cognoscuntur ab ordinario iudice loci,vbi resident, exceptis Capitaneis pro causis criminalibus tantum,recognoscuntur à generali Auditore exercitus. & cæteri prædicti milites recognoscuntur pro ciuilibus,& criminalibus causis,Pragm.19.de milit.n.10.& 16.

Minister nudus,nullum debet sentire commodū, l.Lucius Titius §.à te peto ff.de leg. 2.

Minor non potest decapitari, nec minor pro suo delicto commisso meret pœnam mortis naturalis, Baldax. de Angel. Add. ad dec. Gizarel. 13.num.3.

Minor non potest repudiare restitutiones,& beneficia,quia si renunciat, renunciatione non obstante,potest semper restitui in integrum, quia eo ipso,quod renunciat, est deceptus, Gizarel. in dec.21.n.2.l.interdum 20.& l. si iudex 41. ff. de minor.Affl.in Const. Regn. minorum iura num. 12.

Minor restituitur in integrum, quando causa erat incepta in minori ætate tantum, quia mutatio qualitatis superueniens non nocet, Capibl.de baron.par.2.cap.43.n.11.

Minor carcerari non potest, Rouit.in Pragm. 63. n.12.de offic.quæst. in 1. impressione, Salyc. in 1.l.n.30.Cod.qui bon.ceder.poss.Rom.in cons. 120.num.2.

Minores ętatis annorum quinquaginta non possunt esse de regimine Vniuersitatis,l.fin. vbi gl. C.qui ætat.vel profess.excus.

Minori propter minorem ætatem, minuitur pœna commissi delicti, & propter minorem ætatem,non potest quis decapitari. & si Iudex pœnam non minuit,pars potest appellare, & pœna incestus fuit remissa propter minorem ætatem, Vrsill.ad Affl.in dec.287.n.1.Gram.in dec.5.

Minor ætas est iusta causa inter alias causas minorandi pęnam,nam Imperatores propter minorem ætatem incestos remiserunt,& propter minorem pęnæ minorantur,Vrsill in dec.Affl.287. n.6. Marant. in suaprac.ciuil.fol.mihi 62.n.84. an sit iudicium.

Minor 25.annorum per iuramentum admittit restitutionē in integrum,quando litigat per procuratorem, sed hodie datur restitutio iuramento non obstante,de Franch.in dec.448. n.9. Vrsill.ad Affl.in dec. 114. auth. sacramenta puberum C.si aduersus venditionem.

Minor succedens maiori post litem contestatam, non conceditur restitutio in integrum,de Franchis in dec.364.Vrsill.ad Affl.in dec. 212.

Minor factus maior punitur de delictis per eum factis,tēpore minoris ætatis suæ, Pet.ad Gram. in dec.23.n.16.Clar.in prac.crim.§.fin.q.60.

Minoris iuramentum,asserentis se esse maiorem, excludit eum à beneficio restitutionis in integrum,non autem à beneficio nullitatis,& contractus nullus declaratus condemnatur ad restitutionem pretij,Petr. ad Gram. in decis. 12. num.3.fol.mihi 31.

Minorum bona non possunt alienari absque consensu Curatoris,& Iudicis decreto, de Franch. in dec.242.

Minor conuentus gaudens beneficio suo, gaudet etiam maior, si rem pro communi, & indiuiso possidet,& sic in clerico habente rem communem cum laico,laicus vtitur declaratoria fori, Vrsill.ad Affl.in dec.213.

Minor in contractu, asserens se esse maiorem, sciendo se minorem, si sedatur in contractu, non habet restitutionem in integrum,nec iuuatur propter mendacium,tit.de minor.25.annis, l.si alterius toto tit.si minor.se maior. dixer. & licet excludatur à restitutione in integrum,non tamen excluditur à rescissione contractus ratione solemnitatis omissæ requisitæ in contractu minoris,Rom.in cons.12.viso facto præsupposito, & quando non probatur tempore contractus,in quo asseruit se esse maiorem,& sciebat se esse minorem,non præsumitur dolus, & sic non excluditur à petitione restitutionis in integrum,Abb.in cons.71.par.1.n.6. vide ante in legibus præcipuis,ad tit.de minor.25. annor. minor si compromittit,& promittit sub pęna parere sententiæ arbitri,si petit reductionem ad arbitrium,vel restitutionem, non cadit in pęnam, Feder. de Sen. in cons. 199. quæritur à domina Margarita.

Minor committens homicidium pæna mortis nō punitur,sed mitiori deportatur,tex.in l.1. §.impubes, & l.excipiuntur ff. ad Syllan. & multa per Hyppol.in l.1.ff.de sicar.num.91. Gram.in vot.14.declarat,quod probare debet minor, vt euitet pœnam, & quod dicitur de minore, intelligitur non solum de infante,qui non est doli capax,sed de minore 18.ann. Io. Vinc. de Ann. in repetitione Const.Regn.incip. Terminum vitæ,in lib.consil.Fab.filij,in Add.n.90. & idem Gram.in dec.23.

Minor donare non potest, etiam cum decreto Iudicis,Bal.in l.fin.C.si min.fact. & an minor possit dare in dotem,vel donationem propter nuptias,Bar.in l.lex quæ tutores C. de administr. tut. repert.

Minor duodecim annorum potest esse in iudicio in causa possessorii absque tutoris, & curatoris præsentia,& consensu,Bal.in l.momentaneæ C. qui legit.person.standi in iuditio, Affl.in decis. 283. nu.5.

Minor quatuordecim annorum non habet testamenti factionem, nisi completo anno decimoquarto,l.qua ætate ff.qui testam.fac.poss. Thesaur.in dec.87.n.1.quia minor in illa ætate non habet sanum iudicium, quod tali dispositioni requiritur.

Minor ætas allegata ab inquisito, apparens ex aspectu se esse maiorem,secundum eam iudicatur & non secundum probationes, vid. Gramm.in cons.crim.4.n.9. & retro in verbo aspectus.

Minoris ætatis cōsiliū fragile est,& multis expositū captionibus,l.1.ff.de minor. Anch.in cōl.63

Mino-

Minorum delicta puniuntur iudicis arbitrio, consideratis, quæ de iure debent considerari, Reg. Pragm. de minor.

Minori filiofamilias debet dari, & prouideri de curatore, Vrsil. ad Affl. in dec. 308. nu. 2.

Minor omnia quæ gessit sunt nulla absque curatoris auctoritate in criminalibus, Vrsill. vbi supra in dec. 208. Affl.

Minor recipiendo pretium rei suæ venditæ, factus maior, an sibi præiudicat, & videatur dictam venditionem approbare, Vrsill. ad Affl. in decis. 245. nu. 9.

Minor de persona detineri non potest, Carau. super Rit. M.C.V. 166. n. 12. & 13.

Minoris res stabilis non potest absque sollemnitatibus alienari, à iure requisitis, & si alienatio fit in vtilitatem minoris, quia non sufficit solum decretum Iudicis, sed etiam est necessaria causa, sed si est periculum amissionis rei stabilis minoris, potest fieri alienatio, etiam sine sollemnitatibus, videlicet quando est molendinum, propter aquarum inundationem, vel quando est dominus tirannus, Vrsill. ad Afflict. in decis. 87. num. 12.

Minor asserens se esse ab aliquo subagitatum, non est ei credendum, quia est minor, & particeps delicti, & etiam si esset maior vllum faceret inditium ad torturam, quia efficitur infamis, & detegit turpitudinem suam, Gram. in decis. 40. num. 15. & 16.

Minor an & quando possit esse in iuditio sine curatore, vltr. DD. in l. 1. C. qui legit. person. in iudic. vid. Cyn. in l. nō eo minus supra de procur. & in l. nō copulandis infra de nupt. gl. & Innoc. In c. ex parte de rest. spol. & in c. si de iudæis in 6. Specul. in tit. actuar. in princ. Add. quod in quocumq; possessorio, maior 12. annorū potest esse in iudicio sine curatore, prout Bal. in l. momentaneæ C. eod. supradicto tit. quem sequitur Affl. in dec. 283. num. 5. & vide Lanfran. in cap. quoniam contra in vers. confessiones, extra de probat. an autem possit reconueniri, Specul. in tit. de reo. vers. item non potest, & vers. item doctor, Add. quod quandoque quis cogitur agere contra dispositionem l. vnic. C. vt nemo inuit. & vltra casus enumeratos ibi in glos. cap. 1. §. solet in verbo æstimamus de rest. spol. in 6. & alij enumerantur, in quibus quis agere cogatur, Add. Boer. in dec. 255. vbi multa, & Natt. in clem. sæpe col. 32. enumerat alios 17. casus, & ad materiam vide Angel. in rub. de except. Instit. col. 13. Et an contestatio litis inducatur per responsionem factam in positionibus, vid. Natt. in cōs. 32. nu. 12. an autem petens plus debito, in parte vera debiti constituat debitorem in mora, & an reus habeat iustam causam litigandi super toto, & litis expensas euitare, vide Galiat. in repet. l. 1. §. si stipulanti nu. 11. ff. de verb. obligat. Add. Aymod. in cons. 326. nu. 1. vol. 1. vbi multa, & not. pro materia l. vnic. Cod. de plus petitione. Roland. à Valle in consil. 71. uol. 1. nu. 39. & sequ.

Minori non succurritur, nisi pro enormi, & euidēti læsione, & sic contractus minoris annullatur, Thesaur. in dec. 67. nu. 1.

Minor delinquens confessus, vel aliquid faciens aduersus dictam confessionem habet restitutionem in integrum, absque alia probatione erroris, de erronea confessione, & accusatio alicuius facta per minorem non tenet absque curatoris consensu, & prædictam reuocare potest, Gram. cons. crim. 10. nu. 1 & 6. Bal. in cons. 60. incip. factum sic proponitur vol. 5.

Minores non possunt in iudicio vocari absque cōsensu, & auctoritate tutoris, & curatoris, alias non possunt conueniri, & acta, quæ contra eos conficiuntur, sunt nulla absq; auctoritate prędicta, & in eorum actibus gerendis, debet præsentialiter præstari auctoritas, & expresse §. tutor, & fin. Instit. de auct. tut. & dicti minores vllum actum validum gerere possunt, vbi lædi possunt absq: auctoritate prædicta, l. obligari ff. de auct. tut. & cur. & quando est lis inter tutorem, & minorem, datur curator, l. quod dicimus ff. de auctor. tut. & cur.

Minor non patitur pœna legis auth. si captiui C. de episc. & cler. Affl. in Constit. Regn. incip. Minorum iura col. 3. in glos. in verbo facilitate lib. 2. Add. pro materia Cassan. in consuet. Burgun. fol 135. col. 2. Paul. de Castr. in consil. 40. & Boer. in dec. 178. Abb. in c. significauit extr. de iude. Add. videndum Gulielm. de Bened. in repet. cap. Raynutius, extr. de testam. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam num. 260. 263. & 266. & sequ. & an clerici posśint esse tutores, vide Barto. in l. legitimas §. fin. ff. de leg. tut. Bald. in cons. 243. & 263. vol. 1. & Dec. in consil. 150. col. 5.

Minor an & quando restituatur, vltra DD. in l. rem quam C. si aduers. vendit. vide etiam glos. in l. etiam ff. de minor. Bart. & DD. in l. cum filius §. in hac ff. de verbor. oblig. & in l. fin. C. in quib. casib. in integr. restit. non est necesse, an autem detur restitutio ratione ignorantiæ, ex illa generali clausula, si qua mihi, de qua in l. 1. in princ. ff. ex quibus caus. maior. vide Bart. in l. Emilius in 2. oppos. ff. de minor. & in d §. in hac, vbi Soccin. circa princ. 3. colum. Barto. in l. ad diem ff. de verbor. obligat. Angel. in l. sed si in conditione §. si seruum alienum ff. de hæred. instit. Petr. de Ancharan. & Imol. in cap. potuit de loc. Dyn. in regul. cum quis in ius alterius, de reg. iur. in 6. tu tamen vide Cur. in cons. 58. & est Cur. sen. & Barbat. in cons. 3. nu. 7. vol. 1. Add. quod minor etiam cū decreto non potest donare, Bald. in l. fin. C. si min. fact. & quid si sit remuneratoria? & an minor posśit dare in dotem, vel donationem propter nuptias bona immobilia, Bar. et DD. in l. lex quæ tutores C. de admin. tut. et an restituatur aduersus donationē causa mortis, vid. tex. in l. si curatorē habens C. de in integr. restit. min. dicēs, quod non, sed contrarium tenuit in cap. 1. §. item sacramenta de pac. iuram. firm. Add. quod etiam maior, qui

sine probabili causa donauit, rescindit eam, cũ sapiat prodigalitatem, Corn.in conf.11.nu: 23. vol.2.& in conf.124.eod.vol.refert etiam Mandell.in conf.81.num.58. an autem minor possit manumittere, vide in §.pen.instit.qui man. non poss.& in l.si minor de verbor.oblig. Add.an & quando minor possit transigere de re immobili sine decreto, Paul.de Castr. in l. cum hij §. sed cum lis ff.de transact.& an permutare in l.si pupillorum in princ.ff.de reb.cor.& in l.magis puto §.non tantum eod.tit. & an cedere iura sua, Specul.in tit.de cess. action. vers. sed numquid minor, Bar.in l.1.§.fuit quæsitum ff ad Trebel. & in l si sic §.fin.de leg.1.an renunciare liti, glo. in l.postquam liti C.de pact.Bald.in add.ad Specul.tit.2. de in integr. restit. & an minor restituat aduersus debitorem liberatum, vide glo. & DD.in l.qui proprio §.item quæritur ff. de precar.& est tex.in l.patri §.si minor ff. de minor. Add.Bar.in l.patri §. si pecuniam eodem tit. & quid si hæreditati paternæ se non immiscuit, an egeat beneficio restitutionis, vid.tex.in l.1.C. si minor ab hæred.se abstin. pro cuius materia, vid glos.& DD.in l impuberibus de acquir.hęred Bart.& glo.in l.ait prætor § restitutus ff. de minor & in l.necessariis in princ. ff. de acquir. hæred.§.extraneis instit.de hæred.qualit.& differ. Add.Angel.de Perus in l.restat de suitate q.19.n.46.vol.11.tract. & minor non restituitur si ante 25.annum absque curatore, & solẽnitatibus alienauit bona stabilia pro redimenda persona coniuncta à captiuitate. Pasch de patr.pot.c.5.nu.20 par.3.meltio. par.3.in limitat.4.num.4.

Minor qui scienter asserit se maiorem, perdit beneficium restitutionis, l.2 C.de minor.se maior. dixer.vide Aym in conf.221.nu.9.vol.2. & multa per Berou.in q.43. secus si per errorem, l.1. eod tit pro cuius materia add Bart. in l.minor 25.ann.omissam ff.de minor.& Bal.in Add.Specul.in tit.de restit.in integr. vers. qui iurauit, & non restituitur, & vide quæ scribunt Canonist. in cap.cum causa de empt.& vend.in fin. Add. Affl.in dec.393.nu.12.& 13.& in dec.321. n.3. Et an filius contra patrem restituitur, & libertus contra patronum, vltr.l.fin.C.qui,& aduers. quos, vide quæ scribit Bart in l.3.§. sed vtrum ff.de minor.Specul in tit.de restit. in integr §.2. vers quid si filius, Bart.in l. sed & si per prætorẽ §.hæc clausula ff.ex quib.caus. major. non melius est intacta iura seruare, quam post vulneratam causam remedium quærere, l.fi.C.in quib. caus.in integr. restit & an possit renunciari beneficio minoris ætatis vltra glo. in verbo durabit, in l.3 C.si minor, se maior.dixer.vide Bar.in l sciendum in vlt.oppos.de verb.oblig. Bal. in l. 2.q 9.C de rescind.vend.& vide glo.in l.si intra C.de in integr.restit. Bar.post glos. in l.si iudex ff.de minor. Abb.in c.si diligenti col.5.in fi.vers. 4.dicit glo de for.compet. plenè Alex. in l.doli ff.de nouat. Et an minor renuncians beneficio audiatur petens restitutionem, Abb. in cap. ex parte col.7.de restit.spol Et an minor restituatur ad appellandum? tex.habes in l.1.C. si sæpius in integr.restit.post Add Bart.in l.ait prætor §.item si non ff.de minor. Bal.in l. cum minores C.si aduers.rem iudic.per glo.& Bar.in l. fi.eod tit.sed coram quo petatur, Bar.in l.præses C.de appellat. Et an restituatur post veniam impetratam, vltra Cyn.in l.1.C.de his qui ven. ætat.impetr.vide Specul.in tit.de restit.in integ. §.2.vers.item is qui veniam, Add. quod minor potest conueniri, vt approbet, vel reprobet contractum, quando dubitatur ne petat restitutionem in integrum, ita Bar.in l. Iulianus §. si quis ff.de actio. empt.

Minor an & quando iurauit non venire contra contractũ, debet certiorari de præiuditio, quod sibi forte ex ea enuntiatione resultaret, vide Bar.in l.si duo patroni §.idẽ Iulianus nu.6.ff.de iureiurand.& in l.sciendum n.7.& 8.ff.de verb. oblig cap.ex rescripto extr.de iureiur. Bar.in l. si quis pro eo §.memb.ff.de fideiuss. & per Nat. qui alleg.concord.in c quamuis nu.31.de pact. in 6.& Abb.in c cum cõtingat extr. de iureiur. nu.21.& seq. vbi singulariter loquitur circa materiam d.l. 2. Et an habeat locum in filio legitimo Dec.in conf.305.vol.2.Quid in muliere? & an requiratur absolutio à iuramento, Natt.in conf.10.& quid in donatione remuneratoria, Dec.in conf.20.vol.1.& conf.366.vol.2. An autem agenti remedio d.l 2. sit necessaria absolutio à iuramento, vide Barbat.in conf.53.nu.6.& 7.& in add.ad Salyc.hic n.15.Natt.in conf.166. n.3.Add.quod si contractus fuerit celebratus in præsentia iudicis, contrahens non poterit allegare dolum ad hoc, vt contractus rescindatur, quia deceptus vltra dimidiam iusti pretij, Bart. in l.9.C.de præd curia.lib.10 Felin.in cap.quoniam contra n.22.extr.de probat. multa & notab Mandel.in conf.81.a nu.43 vsq; ad n.55. Et an habeat locum in fructibus emptis, vid.Io.de Amic. in conf.142.& an in renunciatione, Bart. in conf.90 nu.2. & circa materiam enormis læsionis, vide Socc.in conf.220. col.2.

Miraculum Diui Ambrosij, qui vno, & eodem tempore,& matre Mediolani, & Romæ Sacrum celebrauit, secundum Bal in l. optimam C.de contrah.& commit. stipul. refert Boss. in sua prax. crim.tit.de defens.reor.fol.mihi 221.nu.3.

Miracula diuina sunt admiranda, non in exemplũ humanæ actionis trahendæ, cap. si testes omnes 4 q.3.in fin.

Mistum imperium est carceratio nõ pro delicto, modica coertio, coertio contumacis, per audiẽtiæ denegationem, condemnatio in expensis, Foll.in pract.crim.fol.mihi 118. nu.178. col. 1. verbo audiantur excusatores.

Misto casu attenditur benignior qualitas, Dec.in l.Imperium ff.de iurisd.omn.iud. 2.not.Luc.de Penn.in l.deuotum C.de metat.lib.12.

Mobilia, quæ dantur in dotem, & sunt restituenda vsu consumpta ex forma pacti, vt reperiuntur, prout videmus hodie apponi in quolibet instrumen to

mento dotali, ad finem, vt eis consumptis possint per mulierem,& eius hæredes repeti, quid sit articulandum,& probandum,vide Alex.in conf.263.in fi.vol.7.Rub.conf.5. eleganter Afflic.in dec.247.

Mobilia bona dotalia habita in dotem per maritum,finito anno restituuntur à die mortis, & interim præstatur cautio, vt adueniente tempore,restituantur si extant, vel pretium illorū, Affl.in dec.108.vbi Vrsill.Viu. in dec.663.lib.3.finito anno restituuntur inueterata, & consumpta,& si non extant pretium,& bona mobilia,præsumuntur durare per decennium,& non amplius.

Mobilium appellatione veniunt pecunia, pecudes,aurum,argentum,& fructus separati à solo, Vrsil.ad Affl.in dec.106.n.21.Dec.in conf.49. & conf.472.

Mobilia non statim restituuntur soluto matrimonio, quia maritus habet annum ad ea restituendum,sed immobilia statim restituuntur, l.vnic: §.cum autem C.de rei vxor.act.

Modum belli datur in crimine grassatoris, & in furtis,in strada publica commissis, in quibus proceditur ad modum belli, & ordo in istis casibus est ordinem nō seruare,Muscatell.in pract. crim.de furt.nu.45.Io. Grandis in tract.de bello exul.in specul.93.can.216.& in dictis delictis proceditur extraordinariè vltra ordinariam potestatem, & habent multa procedendi ad modum belli,& idem est dicere,quod procedatur leuato voto, & ad modum belli nullo iuris ordine seruato,ac militari modo.

Monaca non potest habere nisi dotem solitam dari monasterio,& si habuit minus legitima præterita in testamento,non venit aduersus eum, Capibl.de baron.par.1.super Pragm. 1.nu.98. & sequ.

Monacus an testamentum per eum factum ante probationem possit mutare, vel reuocare post confessionem factam,videtur quod non, cap.2. extr de test.vbi quod professus testari non valet,& cap.relatum per Couar. in nu.9. vbi etiā videbis,an Romanus Pontifex possit monachis concedere ius testandi,nu.10. & seq Et an testamentum scriptum, dictante testatore coram testibus legitimis, sit iterum ipsi testatori legendum,& testibus legitimis, ibidem n.10. Couar. in cap.relatū il primo,eod.tit.n.9. fo.mihi 202.

Moniali non datur supplementum congruę dotis, seu monasterio, si fuit data dos solita dari monasterio,quamuis sit exigua respectu quantitatis patrimonii, & dotium datarum sororibus nuptis,dum moniales non agunt nisi pro alimētis,non pompa requisita in nuptijs, & fuit iudicatum dos congrua scutorum quincentorum data moniali,vt solita dari, quāuis soror fuerit nupta cum dote 14.millium, non obstante dignitate familiæ,& patrimonii, Gratian. in dec. 40.in Add.ad nu.2.et 9.

Monacus prætendens professionem fecisse per vim,et metum,vel ante ætatem,et similia, et velit exire à monasterio,et habitum dimittere, nō auditur,nisi intra quinquennium, cum licentia sui Superioris,& deducat suam causam coram Superiore, & Ordinario, aliàs est Apostata, & contra faciet, & amplius non auditur, Concil. Trid.in sess.25.cap.3.ni fallor.

Monialē quis carnaliter cognoscens,punitur pœna mortis,vel attētus,vt eam raperet, vel de facto matrimonium cum eo contrahit, Clar. in pract.crim.vers.monialem fol.mihi 184. §. fornicatio vers.cum moniali.

Monacus illius monasterij, vbi viuitur pro communi,potest testari ante professionē in ingressu religionis,& hæreditas erit in pendenti, donec naturalitèr vixerit,de Franch.in dec.14 nu.27.

Monacus qui extra monasterium degit, si deliquit potest ab Episcopo loci, tamquam Sedis Apostolicæ delegato,visitari,& puniri, Sac.Concil. Trid.in sess.6 cap.3. quibusuis priuilegijs in cōtrarium non obstantibus.

Monacus non potest habere proprium, quia est contra substantiam monacatus, de Franch.in dec.40 nu.2.auth.monachis in princ. 29.q. fin. cap.quia ingredientibus, & quicquid monacus acquirit post professionē monasterio acquirit.

Monacus bona per ipsum recta via acquisita,momento penes ipsum non residēnt,& monasteriū etiam ipso inuito,capit bona monaco relicta,de quibus monacus disponere nō potest,de Frāch. in dec.40. nu.3.

Monaca non potest petere paragium,sicut cæterę sorores habuerunt,si dotem habuit,quādo monasterium ingressit, quia quando desponsatur cum Christo, sufficit quod habeat dotem secundum qualitatem monasterii, sed in mūdo secus, quia succedunt filii si sunt in monasterio, si secus reuertitur ad dotantem,secus de dote data Monacæ,quia monasterio remanet,contrarium videtur in monaca non professa, de Franch. in dec.44.

Monacus quicquid acquirit, monasterio acquirit, & bona ingrediētium,efficiuntur monaci,idest illius monasterij, qui est capax acquisitionis, & intelligitur de bonis, quæ possidet ingrediēs tempore ingressus, de Franch.in dec.40.

Monacus repellitur à testimonio,si non habet veniam sui superioris, aliàs eius depositio non valet,Angel.Aret.in tract.malefic.in §. summa nu. 9.de iur.person.

Monacus non potest agere sine licentia sui Superioris, Abb. in cap. causam quæ extr. de iudic. vbi multa pro intellectu, l. ita demum C. de procur. nu.11.

Monacus non potest sibi facere commatrem, nec habet accessum ad mulierem, cap. peruenit ad nos 18.q.2.

Monacus succedit patri ab intestato, & in testamēto,l.deo nobis §.1.de episc. & cler.

Monacus testari potest,si filios habet.& si professionem non fecit, sed si non habet, non potest testari,alias regulariter monacus non potest testari,sed quando habet liberos, siue fecit pro-

Z 2 fessio-

fessionem,siue non,testari potest, & filiis plus legitime relinquere potest,sed debet accipere portionē pro se,quæ monasterio competit,auth. ingressi C.de sacros. eccl. & professus decedens ab intestato, vel non professus habens filios filii ipsi succedunt in legitima tantum, & residuum monasterio applicatur,auth.si qua mulier C.de sacros.eccles.& monacus professus habetur pro mortuo in mundo, & non habet, nec velle,nec nolle,Ioseph.Ludouic.in decis.Perus.71. num. 13.& 20.

Monaci capaces,& proprium habentes succedunt testatori de iure communi,non autem de iure consuetudinario,eis exclusis, vel in testamento præteritis,succedunt semper ab intestato, quia consuetudo non ligat clericos, ecclesiā,& personas ecclesiasticas, cap. ecclesia sanctæ Mariæ de constit.de Franch.in dec.451.n.3.

Monacus monasterii capacis nō potest testari post professionem,sed testatus ante professionem, habitans in monasterio, vel de eo præcogitans, si parum postquam fuit testatus,fecit ingressum Religioni,testamentum prædictum valet, de Franch.in dec.423.

Monacus regularis delinquens extra claustrum, si in Christo degit,Episcopo instante in tempore præfigendo suo superiori punitur,certiorato tamen Episcopo statim de punitione prædicta, Sac.Concil.Trid.in sess.25.cap.14.

Monialis de meticulosa professione per eam facta allegata, infra quinquennium conqueri debet, vt ea infringi possit,alias firma remanet, & hoc procedit,dummodo infra tale tempus, metus causa cessauerit,alias sufficit protestatio,vt tempus quinquennii non currat, Sac.Conc.Trid.in sess. 25.cap 19 Capibl. de baron.cap.64 par.2. nu.3.& metus cadit in omni persona superiori, & auctoritatis,& debent concurri verbera,maltrattamenta,minæ,& seductio,&c.

Monasterium ex persona monaci non succedit in feudo,Vrsill.ad Affl.in dec. 310. quando feudū vadit ad manus mortuas, & frater succedens ex persona fratris ingressi debet soluere releuium Regi, ibid.nu.1.

Monasterium incapax,vt est Ordinis Mēdicantiū S.Francisci potest hæreditatem habere per Bul. Pii IV.refert Tor.in compend.decis. Regn.in par.2.verbo hæreditas fol.mihi 256.à ter.

Monasteria monialium exempta ab Episcopis, subdita Regularibus.possunt Episcopi prohiberi,ne aliqui ibi accedant ad alloquendum cum eis,& in dictis monasteriis Episcopi habent tantum accessum ad clausuram monasteriorum, & nullo modo possunt cum dictis monialibus alloqui,nec milites Hyerosolimitani,qui veniunt appellatione regularium largo modo in fauorabilibus,Montem.in sua pract. Cur. Archiep. Neap.cap.32.fol.mihi 224.

Monasteria Cappuccinorum, & omnia alia Fratrum minorum Obseruantiæ sunt incapacia legatorum, omnia alia monasteria sunt capaciora,& possunt legata obtinere, & pro communi viuere,Sac.Conc.Trid.sess.25.cap.3. de Franch. in dec.14.nu.13.

Monasterium venit in successione appellatione descendentium in voluntatibus, secus in sententia,& quando testator haberet intentionem, quod succederent, testatorem videtur habere intentionem, quod solum succedant filii de propriis carnibus, & ossibus, & monasterium excludere, quia monasterium repræsentat personam filii monaci, Vrsill.ad Afflict.in dec.83. nu.10.

Monetam alterius Principis, potest Princeps in suo Regno expendi prohibere, & quando falsa facta moneta in domo aliena reperitur, dominus domus prohibetur eam expendi, & punitur,& mandatarius non habet appellationem, maxime si instrumenta penes ipsum sunt recepta,torquetur, & solus Princeps cognoscit de falsa moneta,nisi expendens doceat authorem à quo illam habuit, & non potest moneta refutari,si est iusti ponderis, & cognitio de falsa moneta,hæresis,& rebellionis non venit in generali confessione meri Imperij,& Barones nō possunt de eis cognoscere, Pet.ad Gram.in dec. 74.per totum.

Monetam falsam expendens scienter, vel eam cudens, & expendens non allegat certum authorem,à quo ipsam habuit, punitur de iure communi, & Regni pœna mortis, & publicationis bonorum, hæc tamen publicatio non habet locum in Neapolitanis,in quibus ob eorum priuilegia amplissima non seruatur, de Franch. in dec.407.Constit.Regn.incip. Adulterinam.

Monetam refutans regalem,punitur iuxta Regn. Constit.Affl.incip.Si quis campsor, cap. Regn. incip.Iam sæpe,dummodo sit iusti ponderis.

Monetæ nō extrahuntur per mare extra Regnū, nisi monetæ exteræ tantum aliorum Regnorū, quæ non sunt Regna Regiæ Maiestatis sub pœna mortis naturalis,& confiscationis bonorum, tam extrahenti, quam nautis,si super vascellum sunt reperti,Pragm.127.fol.mihi 692. In prætermissis.

Monitio Episcopi,quæ fit clerico,vt habitum deferat clericalem,& deseruiat Ecclesiæ in diuinis est necessaria in clerico ordinario,qui sine ea puniri minime potest, sed non est necessaria in coniugato,Pet.ad Gram.in dec.40.nu.7.cap. vnic.de cler.coniug.in 6.

Monitio iudicis facta testi in eius examine, quod dicat veritatem,est species citationis, alias testis iuratus,& non citatus,efficitur suspectus, Affl. in Constit.Regn.incip. Mores dissoluere viuentium num.3.

Monipolium diuersis pœnis punitur, v3. pœna exilij,publicationis bonorum, & vltimi supplicii,vt ait pract.Marant.fol.mihi 293.nu. 129.in verbo & præuenitur aliquando per viam inquisitionis.

Monipolium est, quando aliqui per conspirationem ad aliquod malum simul, vel per coniurationem conueniunt,tex.in l. 1. C. de monipol. vbi

vbi Bald.& poteſt ex officio procedi, & diuerſę pœnæ imponuntur contra iſtos conſpirantes, ſeu conuenticulam facientes,v3.pœna exilij, & publicationis bonorum,vt per d.l. 1. C. de monopol.pœna vltimi ſupplicij,per tex.in l.denũciamus,C.de his,qui ad eccleſ.confuger. & ſinguli coniurantes puniuntur ad libram auri §. conuenticulas de pac.iuram.firm. quarto imponitur pœna,l.Iuliæ maieſt. per l.qui illicitum ff. de colleg.& adeſt quinta, & ſexta pœna poſita per Marant. in ſua pract. ciuil. par.6. fol. mihi 293.& peruenit aliquando per viam inquiſit.n. 129.& exceptio quando iſtæ conuenticulæ sũt iuſtæ,& licitæ, & quãdo ſunt ad bonum finem, & tunc non puniuntur,nec inquiri poſſunt,imo tunc ſunt omni iure permiſſæ, tex.in cap. ſanè, 10.q.7. & in dubio ſemper præſumitur fieri ad malum, dum ſunt de genere prohibitorum, etiam ſi contra nocentem ſit conſpiratum, pręſumitur ad malum.

Monopolium, ſeu conuentiones artificum, ſeu mercatorũ,qualiter puniantur,habes in l. vnic. C.de monopol.ad cuius materiam, vide in hoc cap.ſignificaſti de appell. & in cap.cum omnis, & in cap.cũ acceſſiſſent de conſtit. & latè Boſſ. in tit.de vnion.fol.mihi 452.vid.etiam Affl. in vſib. feud. in titu. de pac. iuramen. firm. §.conuenticulas nu. 33.& per totum, Gram.in deciſ. 100.num.12.Mayner. in regula aliud §.refertur nu.17.ff.de regul.iur.Iodoc.latè in ſuo enchiridion cap.132.Riminal.in cap.161.in princ.vol. 1.multa in tract.de mercatura in tit. quomodo in cauſis mercatorum procedendum ſit,nu. 17. & ſeq.fol.419. Franc. Luc. in tract. de priuileg. fiſc.in 2.par.princ.nu.5.& latiſſimè per Rebuff. in ſuo tom.conſtit.Franc.in tit. de magiſtris artificiorum, artic. 4. gloſ.2.fol.306. nu.4. & ſeq. Add. circa materiam nundinarum videndum Bertachin.in tract.de gabell.in 2.membr.8.par. princ.n.19.vol.6.Rebuff.in 1.lib.cõſtit. in tract. de ſent.exequt.art.vlt.gloſ.1.nu.6. & in 2. tom. in tit.de mercat.minut. vendend. art. 1. gloſ. 1. num. 35. vbi ponit requiſita Conſeruatoribus nundinarum antequam cognoſcant mercatores,& cur mercata inuncta fuerunt,idem in eo. tom.fol.310.nu.21.& vide omnino in tract. de mercatura in tit.quomod. in cauſ. mercat. proced.ſit fol.441.nu.23.

Moræ purgatio fit ante litis conteſtationem, & ad euitãdum caducitatem in emphyteuſi, fit ſolutio totius debiti in loco creditoris, Ricc.in coll. dec.2129.Affl.in dec.145.150.& 174.

Mora quomodo purgatur ob retardatam ſolutionem canonis, Affl.in dec.v74.vbi Vrſill.

Mora purgatur per fideiuſſores in omnibus partibus Regni,infra ſeptem dies,& in M.C.V.in ſin. diem vnum condemnationis, & ſic durum eſt hominem habere,& pœnã exigere, ideſt ſi quis capitur per Curiam infra dictos dies ſeptem, non habebit pœnam, ſed hominem tantum, qui homo intendit gaudere fatalia, ſibi a iure permiſſa, Carau.ſuper Rit. M. C. V. 163. cap. Regn.incip.legem veterem, Gram in deciſ.95. tex.in l.& ſi poſt tres ff.ſi quis caut.cap. miſericordiam 32.q.2,l ſumus C.de offic. eius.

Moram purgare licitum eſt,l.interdum §. fin. de verb.oblig.

Mora purgatur offerendo,quod petitur, etiã lite conteſtata, tex. vbi DD. in l.interdum §. ſtichi promiſſor ff.de verb.oblig. ſecus quando aliud peteret,& aliud offerret,l.inſulam eod.tit.

Mora eſt delictum, & ſuos tenet authores, & author ſoluit intereſſe,& capitalem,hæc eſt pœna, de Franch.in dec.49 nu.11.

Moram feciſſe videtur, qui litigare maluit, quam rem reſtituere, l.non ſolum ſuam §.ſi poſt morã ff.de verb.oblig.

Mora dicitur eſſe delictum,glo.magna in l.ſi mora ff.ſol.matr.

Mora dicitur eſſe dolus, l.dolus ff.mandati.

Mora committitur per lapſum,nedum vnius hebdomadæ,ſeu etiam per lapſum vnius diei, Grat.an.in diſcept.forenſ.149.nu 22. Surd. in conſ. 205.nu.19.lib.2.

Moræ purgatio,& de eius materia, latè tractatur per Theſaur.in dec.77.& quomodo,& quando purgatur per carceratum à carceribus fugitũ, & per fideiuſſorem,tex.in l.ſancimus C.de fideiuſſor.& l.& ſi poſt tres ff.ſi quis caut. & l.ſi inſulam Cod.ff.de verb oblig.& per Cap. legem veterem,& non oriatur confeſſio delicti,ſi carceratus à carceribus ianuis apertis aufugerit,& poteſt carceratus à carceribus fugitus, ſe ſponte in continenti conſtituere,vel etiam poſt octo dies,tunc nõ poteſt pœna eſtractionis carceris, & confeſſionis delicti coerceri, ſed alia leuiori pœna,propter inobedientiam, quia tunc dicitur habuiſſe animum redeundi, Theſau.in dec. 77.Grillan.de relaxat.carcerat.§. nunc videndũ nu.11.& 16 Gram.in conſ.crim.57.nu.1.

Mora debitoris trahitur, quando actor agit contra debitorem per liquidum inſtrumentũ fuiſſe preſto tali die, in loco tunc deſtinatæ ſolutionis,& ipſum non reperit,tunc dicitur mora, Vrſill.ad Affl.in dec.316.nu.4. l. non vnquam §.1. ff.de eo, quod cert.loc.

Moræ purgatio non admittitur quando eſt facta executio pro pœna, Franc. Marc.in dec. Delfin. 1239.prax.var reſol.Ricc.par.2.reſol.243.nu.2.

Moratoriam impetrans, vel ea gaudans à Principe conceſſa non ſit, iuuatur contra Neapolitanos originarios, virtute capitulorum Ciuitatis, nec iuuatur contra fideiuſſorem principalis debitoris,nec habet locum cum penſionibus domorum, & debitoribus bonorum commeſtibilium.Vrſil.ad Affl.in dec.288.& de Franch.in dec.507.

Moratoria dilatio quinquennalis, ſeu ſaluus conductus, per Principem conceſſa, non comprehendit debita iurata, & Neapolitanum originarium tantum, & expenſas commeſtibiles ad debita cauſæ fiſcalis,ad ſententiam S.R.C.& ad penſiones domorum gaudent ipſa dilatione, etiam fideiuſſores.& pendente ipſa moratoria

currunt

currunt vsuræ.& debet præstari cautio de soluendo finito tempore dilationis, etiam si per Principem fuit dictum, quod non præstetur, Vrsill.in dec.5.288.182.206.178.& 379.

Morigeratus est ille, qui bonis motibus est eruditus, & boni mores plus quam diuitiæ operantur, & qui habet malos mores dicitur pauper,& nõ iuuatur iuratoria cautione, si fideiussores inuenire non potest, Vrsill. ad Afflict.in decis.141.

Morbum gallicum,hoc nomen est antiquum, & quãdo quis efficiatur irregularis per hũc morbum gallicum,vid.Gram.in dec.56.nu.6.

Morbida facta pecus,totum corrumpit ouile, l.edi les la prima § hoc quod autem deterius ff. de edii.edict.cap.repetendæ 24.q.3.

Mortuis adhibetur maior fides,quam viuis, l.census ff.de probat l.iubemus §.sed ne aliqua C.de testam.l.gesta C.de re iudic.

Mors omnia soluit,quando per mortem omnia expirant,hæc materia latè tractatur per Ricc. in coll.dec.153.

Mortem viro suo procurans,mulier,vel econtra conspirans,non efficitur capax successionis dicti viri, & filiorum, & omnia bona sunt fisco applicanda.& ab ea, tanquam ab indigna auferenda,exclusa matre etiam ipsius mulieris, l.Lutius ff.de iur.fisc.Thesaur.in dec. 21. in fin. cum Add.Ricc.in par.2.for.eccles.resol.107.n. 2.Vrsill.ad Affl.in dec.350,

Mortui scriptura facit maiorẽ fidem, quam si viueret,& mors habet vim iuramenti,Gratian. in discept.forens.710.nu.7.& 8.

Mors ciuilis appellatur deportatio, de Franch. in dec 689.& æquiparatur morti naturali.

Morte finit voluntas hominis,l 4.ff locat.

Morte, vel repudiatione quis excluditur à successione,l.2.§.sed si sunt sui, & sequen. ff. ad Tertull.

Mors viri probatur per famam publicam, & iudicis arbitrio remittitur,vt possit mulier vidua matrimonium contrahere,quia non potest,nisi constito de morte primi viri, & hoc prædicto modo seruatur, quando longo tempore maritus abfuit, secus si probatur per certum nuncium,per fidem libri defunctorum faciendi per Parochos,Montem in cap.25.num.1.& 11. fol. mihi 180.

Mortis naturalis pœna intelligitur, qñ lex tractat de morte,mors ciuilis est, quando est deportatio,vel remigatio, de quibus non loquitur, sed sunt verba magistralia Doctorum, de Franch. in dec.562.

Mortis pœna sub quibus vocabulis comprehenditur,quod vbicunque lege,vel statuto fit mentio de furca,laqueo,gladio,flamma,ferro, igne, vltimo supplicio, & similibus, intelligitur de pœna mortis,Foll.in pract.crim. vers.debit.pœn. fer.nu.46.Petr.ad Gram.in dec.72.nu.2.

Mortui quomodo suspendũtur,& visitatio luctus, nõ fit vltra diẽ,& cadauera non exterrẽtur, pro eis ducendis in eorum patriam,sunt excommunicati, & quando impulsi alibi ducuntur ad sepelliendum, non soluitur aliquid pro trãsitu, nisi tantum quarta funeralium Parocho. & offendens cadauera,& sepulchra violans, punitur pœna violati sepulchri,l.qui sepulchra, C. de viol.sepulcr.& ad euitandum futuras molestias datur cautio, vel pignus Parocho antequam sepelliatur cadauer,Petr.ad Gram.in decis. 62. vsque ad nu. 7.

Morienti non semper creditur, quia non omnis qui moritur est Sanctus Ioannes Baptista, dum est ei inimicus,vel odiosus, cum testi odioso nõ creditur,etiam in mortis articulo, & tenet corpus Christi in manibus,Bald.in tit.de pac. constant, vers. vassalli,Gramm.in cons.crimin.57. num.15.

Mulier est caput peccati, arma Diaboli, expulsio Paradisi,corruptio legis, à qua si cauere cupis, fuge ipsam,quæ vt serpens inficit,& venenat, & tactus earum maxime sunt euitandi, Cappell. Tolos.in dec.449.

Mulier rapta, reducta in suam libertatem potest annullare matrimonium factum cum raptore, Capibl.de auctor.baron.par.2.cap.64.nu.14.

Mulier pro debito ciuili non potest carcerari,sed hoc non habet locum pro dote, quia pro ea potest carcerari.auth.sed nouo iure C.de offic. diu.iud.Bald.nouell.in tract.de dot.par.7.priuileg.5.Natt,in cons.52.nu.14.& seq.Surd.in dec 163.nu.4.

Mulier soluto matrimonio debet vestiri vestibus lugubribus,& velis,expẽsis hæredum viri, secũdum qualitatem personarum,qualitatẽ,& quantitatem patrimonij, si & in quantum talis consuetudo est in Regione vestiendi, alias hæredes viri ad istas impensas nõ tenerẽtur,Bald.& Angel. in l.decretũ C. ex qua caus.infam. irrogat. Cappell.Tolos.in dec.336.in fine.

Mulieres non tenentur facere declarationem circa vsum. per dispositionem Regiæ Pragm. 1. de fals.dum dictæ mulieres pœna falsi non tenentur,sed tantum ciuili pœna, & causam principalem amittunt,falsa scriptura vtentes.

Mulieres coniugatæ, & Vniuersitates criminaliter accusatæ, possunt comparere per procuratorem,& per eorum virum, & syndicos, Constit. Regn. incip. Generalia iura in tit. vt Vniuersitas accusata, sed hodie ista Constit. respectu mulierũ est correcta, per Rit. M.C.V. 269.nu.9 vers.7. limita, tenet quod mulier etiã maritata non potest per procuratorem comparere.

Mulier transiens ad secundas nuptias amittit omnia ex titulo lucratiuo à primo viro per eam percepta,& acquiruntur filijs primi matrimonij,de Franch.in dec. 632. nu.1.

Mulier potest disponere ad suum libitum voluntatis de bonis sibi obuentis ab eius viro, relicto tamen filiis debito bonorum subsidio, & hoc habet locum, quando mulier plures habuit viros,puta tres,& cum vltimo viro filios nõ procreauit,de illis bonis dicti vltimi viri disponere potest,

potest, de Franch. in dec. 622. num. vlt.

Mulier non restituitur in integrum aduersus sententiam translatam in rem iudicatam, circa suũ priuilegium, Vrsil. ad Affl. in dec. 258. n. 5.

Mulier iniusta conquerens de eius viro, capitalem pœnam pati debet, & executio dictæ sententiæ, si mulier est prægnans, non exequitur, nisi quadraginta diebus transactis, à die partus computandis, Constit. Regn. incip. pessimum, & horrendum.

Mulieres plures habens, vno eodem tempore, pœna mortis punitur, Petr. ad Gram. in decis. 107. num. 1.

Mulier quæ scienter accipit virum inutilem, non potest petere assecurationem suarum dotium, Vrsill. ad Affl. in dec. 365. nu. 2.

Mulier committens stuprum infra anuum luctus, dotes nõ amittit, dum tractatur de damno, quo verò ad antefatum, & donationem propter nuptias, non fuit prouisum, de Franch. in dec. 669.

Mulier soluto matrimonio, alimẽta ab hæredibus viri recipiens, si tacet interesse petere, renũciare videtur, Petr. ad Gram. in dec. 70. nu. 3.

Mulier pauper habet quartam quo ad vsumfructũ in bonis viri sui decedentis cum liberis eiusdẽ matrimonij, de Franch. in dec 621. nu. 3.

Mulier dotata à patre de bonis paternis, & maternis, pacto in capitulis matrimonialibus astantibus apposita, quod dos reuertatur ad dotantem, si mulier sine liberis decedit, intelligitur, si decedit ab intestato, secus facto per eam testamento, & eius virum instituit, valet testamentũ, prædictum, pacto non obstante, de Franch. in decis. 196. & 491. sed si habet patrem disponere non potest.

Mulier potest accusare de morte sui viri, Tartagl. in pract. crim. fol. mihi 6. nu. 2.

Mulier alienans rem mariti, simul cum ipso marito, & renuncians ius suum super omnibus alijs bonis dicti mariti, videtur renunciare quo ad antefatum tantum, non autem quo ad dotes, Vrsill. ad Affl. in dec. 211. nu. 1.

Mulier per adulterium commissum tempore sui viri, priuatur antefato, dote firma remanente, de Franch. in dec. 428.

Mulier dotata a patre non potest dotem à marito repetere, per dilationem à marito datam, si tempore promissionis dotium frater erat soluendus, & per culpam viri tempore exactionis dotium prædictarum, reperitur non soluendus, tunc vir non tenetur de proprio dotem restituere, dum eam non exigit causa reuerentiæ, secus quando debebat exigere dotem ab extraneo debitore, tunc dos debetur, si non exegit, culpa est sui viri, qui de proprio tenetur, l. si extraneus ff. de iur. dot. de Franch. in dec. 424. & l. cum quidam §. præterea Cod. de iur. dot. dicit, quod vsuræ dotium debentur ab extraneo, etiã non expectato biennio, & potest statim matrimonio contracto dotem exigere, etiam si promissor est paratus soluere vsuras, quæ debẽtur ad rationem septem pro centenario, idest tertia pars centesimæ.

Mulier honesta carceratur non in monasterio, vt prius erat, & seruabatur, sed in alio carcere honesto, alienis separato, Petr. ad Gram. in dec. 33. num. 6.

Mulier nupta etiam Neapolitana, efficitur de domicilio viri, & amittit suum priuilegium, & seruatur æqualitas, si est priuilegiata, & non trahit nec trahitur, sed hoc est introductum eius fauore, & viri, ne ab eius seruitiis distrahatur, quod potest suo fauori renunciare, non fuit causa ipsa decisa, ob infirmitatem Causæ Commissarij, de Franch. in dec. 418.

Mulier nupta, & relicta efficitur sui iuris, & cessat patria potestas, quæ potestatem testandi impedit, de Franch. in dec. 546, n. 32.

Mulier hæres cum beneficio legis, & inuentarij, si proprio nomine promittit, iuuatur Velleiano, de Franch. in dec. 323. nu. 4.

Mulier decedens relictis filiis, de nouem partibus habet manus longas., de Franch. in decis. 606. num. 4.

Mulier de sua dote in testamento non potest disponere nisi iuxta loci consuetudinem, & non potest disponere vltra medietatem dotis, habẽs vel non habens liberos, Vrsill. ad Affl. in decis. 226. nu. 7. & 8.

Mulier non potest esse curatrix sui mariti furiosi, quia mulieres hoc officium exercere prohibentur, & solum mater, & auia possunt esse tutrix, per tex. in auth. matri, & auiæ, C. quando mul. tutel. offic. fung. pot. sed cum Regia dispensatione, mulier potest esse curatrix, vt est D. Ducissa Magdaloni, de Franch. in dec. 348.

Mulier tenetur sequi virum suum, quocunque vadit, dummodo non sit vagabundus, Petr. ad Gram. in dec. 26. nu. 14.

Mulier potest esse procuratrix extraiudicialiter, Vrsil. ad Affl. in dec. 260. nu 9.

Mulier habet fori priuilegium, si pro viro suo conuenitur, & eius personam repræsentat, dummodo eius vir sit priuilegiatus, & si vir est in castris pro vxore litigante, venit ad eam defendẽdum, & ei licet discedere à castris, & Regio seruitio, pro iam dicta causa, Capic. in dec. 76. de Franch. in dec. 363. secus si pro sua, vel alia causa conuenitur.

Mulier inhonesta expellitur à suo conuicino loco, de Franch. in dec. 316.

ulier potest se obligare, & suam dotem alienare viuente viro, pro eo liberando, de Franch. in dec. 237, n. 4. & constante matrimonio, l. quamuis ff. sol. matr. l. mutus §. 1. de iur. dot.

Mulier quæ intercedit pro anima sui mariti defuncti, & se obligat, non iuuatur Velleiano, quia fauore piæ causæ potest mulier se obligare exonerando conscientiam defuncti, sicut in vita potest suam dotem alienare, pro liberando virum, quia anima est omnibus pretiosior, l. quãuis ff. sol. matr. de Franch. in dec. 237, l. pen. in fi. C. ad Senatusconsult. Velleia. §. si vnum ex prædictis, auth. vt cum de appell. cognosc.

Mulier

quòd si testator habeat filios ex priori vxore, quos heredes instituit, secundam verò vxorem relinquat dominam, & vsufructuariam, an alimenta tantùm sibi debeantur? vel integer vsufructus? vide Franc. de Crem. in singul. 8. quid si sint filij, quem sequitur Picus in d l. Titia. §. Titia n. 40. vers. sed contrà hoc vltimum, vbi materiam exactissimè tractauit, ad quam semper recurras add. Angel. in suo tract. de testam. Inuebro item reliquit N. eius vxorē domnam, dominam, &c. latissimè per Gulielm. de Bened. in c. Raijnutius, inurbeo cætera bona n. 19. & seq. & ibi n 44. an teneatur soluere debita, & alia onera hereditaria talis vsufructuarius. Quid autem si vxori fuerit remissa cautio de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, vide Alban. in cō-sil. 55. n. 3. & Neuui. in cōsil. 9. num. 12. & ibi an malè vtendo perdat vsufructum, add. ad materiā Cottā in suis Memorialibus, in verbo vxor relicta, add. quòd testator non potest remittere confectionem inuentarij, & cautiones. add. in l. 1. Cod. de vsufr. Bell in consil. 54. nu. 3. Quid si fuit releuata à reditione computi, vide Guid. Pap. in consil. 41. & 43. n. 3. & auream dec. Marci 820. & Paris in consil. 95. n. 74. & seq vol. 2. & per totū consil. cum tribus alijs seq 94. & n 4. & seq. Quid in feudis. Circà autem liberationē redendæ rationis, vide multa, & not. per Curt. Sen. in consil. 66. n. 8.

Mulier quomodo, quando, & in quibus casibus potest pro Velleiano intercedere, & se obligare, vid. Tessaur. in dec. pedem. 222. & 223. domin. de Franch. in dec. 227. quòd mulier obligatur, & prommittens soluere debitum mariti, post ipsius mortem non iuuatur Velleiano fauore piæ causæ, & ad exponendum animam sui defuncti viri, & in alijs casibus licèt non teneat obligatio vxoris, tenet tantum renunciatio hypothecæ, auth. si qua mulier Cod. de vell. vt per talem renunciationem, non possit se opponere exequutioni, quæ fit in bonis mariti, si superant bona etiam pro suis dotibus, & non procedit hæc exceptio, quando mulier obligatur cum suo viro, pro sua, & communi vtilitate, & quādo vir, & mulier simul obligantur in fauorem tertij, & licèt renunciatio Velleiani aliquando fit nulla valet cum iuramento, & validatur, dū fuit certiorata de iuribus suis, etiam quando fiat actus iudicialiter, in quo iudicio non requiritur certioratio, sed maior cautela est, vt semper certioratio fiat, licèt iuramentum non trahatur ad ignorata, nec præsumptionē ignorantiæ tollit, quæ à iure præsumitur, & iuramē-tum habet tres comites, iudicium, iustitiam, & veritatem, & mulier, minor, & rusticus semper debent certiorari, vide Tesaur. in dec. 222. & iuramentum multum oportet, & importat, quia renunciatio absque iuramento est nulla, & non tenet.

Mulier habens virum in expeditione militiæ, quanto tempore debet eum expectare, vt alij nubere possit, habes in auth. hodie Cod. de repud. tu vid. multa per Igneu. in l. & si certus. §. & si vnus, num. 29. & seq. ff. ad Syllan. & latius per Petrum de Barbos. in consil. matrim. consil. 25. & Couarr. in tit. de sponsal. & matrim. par. 2. cap. 7. fol. 125. num. 3. & 4. add. quod matrimonium, non potest dissolui sine causa l. consensu, Cod. eod. quam limita vt per Lup. in cap. per vestras extr. d. don. int. vir. & vxor. 3. not. num. 7. l. mihi 59. & ad materiam d. l. vid. Boer. in dec. 338. & vid. pulcr. consil. Aymod. 205. vol. 2. per totum, vbi multa de vxore foris pernoctante, add. quod Doctores eliciunt argumentum à simili per tex. in l. consensu, §. seruus etiam, & maxime Abb. in cap. finali extr. de his, quæ ius met. caus. num. 9. quod ad probandum rem iustè subtractam, admittuntur, vndè per socios, & familiares probare poterit, & quomodo probatur, quod esse motiuum, vlt glos. in l. si quidem, in verbo funda est, Cod. sol. matr. vid. singul. consil. Alex. 25. vol. 4. & Corn. in consil. 10. vol. 1. vbi multa, plenè per Felin. in cap. quoniam frequenter §. porrò in fine extr. vt lit. non cōtest. Bar. in l. 2. §. dubitetur ff. quemadm. testam. Aper. Ias. in l. fin. col. 4 intr. de edict. Diu. Adr. Toll. & alios. quos refert Couarr. in tract de sponsal. & matrim. cap. 8. § 3. num. 4. fol. 125. Cappell. Tolos. in dec. 312. & quòd dos remitti debet vndè exiuit, tex. habes in l. dos, Cod. sol. matr. ad cuius clariorem intelligentiam, vid. Bar. in l. post dotem num. 28 & 29. ff. eod.

Mulier etiam cum iuramento ex Velleiano non obligatur, nisi fauore piæ causæ, quæ pia causa est, quando quis obligatur pro anima defuncti, & potest pro liberatione animæ sui viri, suam dotem vendere, de Franchis in dec: 237. l. 1. cod. ad Sen. consul. vell. 7. pen. in fin. cod. eod. & sic potest vendere fundum dotalem pro alendo viro, & eum à carceribus redimendo Pascal. de patr. potest. cap. 5. num. 18. par. 3. Giurb. dec. 5. num. 34.

Mulier potest pro dote, & antefato pro his filijs subdelegare, præcedente licentia S. E. de Franchis in dec. 182.

Mulier prægnans citata in curia, si est rustica, & sana, ire debet, & non excusatur nisi esset proxima in partu, Foll. in pract. crim. vers. audiantur excusat. n. 30 fol. mihi 66.

Mulier asserens se esse virginem, creditur ei, Foll. in practica crim. except. aduersus stuprum, fol. mihi 352. in fin. & fol. 7. num. 21. col. 2. fol. 46.

Mulier punitur pæna mortis, si proprio seruo se supponit, aut cum animali bruto Clar. in pract. crim. fol. 174. vers. mulier.

Mulier recipiens arras nomine sponsalium, si non copulat, ad duplum tenetur, qualiter, & quando in l. mulier, Cod. de sponsal. & arr. sed aduerte, quod legista, dum dicit arras duplicatas reddendas debet intelligi, quando

intercedit vera arrarum datio nequam sufficit, si quis in instrumento, se confitentur tantum recepisse arrarum nomine, nam huiusmodi instrumentum non probat veram arrarum dationem, argum l. si ex pretio, & l. si ex cautione, sup. si cert. pet. ita Socc. in cons. 3. col. 1. vol. 2. per to tum, Add. quæ dicatur donatio ante nuptias, vel propter nuptias, vide Abb. in cons. 22. & 68. & melius est mulieribus, quam maribus subueniri, propter sexus fragilitatem, l. cum multæ C. de don. ant. nupt.

Mulier secundo nubens intra annum luctus, quam pœnam patiatur, habes in l. 1. C. de secun. nupt. Add. ad materiam dec. Affl. 75. & quod seruatur hodie vltra glo. in d l. 1. in verbo honorarias in Add. vide Io. Anto. de Nigr. in cap. Regn. mulier in vlt. impress. & ad materiam vide Alex. in l. si quis vi §. differentia ff. de acquir. poss. nu. 6. circa fin. & Socc. in cons. 263. circa princ. vol. 2. Cassan. in consuet. Burgun. rub. 7. §. 6. fol. 249. nu. 7. vers. limita quarto, & in fol. seq. nu. 2. vers. aduerte, & Bertach. in cons. 345. n. 3. vol. 1. Add. quod filij possunt habere ratum matrimonium, per matrem viduam contractum, per quam ratihabitionem euitant pœnæ secundo nubentiũ, Dec. in cons. 206. nu 3. & 4. & in d. rub. de secundis nuptijs num. 8. Boer. in dec. 285. Add. quod pœna transeuntis ad secundas nuptias habet locum pariter in viro, atque in vxore, vlt glos. in l. feminæ in verbo possessione C. eod. vide Aym. in cons. 37. Boer. in dec. 186. & 187. Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius in verbo, & vxorem nomine Adelasiam nu. 88. & pro materia l. hac edictali C. eod. vid. Bald. in cons. 276. vol. 4. & in cons. 11. vol. 3. Dec. in cons. 246. latè Frãc. Marc in dec. 23. vol. 2. & ibi in dec. seq. quod tempus attendendum, & an consellio Nouercæ, vel Vitrici in præiuditium filiorum primi matrimonij valeat, idem in dec. 26. & 27. Add. quod vxore relicta vsufructuaria, si non sufficiant bona mariti pro ea, & pro liberis alendis, præferũtur filij, ita Socc. iun. in cons. 97. vol. 1. nu. 24. & multa alia ad materiã, vid in cons. 96. & in cons. 94. in princ. quod si non fuerit dictum vsufructuariam, quod habebit tantum alimenta, siue filij sint instituti, siue extranei, & in cons. 33. vol. 1. & vid. Corn. in cons. 128. in fin. vol. 3. & multa per Papien. in form. libell. Pro legato rei singularis col. 8. Add. Bald. in l. 1. §. præterea ff. de tutel. & ration. distrahen. vbi quod non tenetur quis arctare victum suum propter alimenta matris, vel alterius cuiuscumque, qui debet ali nisi largas habeat facultates, vide dec. Rot. Bonon. concl. 89 nu. 5. Io. de Amic. in cons. 56. Roland. in cons. 22. nu. 21. & seq. vol. 1. & an vxor relicta vsufructuaria possit alimenta propria auctoritate capere, vel illa de manu hæredis sumere? vide Crot. in repet. l. nemo potest ff. de leg. 1. n. 16. col. 16. vid. Bald. in l. fin. col. pen. infr. de uid. toll & in cons. 237. [illegible]tius in testamento, vol. 1. & an habeat vsumfructum in nominibus debitorum, Paris. in cons. 96. nu. 14. & nomina debitorum, & annui reditus qualiter confiterentur, & quod si nomina debitorum adhereant in mobilibus, Socc. in tract. de oblat. libell. 8. nu 23. & seq. vol. 3. tract. qualiter auctor præstet cautio de vtendo fruendo, vide omnino Bapt. de Sãcto Blas. in tract. de actio. fol. 36. nu. 96. vol. 16.

Mulier consentiens obligationi viri sui, vel se obligans, sibi non præiudicat, auth. si qua mulier, C. ad Senatusconsult. Velleian. quod tamen fallit, quando mulier fideiuberet pro marito in causa fundi dotalis, ita Ias. in l. redde §. qui mulierẽ, nu. 3. ff. qui satisd. cog. quod si mulier confessa fuit pretium in ejus vtilitatem versum, an hoc non obstante, morruo viro, possit nihilominus ab hæredibus mariti, fundi venditi pretium petere, vide Cassan. in cousuet. Burgund. rub. 4. §. 17. nu. 29. vbi de materia d. auth. multa ponit. Item an si pretium rei venditæ tempore mortis mariti in hæreditate reperiatur, & constet redactum ex re dotali vendita, & debeat esse vxoris, sicut & res fuisset, vid. eund. Cassan. in d. rub. §. 22. num. 2. Add. ad materiam multa, & quotidiana per Ign. in l. 1. §. si vir, & vxor num. 60. & seq. latè etiam Vital. in tract. de vsur. in cap. de renunc. benefic. l. Iuliæ de fundo dotali, & in cap seq. Paris in cons. 75. nu. 16. & seq. vol. 3. & ibi an mulier possit venire contra contractum iuratum, latissimè Suarez in suis allegation. in tit. de las arras, & quæ in auth. siue a me C. eo. Alphanus in suis collectaneis, in quam etiam vide Affl. in dec. 311. num. 1. & dec. seq. & limita etiam per cap. peruenit extr. de emptio. & vendit. Add. quod Senatusconsult. Velleian. in firmitati, non calliditati mulierum consultum est, l. si fine C. eod. tit.

Mulier propter adulterium, vel osculum luxuriosum amittit dotem, Vrsill. ad Affl. in dec. 61.

Mulier propter osculum lucratur medietatem antefati, non sequuta carnali copula, sed sequuta, totum lucratur, & matrimonium contrahitur ratione osculi, & verborum de præsenti, Vrsill. in dec Affl. 61. nu. 5.

Mulieris sexus est fragilis, Vrsill. ad Affl in decis. 69. nu 8. l. 1. ff. ad Velleia.

Mulier habens virum inutilem, gaudet priuilegio virginibus concesso, l. 1. C. quando Imper. int. pupill. & vid. l. 1. & fin. C. ad l. Flauiã de plagiar.

Mulier pro sua dote habet tacitam hypothecam in bonis sui viri, & præfertur omnibus creditoribus tacitam hypothecam habentibus, secus vero in habentibus expressam, vide in verbo hypothecam, Ricc. in coll. dec. 217. & 146.

Mulier habet hypothecã in bonis sui viri, & à die solutionis suæ dotis contrahitur, non autem à die contracti matrimonii, Ricc. in coll. dec. 20. Boer. in dec. 331.

Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitatis, & forum ex eorum statuimus personis, & domicilia mutamus, l. fin. C. de dignit. lib. 11. & idem tex. in l. fin. C. de incol. lib. 10. de Pont. in cons. 31. nu. 7. vol. 1. latè tractant hanc materiam, quod mulieres coruscant radiis virorum dum

dummodo ad secunda vota non transeant, vir est caput vxoris,& vxor est corpus viri, l. vnic. C. de com. & quod etiam officio priuatus, & vxor post viri mortem retinet sui viri dignitatem,& semper ei reuerentia debetur.

Mulier,& rusticus præsumũtur ius ignorare, l.regula in prin.ff.de iur.& fact.ignor. propter simplicitatem,quæ præsumitur in rustico,muliere, & minore,l.cum deinde ff.de probat.

Mulier in dote non præfertur creditoribus habentibus anteriorem hypothecam expressam, de Pont.in cons.80.nu.1.glos. & DD. in l.assiduis, C.qui pot.in pign.hab.Nicolant. in tract.de pignor.4 memb.2.par.nu.100.hoc tamen limitatur in bonis quæsitis per obligationẽ dotis; nã tunc ad instar fisci præfertur etiam creditoribus habentibus anteriorem, l.si is qui ff. de iur. fisc.Affl.in dec.291. & præfertur in dote tantũ, non autem in antefato, habendo tacitam anteriorem hypothecam.

Mulieres actum venereum facientes, & inter se corrumpentes, puniũtur pœna vltimi supplicij, Boer.in dec.316.nu.14.

Mulieres an familiam conseruent, aliqui dicunt quod nõ,aliqui dicunt,qđ sic, quia est ius quæsitum,nam appellatione familiæ veniunt omnes qui ex eorum sanguine proditi sunt, tex.clarus est in l.pronunciatio §.familiæ ff.de verb. sign. facit glo.in l cum legitimæ ff.de stat.hom.Socc. in cons.84. vol.3.

Mulieres an possint carcerari pro debitis, vltra tex.in l.1.C.de offic.diuers.iudic.vide Hyppol. in singul. 248. vbi videbis multas limitationes, & ibi quando, & quæ mulieres possint carcerari, Dec.in reg.fœminæ n.78.ff.de reg.iur.Rom. in cons.118.Add.Gomes in cap. mulieres de iudic.in 6.& Add.latè per Boer.in repet. l.consentaneum C.quom.& quand. iud.nu.143.& seq.in 2.vol.repet.

Mulier pro sua dote præfertur creditoribus habẽtibus tacitam hypothecam generalem, sed non pro antefato,quia præfertur titulo oneroso, nõ autem titulo lucratiuo, Vrsill. in decis. 191. per totum.

Multa,qđ sit,& vnde originẽ traxerit, Io de Ferr. in tract.de appell.nu.95.in 4.vol.tract. & applicatur fisco, l. multarum C. de mod. mult. Add. DD.in cap.1.quæ sint regalia, & Bar.in l.agraria ff.de term.mot.Alex.in l.si quis id quod col. 4.ff de iurisd.omn.iud.& Bar.in l. filiusfamil.§. diui in fin.ff.de leg.1. & vide Parid.de Put.in tract.sindic.§.potestas nu. 1. & an possit minorari multa imposita, habes tex. in l. eos C.de mod. mult. quæ lex hodie non est in vsu,& Iudices de facto eam non seruant, sed imponunt multas,ad eorum arbitrium, ita Specul. in tit. de sent. prolat. §. species vers. sed nunquid, & Alex.in cons.35.2.vol.& Ias.in l.3. §. quid prætor in fin.ff.ne quis eum, Add.Iacobin.in l.vnic. in princ.nu.16.& 17.ff. si quis ius dic. non obtemper.& limita vt ibi per eum, ex mente Specul.Affl.in constit.Regn. incip. pœnam nouem vnciarum in 3. not. & Ias. in l. 1. in 2. not. ff. si quis ius dicend.non obtemper.vbi de huiusmodi multa,Oldrad.in consil.15. Guid.Pap.in decisio.359.

Multa,quæ non prosunt,cumulata iuuant, cap.cũ causa de probat.cap.præterea, vbi gl. de testib.

Multa facta tenent, quæ à principio fieri prohibentur,l.barbarius de offic.præ. l.1. §. biduum ff.quand.appell.sit, glos.in verbo statim.

Muros Ciuitatis rumpens,vel transcendens, punitur pœna capitis,l.fin.ff de rer.diuis. sed reuera punitur pœna arbitraria in aliis Ciuitatibus Regni,quia pœna capitis dicitur in Vrbe Romana, Clar.in pract.crim.vers.muros fol.mihi 183.col.4.

Mus in opera,ignis in sinu,serpens in gremio malè suos remunerat hospites, cap.ecclesijs vers. mus 13.q.1.

Mutatio personæ, mutatur qualitas, & conditio rei,l.Paulus respondit per procuratorem ff. de acquir.hæred.

Mutata persona mutatur conditio rei, l.Pomponius ff.de neg.gest.l.iusiurandum §.non semper ff.de iureiur. l. per procuratorem ff. de acquir. hæred.

Mutatio coloris, pallor, trepidatio, inconstanter loqui, erubescens, sunt signa malæ conscientiæ, & est signum falsi testimonii, maxime quando est varius,& vacillans, facit inditium contra se, Gram.in cons.crim. 17.nu.8.

Mutus per accidens, qui fuerit literis peritus, potest fideicommittere, secus mutus naturaliter, Bar.Alex.& cæteri in l.1.ff.de verbor. oblig. l.si quis eod. tit. & per me ante in add.ad l. si mulier ff.de leg.3.

Mutus potest deponere per suas literas coram iudice Affl.super Constit.Regn. incip. Instrumentorum robur nu.9.

Mutus potest constituere procuratorem, l.mutus ff.de procur.l.vbi non voce ff.de regu.iur.

Mutuum,aut concessio ad beneplacitum,non potest statim, & incontinenti reuocari, Vrsill. ad Affl.in dec.91. nu.8.

Mutuum negantes,depositum,commodatũ, promissiones,vel contractus,sint in pœnam soluendi negatum parti, & tertiam partem ipsius debiti negati Curiæ,si sequitur sententia condemnatoria,vel probatum fuerit, si post negatum antequam probetur,confessus est debitum, ad nihil tenetur,Pragm.1.de negant.mut.Constit. Regn.incip.Regiæ Maiestatis.

N

NAtus in octauo mense habetur pro mortuo, & quis nasci potest in 10.11.12.& 16. mense,& si statim natus moritur,quod quis amplius de eo gloriari minime potest,habetur pro mortuo,& de duobus filijs in eodẽ vẽtre natis,quis eorum dicatur primogenitus,Petr.ad Gram. in dec.2.nu.14.& 15.Vrsil.ad Affl.in dec.236.

Natus in octauo mense habetur pro non nato, & ac si mortuus fuisset, dum non dicitur perfectè natus,Vrsil.ad Affl.in dec.236.

Natura semper perpetrat nouas edere formas, & multis vtitur nouitatibus, gl. in auth. quib. mod. natur. effic. legitimi.

Naturam vsus vertere consueuit, Bald. in quæst. de scisma §. sed in contrarium.

Naturales filij non possunt venire aduersus patris testamentum, quando in eo eis nihil relictum fuerit, l. humanitas, & auth. licet C. de natur. lib. glo. in l. 1. in princ. in verbo naturales ff. de bon. poss. contr. tabul. & potest pater in testamento eis relinquere vsque ad vncias sex ab intestato si non relinquit vxorem, vel filios, non succedũt, nisi in duabus vnciis cum matre, de tota patris substantia d. auth. licet, & Pascal. de pat. pot. c. 1. par. 2. nu. 55. dicit, quod non extantibus legitimis, possunt in testamento hæredes institui, alias in vnciam succedunt vltima alimenta, vbi late.

Naturaliter obligatus si soluit, non contingit soluti repetitio, l. fideiussor §. fidein ssor ff. de fideius.

Naturalis obligatio est bene facere benefacientibus, l. sed si lege §. consuluit ff. de petit. hæredit. cap. cum inofficiosis de testam.

Naturales filij non legitimantur per patrem, alijs liberis legitimis extantibus, Boer. in dec. 240. n. 18. Barto. in sua disput. in solutione illius, vers. quinto est sciendum, tenet indistinctè naturales non legitimari, aliis legitimis, & naturalibus extantibus, nisi per rescriptum Curiæ, siue Principis, vel per subsequens matrimoniũ, Hostiens. in summ. §. si qui filij sint legitimi.

Naturales non succedunt matri, nec mater succedit filijs naturalibus, sed de ęquitate Canonica debentur tantum alimenta à die implorati officij iudicis, quod seruatur etiam in terris Imperij, de Franch. in dec. 645. nu. 4.

Naturalis sequitur originem matris, non autem patris, & cap. mulieribus Neapolitanis concessum, quod censeatur concessum assensum in instrumentis dotalibus, non habet locum in naturalibus, de Franch. in dec 452.

Naturalis filius natus ex concubina, non existentibus filijs legitimis, & naturalibus, ac coniuge, succedit patri morienti ab intestato in sextam partem hæreditatis, de Franch. in dec. 191.

Naturalis succedit patri, & pater potest eum hæredem instituere in tota hæreditate, non obstãte legitima sobole, sed existente in certa quantitate succedit tam in testamento, quam ab intestato, relicta legitima ascendente, & præteritus rumpit testamentum, de Franch. in decis. 47. num, 7.

Naturalis, seu illegitimè natus, non est ordinãdus, cap. cum in cunctis de elect. cap. vt filij extr. de fil. presbyter. Gram. in dec. 81. nu. 7. & nomine spuriorum, & naturalium ponuntur per Pascal. de patr. pot. cap. 1. nu. 23. par. 2.

Naturalis filius ex Monaco natus, dicitur vulgo quæsitus, & succedit matri, Vrsill. ad Affl. in decis. 96. nu. 16.

Naturalis filius natus à coniugata, & soluto, non in domo retenta, sed forte casu rem habuit cum ea, ipse natus ex eo, ipsi patri succedit, si vero natus ex concubina in domo retenta, est insuccessibilis, Vrsill. ad Affl. in dec. 96. num. 12. & naturales sunt illi, quos sola natura genuit, & ex damnato coitu, sunt illi, cum quibus non potest esse coniugium, l. nati ex stupro, adulterio, vel incestu, Pascal. de patr. pot. cap. 1. num. 23. & seq. par. 2.

Naturales, spurij, & filij nati ex damnato coitu, accusant criminaliter de morte eorum parentum, & audiuntur, nec ad liberationem proceditur, nisi habita prius remissione à dictis naturalibus, quantumcunque sit contra opinionem Alex. tenẽtis in l. ex facto §. si quis rogatus col. 18. num 49 ff. ad Trebell. quod non possunt accusare nisi ex damnato coitu, imo adest decis. S.R.C. vt testatur Vrsill. ad Affl. in dec. 95. n. 17. nam promptiorem dolorem sentiunt.

Nauigare est prohibitum à mense Octobris vsq. ad mensem Aprelis, bona glos. in l. 1. C. de melit. vest. lib. 12. l. quoties C. de naufrag lib. 11. & glos. in l. qui petitorio ff. de re iud. vide de hoc pulcrum consil. Gram. 1. in Ciuil. nu. 3.

Naufragium punitur summariè, & leuato velo Marant. in suo spec. fol. mihi 105. nu. 149. in verbo peruenitur aliquando per viam inquisitionis.

Neapolitani non possunt conueniri virtute Regiæ Nouellæ Pragmaticæ per Capitulum Neapolitanis concessum, & si consentiunt in Iudicem, etiam remittuntur M.C.V. idest si conueniri, & cognosci faciunt se à Iudice extra Ciuitatem Neapolis, Vrsill. ad Affl. in dec. 41. nu. 9.

Neapolitani non habent publicationem bonorũ nisi in crimine hæresis, & læsæ Maiestatis, non autem in alijs delictis, de Franch. in dec. 102. nu. 1. dec. 213 nu. 10. cum seq.

Neapolitani non possunt torqueri ex processu informatiuo, nisi datis eis defensionibus, de Franchis in dec 143. cap. Regn. incip. Si cum sceleratis Gram. in dec. 63. Affl. in dec. 391.

Neapolitani trahunt, & non trahuntur, Vrsill. ad Affl. in dec. 133. n. 8.

Neapolitani non habent publicationem eorum bonorum, nisi in duobus tantum casibus, idest in crimine hæresis, & læsæ maiestatis, & si Neapolitanus est inquisitus de vsuraria prauitate, vbi venit pęna publicationis omnium bonorũ extraordinariè punitur, tex. in l. nemo martyres C. de episc. & cler. de Franch. in dec. 213. nu. 37. Vrsill. in dec. 361. nu. 18. & Capitulum Neapolitanum est, v3. Che per nullo, & qualsiuoglia delitto commesso, & de cætero committendo per li Napolitani, si habbiano à publicare li beni loro tanto burgensatici, quanto feudali, eccetto in crimine læsę maiestatis in primo capite, & hæresis, & hoc per extensum in num. 24. Vrsill. vbi suprà nu. 43.

Neapolitani trahunt, & non trahuntur, sed Neapolitanus mutando domicilium puniri potest vbi residet, tam pro causis ciuilibus, quàm pro causis criminalibus, tàm Neapolitanus incola, quàm originarius, vt testatur Capic. in dec. 59. & sic de Franch. in dec. 416. Afflict. in dec. 382.

pragm.

pragm.2.de immunit.Neapolit.concessa, Ann. in singul.132.sic etiam ratione damni dati, Neapolitanum ibi puniri posse, vel ratione rei sitæ,de Franch.in dec.389.Capibl. de baron.par.2 cap.53.nu.17.& 25.Et Neapolitani negotiorum gestores,& laudati in authores, gaudēt priuilegio Neapolitanis cōcesso.

Necessitas facit excusabile, quod alias non esset,l.qui potuerunt ff.de manumiss.testam.l. 1.ff.de offic.consul.

Necessitas non subiacet regulis iuris,l.illicitus 6.veritas ff.de offic.præsid.cap.2. de obseru. ieiun.

Negantes propriam,siue alienam manum, in subscriptione facta in apocis banci,vel cambij,vel priuatis, soluant si conueniuntur, & probatur contrariū,quod negant x.pro centenario, in priuatis verò quinque, Regia pragm.4.de negant.mut.vide ante in verbo negantes mutuum.

Negans scripturam suę manus firmatam punitur in duplum,si creditor probat eam vidisse scribere,& pecuniam numerasse per testes, & si acceptat pecuniam, & nùmerationem, illamque soluisse, non releuatur, quia per hoc soluere debet,sed punitur solum in expensis in causa factis, & hoc post inficiationis numerationem,si declarat auth.qui propriam contra C.de non num.pecun.

Negantes manum propriam in apocis banci, vel cambii,& priuati,vel proprias apocas,soluant fisco pro pœna ducatos decem, in priuatis verò quinque per centum,Reg.pragm. de negant.mut.fol.mihi 362.

Negantes mutuum,depositum,vel commodatum, vel aliam promissionem, vltra debiti amissionem incurrit in pœnem tertiæ partis debiti,dummodo negantes hoc in iudicio, contrariū probauerint,constit. Regn. incip. Regiæ Maiestatis in tit.de mutuat.& recom. pec.& cap.Regn.incip.constitutionem contra de pœn:negant.mut. Thesaur.in decis.50. etiam negantes fideiussionem, vel quomodocunque, vide in verbo negātes propriam vel alienam manum.

Negotiare nō dicitur,qui vendit vinū, oleum, & similia ex rebus suis,Abb.in cons.6.nu.2. vers.ad secundum dubium.

Nemini permittitur locupletiorem fieri cum iactura aliena,l.nam hoc iure ff. de condit. indeb.& cap.1.22.q.2.

Nemo præsumitur ius suum remittere, l. si cū aurum ff.de solutio.

Nemo ex suo delicto,premiū consequi debet, l.itaque fullo, ff.de furt.

Nemo alienum factum promittendo, obligatur,l.stipulatio ista habere licere in princ. de verb.oblig.nisi iuramentum interueniat, vt ibi not.add.ad glos.in verbo vtimur.

Nemo sine actione experitur, l.quoties §.item si temporali ff.de administr. tutor. glos. in l. autores §.1.ff. de admin.tut.

Nemo debet alterius odio prægrauari, cap.nō decet de reg iur.in 6.l.factum eod.tit.

Nemo debet locupletari cum aliena iactura, l.nam hoc natura ff.de conditio. indeb cap. regn.prædecess. occupantibus res demanij.

Nemini licet ponere falcem in messem alienā, cap.venerabilem de electio.in 6.q.4. cap.1.

Nemo potest tacitè,nec expresè renunciare formæ inductæ à lege, l.nemo potest ff. de legat.1.

Nemo est dominus membrorum suorum,l.liber homo ff.ad l. aquil.

Nemo dat quod non habet, l.legatū C. de leg. quam non inueni,sed fuit allegata per Affl. in constit.Regn. incip. ea quæ ad decus nu. 21.tu autem vide cap.gratia p.q.p.in glos.

Nemo potest sua propria authorjtate carcerare,nec exequi, & se obligare ad carceres, si non soluerit,cap.Regn. incip.contra affrenatos, Arn.in commentar.10.singul.29.

Ne partes veniant ad arma, quando duo rem stabilem possedunt,iudex capit summariam informationem,& constito de meliori possessione,vel si vnus possidet, & alius contenditrem ipsam possidere,iudex inhibet eum mandato sub pœna, quod nemo accedat, vel talis possideat,& si est res immobilis, sequestretur,vel stabilis, quod nemo accedat ne partes veniant ad arma, Ricc.in collect, dec.1546.

Nimia familiaritas parit contēptum, l. obseruandum ff.de offic.præsid. cap. si iudæos de iudæis.

Nobiles in pęnis honorantur, & mitius puniūtur, quam plebei,& populares, Gramm. in vot.crim.63.num.18.in add.cap.fin. de pęn.

Nobilis nubens plebeio, potest plebeius constituere dotem vxori suæ,quam dōtem donare censetur, & præsumitur facta ànimo donandi in recompensam nobilitatis, Abb. in cap. gemma col.6. de sponsal. cap. fin de don.inter vir.& vxor.

Nobilis reputatur quis, qui negotia gerit in sua patria,& domo,& nobilitatē non amittit, & agricultura nobilitati non derogat, Guid.Pap.in decis.41.196.& 392.& Vlisses Rex Franchorum,suum coniugale lectum suis propriis manibus fabricauit, & nobiles pœna triremium non sunt puniendi,& quādo quis artem suam per se tantum exercet ad effugiendum otium, nobilitatem non amittit,nec vilia dicitur exercere, Ann. in cons.34.nu.9.

Nobilis non ex loco, sed ex qualitate secernitur,l.suus vrbanos ff.de leg.3.Isern. in constit.Regn.incip.Inuentionis nostræ.

Nobilis magis est, qui ex virtute sua propria nobilis est,quam ille,qui ex nobili genere descendit, Alex.in cons.310.vol.6.

Nobilitatis materia,latè tractatur per Ricc. in coll.dec.1177.vbi dicit,quod possessio facit gaudere.

Nobi-

Nobilitas probatur per famam publicam, & per leues probationes, & secundum morem Regionis, late Viu. in dec. 225.

Nobiles in delictis hæresis, assassinii, & in aliis exceptuatis amittunt priuilegium nobilitatis, vt in clerico assassino, cap. prò humani de homicid. in 6. Muscatell. in pract. crim. in tit. de blasphem. nu. 43.

Nobilis ad euitandum pugnium, vel alapam à plebeio potest illum impunè occidere, Petr. ad Gram. in dec. 98. nu. 1.

Nobilis potest cogere etiam inferiorem in Ecclesia ad sibi cedendũ locum, Pet. ad Gram. in dec 98. nu. 2.

Nobilitas quando allegatur, probari debet, & ẽxistens in quasi possessione nobilitatis, sic manuteneri debet, de Franch. in dec. 630. n. 3. lib. 1. ff. de probation.

Nobilis grauius, quã ignobilis punitur in pœnam pecuniariam. & mitius quam ignobilis punitur in pœnam corporalem, in qua seuerius punitur ignobilis, Clar. in pract. crim. §. fin. q. 60. vers. prodest.

Nobilitatem litigantes duo fratres, vnus plebeius declaratus, & alius nobilis, plebeius nõ præiudicat fratri nobili sic declarato, de Frãchis in dec. 523. num. 19.

Nobiles de iure communi non recipiuntur in fideiussores, vti inimici populorum, & superbi, & eorum clarus sanguis elationem parit, sed de iure regn. hodie maius, & libẽtius recipiuntur, quia plus habẽt in bonis, quam pauperes, Carau. super Rit. M.C.V. 100. n. 1. & 2. & adest casus ibi in terminis positus Illustris Ducis Alcala.

Nobilis non carceratur vt plebeius, sed per Palatium detinetur, Pet. ad Gramm. in dec. 32. num. 14. & dec. 14. & 23. vel per totam Ciuitatem.

Nobilitas non præsumitur, nisi probetur, & si de eadem familia sunt nobiles, & ignobiles, descriptus inter nobiles, de illis nobilibus censetur, & nobilitas probatur per inquisitos, in prima, vel in secunda instantia, Reg. pragm. 6. de condemn. & quomodo probatur nobilitas, Viu. in decis. 225. & sic etiam probatur ignobilitas per aduersarium, Petr. ad Gram. in dec. 32. nu. 16. vsque ad nu. 19.

Nobilis nobiliter viuens præterquam ex eo, quod propriis manib⁹ exerceat in agro suo, etiam si mercaturam exerceat, gaudet priuilegio nobilitatis, de Franch. in dec. 128. n. 4.

Nocturnum tempus aggrauat delictum, l. aut facta §. tempus ff. de pęn.

Nomen suum nemo ignorare præsumitur, l. fi. C. de hæred. instit.

Nomina sunt posita ad recognoscendam personam, l. ad recognoscendos C. de pign. manumiss.

Nòmina rebus imponuntur, vt res certa redatur, l. 1. C. vt nemo priuatus, & l. 1. C. vt nem. lic. sine iud. author.

Nomen debitoris datum in solutum, si perit, perit periculo accipientis, Vrsill. ad Affl. in dec. 172. n. 3. & dec. 335. n. 3. Gram. in dec. 54.

Nomen suum vtriusq; sibi mutare licet, dummodò hoc fiat sine fraude, Bossius in sua pr. crim. in tit. de mutat. nom. fol. mihi 375.

Nomen debitoris venit in obligatione, l. nomẽ C. quæ res pignor. obligar. poss. de Franch. in dec. 53. nu. 4. in fine.

Nomen debitoris datum æstimatum, licet sit inexigibile, recipienti præiudicat, si à principio scit, quod non est soluendus, de Franch. in dec. 108. nu. 1. & 2.

Nominationem faciens infra Regnum, eaque non vtens, in ducatis duodecim punitur si eam non fecit de mandato speciali principalis, pragm. 1. de procur. & si non renuntiet examini, etiam incurrit in pœnam prædictã eodem, vel die sequenti, pragm. 60. de offic. S.R.C. fol. mihi 540.

Nominatio testium facta post terminum datũ, per dies quinq; petitur, si fit infra Regnum, & non sunt nominatæ partes. & terræ, & terminus statutus sit dierum viginti, si extra Regnum non excludat tres menses, etiam in vltimis Regni partibus, & quod quando petitur extra Regnum, nominantur testes per nomen, & cognomen, & terræ vbi habitant & morent, sub pęna ducatorum duodecim petenti, & ea non vtenti, Reg. Pragmat. 7. de ord. iudic. pragm. 77. de offic. S.R.C. detta delli 28. capi nu. 9.

Nominatio testium quando fit extra Regnum, fit depositum ducatorũ quindecim, si pars pròbat, restituitur depositum, si verò non probat, depositum diuiditur inter partem, & Curiam, Rit. M.C.V. vbi in nu. 140. & 161.

Nominatus primus, videtur magis dilectus, l. quoties ff. de vsufr. leg. l. generaliter §. quid ergo ff. de fideicom. libert.

Nonupli pœnæ tenentur Officiales, & publici Administratores pecuniam publicam furãtes in magna quantitate, licet constit. Regni incip. Officiales, incurrũt in pęnam mortis, hodie recessit ab aula, & pæna nonupli tantum tenentur, Paschal. de vir. patr. pot. cap. 1. num. 69.

Non entis, nullæ fiunt partes, quia primo debet existere in rerũ natura id, de quo agitur, nec ante, iuris ratio, quam persona quærenda est dicit glos. in cap. ad dissoluendum in verbo accusati, extra de desponf. impub. vbi multas similes suadet regulas.

Notarius non potest completo contractu, & stipulato, eum per errorem corrigere, etiam quod ipsius copiam non dedisset, sed incontinenti potest corrigi, ante copiæ dationem, postea verò secus, Gram. in cõs. crim. 24. n. 7.

Notarius authoritate Iudicis ordinarii, instrumenta in nota redacta, tabellionis mortui, ẽt si essent consumpta propter vetustatem, vel aliam iustam causam, ad petitionem illorum ad

ad quos pertinet, in publicam formam redigere potest, cap. cum primus tabellio, & cap. si instrumenta, de fid. instrum.

Notarius valet stipulare contractus pro absente, vti præsente. Vrsill. in dec. Affl. 393. num. 6.

Notarius potest in suo protocollo declarare, & corrigere, vt sibi videtur, verum hoc procedit circa ceteras, & breuiaturas, & potest exprimere solitas renunciationes, si dicit renunciatum, sed secus circa substantiam negotij, in quo nihil adere potest, vel declarare, Hodiern. ad Surd. decis. 135. num. 5. Gratian. in discept. forens. par. 2. cap. 201. n. 27. & idem Hodierna in alia sua dec. 128.

Notarius omittens solenitates in instrumento, non excusatur, secus in testamento, & in rebus concernentibus suum proprium officium, omittens, de dolo tenetur, quia in his quilibet præsumitur diligens, Petr. ad Gram. in dec. 60. num. 9. & punitur notarius errans imperitia, vel negligentia, & tenetur ad interesse, omnis persona in suo officio, scire tenetur in omnibus casibus ciuilibus, vel criminalibus parti, & parti ad interesse tenetur, Petr. ad Gram. in dec. 50. n. 10.

Notarius protocollum celans, vel negās instrumentum, de quo ipse est rogatus, falsi pæna tenetur, Petr. ad Gram in dec. 60. n. 29.

Notarius apostolicus in Regno potest scribere instrumentum, de rebus Ecclesiæ, & in eo non requiritur subscriptio iudicis, & testiū, sed solum nomina tantum scribantur, vt est de iur. com. per Auth. de instr. cautel. & fin. §. sed si instrumenta, Cōstit. Regn. incip. Instrumentorum Robur. in princ. Vrsill. ad Affl. in dec. 245. n. 1.

Notarius potius errare videtur, quàm delinquere, dicendo in testamento infirmū mente, & sanū corpore, Petr. ad Gram. in dec. 73.

Notarius stipulans pro absente, tam in venditione, quàm donatione, debet sequi ratificatio per venditorem, vel donatorem, Vrsill. ad Affl. in dec. 36.

Notarius vassallus, non potest facere scripturas, & instrumentum Baronis, sed benè potest facere testamenta. Tor. in compend. dec. Regn. in par. 2. verbo instrumenta, fol. mihi 272. col. 2.

Notarius in dubio præsumitur probatæ opinionis, & quilibet præsumitur bonus, nisi probetur malus, Petr. ad Gram. in dec. 60. n. 6. sed in Notario diligenti, & sagaci, ac astuto nō præsumitur, nisi dolus, & falsitas, potius, quàm error, num. 7.

Notarius falsum instrumentum conficiens, punitur pæna mortis naturalis per Reg. Pragm. de fals. & Regn. Cōstit. eo magis punitur ille, qui se facit notarium, & publicè ab omnibus pro notario habetur, & reuera non est notarius. Domin. de Franch. in dec. 444.

Notarius apostolicus stipulans, seù conficiens instrumentum, seù testamentum coram iudice ad contractus, & testibus facit plenam fidem in profanis, alias secus, si dictus iudex non interuenit, & hoc de conuentione facta inter Sedem Apostolicam. & Regem Carolum II. Const. Regn. incip. Instrumentorum Robur, num. 2.

Notarius Apostolicus in Regno de rebus ecclesiasticis valet instrumentum conficere, & non requiritur in eo subscriptio Iudicis ad contractus, & testium, sed tantum, quod eorum nomina describantur à dicto notario, Vrsill. ad Affl. in dec. 245. n. 1.

Notarij Apostolici vllum actū conficere possunt, nec testamentum sub pæna, &c. & nullitatis contractus, Pragm. 2. de contract. fol. mihi 169.

Notarius rogatus instrumenta conficere debet sub pæna, ac interesse puniri, & iudicis officio, quia debet partem sui officij omnibus adimplere, etiam si ipsi prohibetur non conficere, prohibitionem seruare non tenetur Cōstit Regn. incip. Baiulos, & omnes, sed de iure Romano non statuitur certa pæna.

Notarius recipit pretium, seu salarium instrumenti, vel scripturæ à petente, idest à creditore, & vnusquisque recipit salarium in cōstitutione contentum, idest iudex ad contractus, & notarius, Cōstit. Regn. incip. Baiulos, & omnes, in verbo iudex col. 4.

Notarius potest reassumere instrumentum cōfectum ab alio notario impedito, & hoc faciat de mandato iudicis, & notarius impeditus se subscribat, & dicat, quod per ipsius impedimentū est factum, Vrsill. in dec. Affl. 6.

Notarij recipient mercedem pro rebus minimis, scriptionibus, & subscriptionibus, vsque ad decē vncias tarenum, pro maioribus quātitatibus, vsque ad decem vncias, tarenum vnum cum dimidio, vt pro reassumptionibus vsque ad vncias 25. carolenos quinque, ab vntijs 25. vsque ad 50. tarenos quinque, & sic singulis summis maioribus sequentibus alterando, & quantumuis maioribus, dumodo carlenos triginta non excedat pro qualibet maiori summa, Pragm. 3. & 4. de notar.

Notarij debent sigillare facere eorum protocolla per quamlibet cartam cum sigillo vniuersitatis, & in principio ponatur eorum signum, cum Millesimo, & faciant firmare cōtractum per notarium, & iudicem, & dicant esse reassumptum, si est, & fidem auth. priuilegij eorum in curiis detineant, & cassaturas, & interlineaturas non faciant, nec vitiaturas sub pæna falsi Pragm. 2. & 4. de notar. sed hodie non video obseruantiam de consuetudine generali supradictæ Pragm.

Notarii non possunt postulare, nec medici l. vniuersos, vbi glos. Cod. de decurion. lib. 12. Carau. super Rit. M. C. V. 267. n. 13.

Notarius non tenetur cognoscere contrahentes, de Franch. in dec. 262.

Nota-

Notarij Apostolici non faciunt instrumenta circa temporalia, Carau. super Rit. M.C.V. 166.n.8.

Notarius vassallus per cap. Regn. incip. Ladislaus, non potest conficere instrumentum, vel publicas scripturas in publicam formam redactas contra, nec in fauorē Baronis, sed benè potest notarius vassallus stipulare obligationes penes acta Curiæ tantum, quæ in dictis scripturis non comprehenduntur, Rit. M.C.V. 128. vbi Carau. de Franchis in dec. 128.l.si verò §.de Vit. ff. sol.matr.

Notarium licèt releuet ab onere probandi, nō tamen releuet ab onere proponendi, glos. in Clem. appellanti inuerbo alias causas de appell.

Notorijs delictis non requiritur iuris ordo in modo procedendi, sed proceditur iuris ordine prætermisso cap. quelothar.2.q.1. Muscatell. in pract.crim.de homicid.simp.n.4.

Notorio delicto quomodo proceditur, & modus procedendi, & potest fieri notorium subdito per iudicem, etiam si iudex non sedat Curia sedente pro tribunali, dumodo iudex stet in actu exercendi iustitiam, & à notorio non datur appellatio, nec iudex potest allegari suspectus. Petr.ad Gram.in dec.105. nu. 10. Foll. in pract.crim.vers.item, quod est notorium num.27.

Nouam conuentionem allegans, & non probans in ducatis duodecim punitur pragm. 47.§.2.de offic.mag.iur. & comparitiones allegantes prædictas, debent esse claras, quod declaratione non indigeant, & sic satisfactionem allegantes, aliàs non recipiantur sub pœna ducatorum quinquaginta.

Noua quando non sunt diuersa, sed dependentia à primis, iudex potest supplere, & pronūciare virtute clausulæ ius, & iustitiā sibi ministrari, & suum potest officium impartiri, etiam non petitum, Capic.in dec.10.num.25. reg.pragm.dispendia litium, & cap.Regn.incip.detestantes, iudicium substinetur, quando noua actio, seù causa sit deducta ad magis declarandum ordinem, tantò magis possunt se defendere ad eorum libitum, eorumque exceptiones exponere, Muscatell. in pract. ciuil. S.C.par.1.glos. petitur per totū, & in specie num.1.& sequ.cum noua add.

Nouus successor singularis non tenetur stare colono, vel facto prędecessoris quando successor nō habet plenum ius iure, de Franch. in dec.216.

Nouatio hodie non fit, nisi expresse dicatur, de Franch. in dec.155.num.9. & decisione 323. num.3.

Nouus successor non tenetur stare colono infrascriptis casibus, vt in pacto de retrouendēdo, in tributis, in primitijs, & oblationibus in anniuersarijs, in alimentis Petr. ad Gram. in dec.46.n.8.

Noui nihil facit, qui iam factum declarat l. hæredes palam §.sed si qui.§. de testam.

Nouus successor non tenetur stare colono, quando res fuit translata voluntariè, secus quando fuit necessariè, de Franch. in dec. 488.num.28.

Nouus successor non tenetur stare colono, si successor est vniuersalis, secus si successor est particularis, Guid. Pap. in dec.480. & si successor est vniuersalis, tenetur stare colono & locationi factæ, quia personam defuncti repræsentat, & in hærede transeunt omnes actiones personales, sed si successor est particularis, non tenetur stare locationi factæ, nisi sint ipsi in specie locata omnia bona domini locantis, pro manutentione rei sibi locatæ, & in specie illam rem sibi locatam, & sic hoc casu tenetur emptor stare locationi, & sic conductor habet ius retentionis, donec finito termino locationis, vel donec sit sibi satisfactum de suo interesse. & in sex casibus tenetur singularis successor etiam stare colono, & locationi sibi factę, vt ponit Guid. Pap. in dec. prædicta 480.n.5.

Noua omnia placent, glos. in prohem. ff. in §.21 autem anno, vers. noua, & in auth. de cens. §. quantumcumq. in fine.

Nouum non dicitur facere, qui quod factum est declarat, l. hæredes palam §. siquid ff. de test. cap. nouit, & ibi glos. & Abb. extr. de appellat.

Noui operis nunciatio non datur pupillo executio illius. l. de pupillo eod. tit. & nuncians non potest prosequi in opere, sed cessare per tres menses, casus est in cap. significātibus, vbi glos. in vers. incontinenti, extr. de nou. oper. nunc. Plot. in l. si quando n.318. & 119. & nūciatus debet præstare fideiussionē nūcianti, quā nuncians recusare non potest, dicendo hodie constat, hodie agatur, & ante per me in add. ad l.1.ff. de nou. oper. nunciat.

Nouitij, & nouitiæ cuiuscunq. Regulæ, & Religionis, tàm virorum, quàm mulierum, professio non fiat ante 16. annum expletum, & stet in nouitiatu per annum vnum cōtinuū, & fiat renunciatio per duos menses ante professionem, de licentia Episcopi, vel ipsius Vicarij, & sit nulla, si professio non sequitur, Sac.Concil.Trid.in dec.25.cap.16.& 16.

Nubere mulieri certo generi personarum, si est prohibitum nubere non potest, & potest hoc modo ei interdici, & prohiberi, quando commodè nubere alibi non potest, vt notatur in Constit. Regn. incip. Cum dotarium, idest nubere cum exteris mulieres de Regno non possint, Vrsill. ad Affl. in dec.350.

Nudus minister nullum commodum sentire debet l. tutius §. antepeto ff. de leg.2.

Nullitates ex decreto interlocutorio infra sex dies proponantur, & contra sententiā, & cōtrà decretū diffinitiuū non dicitur de nullitate, nisi contra expressum casum legis ciuilis,

uilis, municipalis, vel publicas scripturas & firmatis nullitatibus ab Aduocato causæ, alias non recipiuntur, nec admittuntur, & post sententiam nō dicitur de nullitate actorum, & processus, Reg. Pragm. Com. Lem. detta delli 28. capi, de offic. S.R.C.

Nullitate dicens, debet exprimere omnes nullitates specificè, & prius quā dicatur de nullitate fiat depositum vnc. 15. si vltra ducatos mille dicitur, si infra mille, 12. ducatorum fit depositum, pragm. 77. nu. 16. de offic. S.R.C. & pragm. 5. eod. tit.

Nullitate non dicitur à duobus decretis conformibus, quia à primo dicere potuit, & non dixit dum appellauit, pragm. 77. nu. 19. de offic. S.R.C.

Nullitate non dicitur nisi per 10. annos, post lapsum decennij non dicitur, vt erat ante dictam Reg. Pragm. 30. annorum, & pro causis ante pragm. expeditis, currat decēnium, vsque ad tempus 30. annorū, prag. 77. nu. 21. de offic. S.R.C.

Nullitates propositæ contra sententiam, & decretum diffinitiuum, per Aduocatum non possunt opponi, nisi contra expressū casum legis, com. Municipalis, & Regni, & firmari debent per Aduocatos; non per procuratores, qui Aduocati incurrāt in pœnam impositam in Reg. pragm. 78. cap. 24. de offic. S.R.C. fol. mihi 551. si nō militauerint.

Nullitates ex defectu iurisdictionis, & alias in casu a iure permisso, impediunt sententiæ executionem, & forjudicationis, Glo. in Clem. p. de sequestr. poss. & fruct. Gigas in tract. de pension. q. vlt. nu. 20. dom. de Franch. in dec. 139. n. 4. & 5.

Nullitates pro pupillo, & re ecclesiastica, vnusquisque potest comparere, eas proponere, & sic de iure tertij dicere, & allegare, quando quis habet causam ab illo tertio, Vrsill. in dec. 107. nu. 11. & 12.

Nullitate non dicitur in causa minima duorum augustalium, quæ sine scriptis terminatur, & oretenus, Carau. super Rit. M.C. V. 115. prag. 1. incip. dispendia litium, & rit. 288. rub. de supplic. defect.

Nullitate contractus quis dicens, non potest aliter vti pacto executiuo, nullitate pendente, Vrsill. ad Affl. in dec. 131. n. 1.

Nullitate pendente, etiam in causa assistentiæ, non potest fieri executio sententiæ, & si fit, reuocatur per viam attentatorum, Vrsil. in dec. 131. affl.

Nullitatis exceptio, impedit executionem, Vrsill. ad Affl. in decis. 231. nu. 2. Alex. in cons. 70. visis, 3. vol. Guid. Pap. in dec. 50. quia hæc.

Nullitatibus neque princeps reparare potest, quando sunt acquisita iura tertio, Pet. in dec. 28. num. 16.

Nullitates impediunt executionem sententiæ, vt semper sic seruant aduocati Florentini, qui dicunt de nullitate sententiæ actorum, & processus, & præsentant prouisiones iudicis ad quem, quod pendente causa nullitatum, non procedat ad executionem sententię, & processus factus cum minore 18. annorum, non valet, quia est nullus, nisi cum tutore, & curatore, & ipso pupillo, Vrsill. ad Affl. in dec. 284. n. 11.

Nullitates contractus gesti cum Ecclesia, minore, & pupillo, non posse ab alijs, nisi ab ipsismet allegari, & nonnulla de clausula decreti irritantis, Merlin. in cap. 21. controuers. forens.

Nullitates contractus positæ per petentem, debet fieri restitutio pretij, & interesse, facta compensatione meliorationum, cum fructibus, Petr. Gram. in dec. 79. n. 2.

Nullitates debent firmari per Aduocatum causæ, in specie legem allegantem super qua fuit lata sententia diffinitiua, nulla seruata forma Reg. pragm. Eminentiss. Cardinalis Borgia, itaque contrariæ sunt opiniones, quod Reg. Pragm. prædicta non seruatur in Curijs Regni, sed tantum habet locum in Tribunalibus Collegiatis, sed cautela est, quod seruetur in omnibus Regni Curijs, & Tribunalibus.

Nullitas insurgens ex inhabilitate actoris, hoc vitium est maior omnibus alijs. Glo. in l. his personis circa finem, l. 1. § 1. ff. qui satisd. cog. Dec. in cons. 275. in causa quō. Lucæ col. 3. vers. sed prædictis, quia ante omnia de persona, vt sit habilis ad actum cōficiēdū constare debet, l. non ignorat, C. qui accus. non poss. l. si quærimus, ff. de test. qui non ante iuris ratio, quam persona quærenda est, etiam si essemus in iudicio summario semper de persona liquere debet, quæ habilitas requiritur tempore actus, & non sufficit, quod post superueniat, l. si filius, & l. eius, qui in prouincia, ff. de test. Dec. in cons. 661. in casu col. fin, volum. 2.

Nullitate proposita non potest oriri sententia absque partis citatione, & citatione procuratoris, qui est dominus litis, & qđ fiat citatio ad audiendam sententiam, non prouisionem Curiæ, vide ante per me in verbo sententia.

Nullus amor vincit paternum amorem, l. fi. C. de Curat. furios.

Numerus legum positorum in omnibus tribus libris, seu terris Digestorum sunt num. 8135. v3. In ff. veteri 2918. In ff. Infortiato 2234. In ff. nouo 2983. & Iustinianus legum conditor, & Imperator fuit sanctus, & positus in Catalogo Sāctorum, ita refert Vocabul. Iur. Ciuil fo. mihi 409 a t. refert Bart. in rub. Cod. & prohem. ff. veter. super 1. Rubr. & Rub. ff. vet. sunt

352.ff.infortiatum habet Rub. 101.ff.nouum habet Rubr. 172. Cod.habet Rubr. 331. leges verò 3608. illi verò tres libri Cod. de quibus in vol. habet 227. Rubr. leges vero 954.sumant Rubr. Digestorum 434.ll. Digestorum 8135.Rubr. instit. 99. non computato prohemio, Rub. feudi 72.§.cētū quæ habentur 132.summa legū ff.8155. legum vero omniū 12. libr. Cod. 4162.summa omnium ff. & Cod. volum. ponendo quemlibet titulum Instit. & auth.pro vna, lege 13.mille,e 27. & istud est mare per quod nauigas.

Numerus pluralis in duobus verificatur, l. inter illam, ff.de manum. test. l.in tempus §.quoties, ff.de hæred.instit.

Numerus quinque liberorum excusat à muneribus personalibus, vbi non est adiunctus honor, & nepotes plures ex vno filio, vnam tantum personam representant.

Numerus quinque liberorum, quando est onerosum excusat à seruitio personali, & sic ab officio electatus, vt ait l.1. §. personalia, ff.de mun.& honor.l.fin.vers.defensores quoque eod.tit.l.1.§. cura frumenti, l.2.§. numerus ff. de vcaat. mun. & l. in honoribus in princ.eod.tit.secus si honor cum onere sit annexus, dom. de Franch. in dec.65.

Numerus duodecim liberorum, & si omnes filij non extant, & aliqui illorum sunt mortui, filij ex eis representant patris personam, & si sunt tres nepotes, vnam tantū personam representant, idest patris, & non plures, & pro vno computantur, & à Collectis, & publicis muneribus realibus excusantur, & appellatione liberorum nepotes etiam cōputātur, dom.de Frāch. in dec.259.per totum.

Numeratio facit dotem, & non cautio, in casu executionis criminū, l.si quis post hac C.de bon.præscript.

Nuncians nouum opus, debet de calumnia iurare parte præsente coram prætore, Franc. Marc. in decis.106. Grammat. in cons.73.

Nuntio non creditur de mandato citandi, Barto.in l.1.§.quia carnis n.2. ff de offic. præfect.vrb.Ricc.in dec.1.n.5.

Nuntio creditur in concernentibus eius officium, tanquam approbato. glos. in cap. cum parati de appell. Petr.ad Gramm. in dec.60.n, 21.

Nuntius portans literas homicidij, qualiter puniatur, vide Marsil.in singul.suo 181.

Nuntio sinè scriptura, & testibus non creditur, notatur in argumentum in l. si quis asserit, C.de mandat.princ. tu verò vide Tiraquell in tract.de retract §. 8.glo.9.vbi multas quæstiones de nuntio videbis, & not etiam, quod delegato non creditur, nisi literas delegationis ostenderit, nequā sufficit simplex copia, vide Socc. in tract. de citatio.art.20.n.11.

Nundinarum tempore, potest agi etiam die feriato, dum tractatur de re, quæ est tempore peritura, vt de debitore fugitiuo; in signo latrone, Thessau.in decis. 39. Guid. Pap.in dec.215.Petr.ad Gram. in dec.58. n.23.vsque ad n.25.

Nuptiæ benedicuntur, quando vir benedictus ducit virginem, omnes benedicūtur, si vero viduam ducit, non benedicuntur, etiam si vir non fuit aliàs benedictus, Mōtemar.in pr.Cur. Archiepisc. Neap. fol. mihi 397.cap.72.Diu.Thom.in 4.dist.42. q.3. in fin.

O.

OBlati Ecclesiarum, & Monasteriorum non gaudent beneficio clericali, si nō portant habitum religiosorum, Cap. Regni incip.priuilegia, & ibi Campagn. & si retinent eorum bona partim, vel vsumfructum ipsorū, & viuunt extra Monasteriū cum eorum vxoribus, soluunt Collectas & cæteras impositiones, vt soluunt cæteri Ciues, d.cap.priuilegia, & Petr.ad Gram. in dec.10.n.9.sed si religiosè viuant, nihil de eorum bonis percipiendo, sed monasterium, etiam, quod habeant vxorem in propria domo dūmodo portet habitum, gaudet, alias cognoscatur tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & per decretū Sacræ Cōgregationis, debent offerre omnia eorum bona Monasterio, nil reseruatum, cum requisitis in decis.prædicta.

Oblati, qui non faciunt professionem, sed offerunt se Monasterio, & ibi habitant, nō expensis Monasterii, & faciūt Hortos per passar il tempo, vel coquinam, ita Pau.de Castr in l.1.C.vbi quis de Curial.

Obligatio, seu pactum personale, quod continent impedimentum, seu priuationem libertatis, fieri non potest, cum nemo sit dominus sui ipsius, sicut nec membrorū vitæ, Bal.in l.executorem, n.29.C.de execut.rei iudic. Barto.in quæst. Lucanæ Ciuitatis.

Obligatio facilius est, quam donare, Bar.in l.fi.C.quam res pignor.oblig. poss.

Obligatione generali omnium bonorum, præsentium, & futurorum, non veniunt ea ad quæ verisimiliter quis non esset obligaturus in specie, l.obligatione generali ff.de pignor.l.Bar.in l.fi. C.quæ res pigno. oblig.poss.& Ias.in l. stipulatio hoc modo ff.de verb. oblig. vbi videas de nonnullis pulchris quæst.loqui.

Obligatione, & in donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, non continentur nomina debitorum, & sic nō veniunt iura, & actiones donantis, tex.est in l.à diuo pio.§.in vēditione ff de re iud. tex.in l.fi.vbi Bald.C.de quadr.præscrip. not.Ias.vbi supra. Obli-

Obligatio personalis non sequitur fundum l.ea lege C.de contradiction,ob caus. l.vt pomum.ff.de seruit.

Obligatio Ciuiũ pro debitis vniuersalibus, non possunt Ciues prædicti carcerari, secus si sunt obligati per instrumentũ proprio nomine, tunc potest contra eos exequi realiter,& personaliter, præcedente iuris ordine,sed in Regno per Reg. prag. 2.de admin.vniu.& Ciues non possunt obligari pro debitis vniuerselibus, & cautelas conficere, nisi præcedente Regio assensu super cautelis ab Vniuersitate conficiendis,& publico parlamento, Capibl. de baron.par.2.cap.67.n.17.

Obligatio mulierum,& rerum dotalium non valet,nisi Regio assensu vallata, & firmato ab vno ex Regentibus Coollateralis,quia non requiritur firma totius Collateralis, dum non reuocatur pragmatica, sed dispensatur Velleiano cum legitima causa, & sic alienatio facta valet, dummodo supplicatio non sit erronea, vel nõ adsit lexio mulieris,Hodierna ad Surd.dec.86.n.25. cum seq.de Pont.in suo tract. de pot.proreg.Rub.de diuers.prouis.sub tit. de decr. Coll.Consil.n.11.cum seqq.

Obligationes,quæ fiunt per Vniuersitates,cũ obligatione particularium,iux.pragm.12. de adm.vniu.pro pecunia ad interesse capienda pro suis necessitatibus, non possunt fieri absque Regio assensu, & capta prius informatione necessitatis prædictæ, & dat normam, & modum dictæ obligationis,& instrumenti, de Pont.in tract. de pot. proreg. de alien. bon. Vniu. fol.mihi 480.& in add.ad ipsum Thorum fol.mihi 174. col.p.tit.eod.Capibl.de auct.baron. vol.2.nu. 15. & seq. & per totum cap.67. par.1.primæ partis,super pragm.1.n.178. cum seq.& n. 169 & non sumant pecuniã ad maiorem summam,& rationem,quam ad 7. pro centenario Reg. pragm. 5. de cens.

Obligationem quis faciens alicui,dicendo se esse debitorem in ducatis centum ex causa mutui,pro eorum satisfactione promittit tali die consignare certam ordei quantitatem,vel frumenti, prout communiter tali tempore valebit, nulla expressa certa quantitate,si debitor consignauit frumẽtum,vel ordeum prædictum,creditor non potest liquidare instrumẽtum contra debitorem, nisi per pecuniam tantum,non obstante,quod solutio sit promissa in frumento,vel ordeo,l.si quis stipulatus fuerit in mille ff.de solutio. ratio est,quia illi centum sunt in obligatione, & frumentum in promissione,seu solutione, verum debitor citatus pro pecunia, habet facultatem consignandi frumentum ante litis contestationem, verum si petierit frumentum, non potest agere via executiua,iuxta formam Rit.nisi prius doceat per publicum instrumentum,vel aliam authenticã scripturam,quanti communiter valebat frumentum in loco,& tempore conuento:nã instrumenta,vt possint præsentari iuxta formam Rit.oportet,quod sint liquida, tam respectu quantitatis prædictæ,quam mille,quæ debet esse certa numero, pondere,& mensura, tam rei qualitas secundum consuetudinem contrahentium, & conuentionem partium, ne sint pattionata, Franc.Ant.de Iud.Robert.in tract. de liquid. instrum. fol. mihi & si in instrumento adest alternatiua, vt, vel pecuniam,vel ordeum consignare,tunc petitio sit etiam alternatiua, loco præcitato authoris.

Obligatione generali omnium bonorum, veniunt etiã bona futura, dom.de Frãch. in dec.540.n.24.

Obligationes excedentes summam ducatorum quinquaginta, non recipiuntur nisi adhibitis duobus testibus, cognitum, & notum habentibus obligatum, cum subscriptione ipsius, vel actuarij eius loco, si est iuris ignarus,Petr.ad Gram. in decis. 60.n.19.Reg.pragm.16.de actuar.

Obligatio quando incusatur, quomodo seruatur,& ibi non requiritur libellus,sed solũ accusatio,Affl.in dec.3. dom. de Frãch in dec.656.

Obligationes in qua Curia debent liquidari in ciuili,an in Cur.criminali, quando duo sunt Curiæ; & iurisdictio est diuisa,ciuilis.& criminalis, vid.ante per me in verbo pœnæ obligationum.

Obligatio in forma Cameræ, habet executionem paratã, vt habent omnes aliæ obligationes temporales, & quis non potest se obligari absque licentia Episcopi,& sui ordinarii iudicis competentis, & si est absens cum licentia Episcopi conuiciniotis sed non potest Episcopus excommunicare obligatum sic non soluentem, quia hãc authoritatem excõmunicandi habet tantum Auditor Cameræ Apostolicæ in suis priuilegiis,& non altet, Montem.in sua pract.Cur.Archiep. Neap. in tit. de oblig. in form. Camer.

Obligatio generalis defuncti, qui cum duobus suis filijs se obligauit in formã, seipsum,suosque hæredes,& successores ac bona omnia,vnus filius erat absens,& non se obligauit mortuo patre, vna cum duobus fratrib. obligatis, hæreditatẽ accepit, nõ intelligitur obligatus,nisi in specie fiat mentio suorum bonorum, & si in specie ipsius bona sint obligata, non obligatur, dom.de Franch.in dec.321.& dec.53.

Obligati plures in solidum, & iudex virtute illius obligationis fert sententiam condemna-

demnatoriam, & si sententia dicit pro rata, quis teneatur non ad totum debitum, etiam si in sententia dicitur, quod creditor sit vnica solutione contentus, semper quis pro rata tenetur, & non habet beneficium solutionis debiti, dummodo in instrumento non sit renunciatum, Vrsill. ad Affl. in dec. 215.

Obligationes, & instrumentorum liquidationes impediuntur, quando cessit, & venit dies solutionis, & expediuntur prouisiones, quod præstita cautione vntiarum centum de soluendo debitum, & pœnam supersedetur in accusando pragm. 47. de offic. magistr. iustit.

Obligatio penes acta, quando est facta in alia Curia, quam in ea, vbi creditor ad liquidationem comparuit, puta in Curia primarum, vel secundarum causarum, & vult liquidare in prima, vel secunda instãtia, seu Curia, debet fieri debitori citatio, ad dicendum, Vrsill. ad Afflict. in decis. 3. num. 7.

Obligationes, & fideiussiones, capiuntur per actuarios, & à ducatis quinquaginta infra, non requiritur numerus duorum testium, nisi vltra numerum, & quod dicti testes dicãt in eorum subscriptione, quod obligatum cognoscunt, & si obligatus nescit scribere, pro eius parte se subscribat actuarius, pragm. 17. de act. & scrib. & eor. salar.

Obligatio penes acta per actuarium scribi debet, & de mandato iudicis per constit. Regn. incip. Magistri Iustitiarij, & quando est facta in vna Curia, & in alia prætenditur accusari, necesse est, quod fiat citatio ad dicendum, Vrsill. ad Affl. in dec. 3. n. 7. & dec. 294. & 287.

Obligatio elapso decennio, perdit suum vigorem, Carau. in Rit. M. C. V. 128. n. 3. & requiritur citatio ad dicendum, quando in vna Curia est stipulata, & in alia Curia incusatur, dom. de Franch. in dec. 118.

Obligatus aliquid facere, id suis sumptibus facere tenetur, l. suo victu. ff. de oper. libert.

Obsequia debent præstari baronibus, & suis officialibus per subditos, etiam exemptos, & si non præstantur, si per negligentiam, pęna est leuis carcerationis, si per malam locutionem, vel per spernimentum, pęna est grauis. l. p. C. de domest. & protect. Valasc. in consult. 100. & etiam incurrunt exempti, & sortiuntur forum baronis, dum ipsum offendunt, l. nullum C. de test. dom. de Franch. in dec. 717. 679. & sic filius tenetur obsequiare patrem suum, & quæ sunt ista obsequia, & in quo consistũt in disponendo, assurgendo, salutando sollemnibus diebus visitando, & alij, quos enumerat Cassan. in catalo. glor. mund. par. 1. consider. 12. & seq. alias quis præsumitur paruipendere, & superiorem dispicere, & filius quamuis dignus, tenetur patrem suum indignum, & vilem honorare, & obsequia conuenientia præstare, Capib. de baron par. 2. cap. 56. nu. 13. & 14. cum seq.

Occasio ad malum, semper est remouenda, l. vnic. §. sed ne C. de latin. libert. toll. & ibi glos.

Occidens pater filiam suam, vel maritus suã vxorem in adulterio deprehensam, in foro conscientiæ an teneatur, Felin. in cap. quæ in ecclesiarum de constit. col. 3. & 4. Boss. in tit. de coit. damn. & punib. n. 54.

Occidens seipsum, pęna mortis punitur, tex. in l. si quis aliquid ff. de pęn. & punitur attentatus, ac si esset consumatus, si per aliũ est impeditus id facere, sed hoc procedit, quando conscientia proprii sceleris, manus sibi infert, & qui tedio vitæ, doloris impatientia, furore, morbo, pudore moti, manus in se inferunt, non puniuntur pęna corporali, nec confiscationis bonorum, nec eorum testamenta irritantur, sed de consuetudine, occidens seipsum, furcis suspenditur, ex quacunque occasione, & bona eius confiscantur, & testamenta condere non potest, sed si mortuus in domo reperitur, ab ea extrahatur, funibus cadauer ligatum, non per hostium, sed per foramen domus. Clar. in sua pr. Crim. vers. seipsum, fol. mihi 184. col. 3. q. 68. Gram. in dec. 44. vide eundem Clar. in q. 41. vers. homicidii, Menoch. de arbitr. iudic. cent. 3. lib. 2. casu 284. & 285. vide ante per me in verbo tollicum, Catonus seipsum occidit, magnitudine animi, ne Cæsari subiiceretur, & de Lucretia legitur, quod ipsa sibi mortem intulit, ne stupro consensisse videretur; & varus modis reportatis per Dec. in cons. 438. & per Alberic. in rub. de bon. eor. qui mort. sibi consciu. vide Thessaur. in dec. 144.

Occidens foriudicatum, & prætẽdens indultum, vtrum possit per procuratorem petere, an teneatur personaliter comparere, dom. de Franch in dec. 314. Vrsill. in dec. 289. nu. 28. Carau. super Rit. M. C. V. 269. nu. 5. & si fuerit captus cum Guidatico ponitur in sua pristina libertate, Vrsill. in dec. 4. & 180.

Occidere quis volens Titium, si Caium occidit, qua pęna punitur, vid. Petr. ad Gram. in dec. 25. n. 13.

Occidens hominem animal, quomodo ei datur punitio, l. qua vulgo. ff. de edilit. edict. l. ex hac l. ff. si quadrup. pauper. fecisſ. dic. Petr. ad Gram. in dec. 25. n. 3.

Occidens seipsum ira, vel disperatione, non autem casu, vel fatuitate carere debet ecclesiastica sepultura, Petr. ad Gram. in decis. 44.

cis.44.n.6.& 7.& proceditur ad bonorum confiscationē,& furcis suspenditur, Clar. iu q. 51. Boss. in sua pract. crim. in tit.de execut.sent. n.18. Gigas in tract. de crim. læs.maiest.q.33.Menoch.de arbitr. iudic. casu 284.& suspitio est in arbitrio iudicis.Boer.in dec.216.n.4.

Occisus videtur, qui localiter vulneratus moritur,nisi de contrario appareat,quod non præsumitur ex vulneribus decessisse,si post triduum surrexit, & ambulauit, Boer.in dec.323.n.4.& 8.

Odium Italorum, & Hispanorum est magnum,ac semper fuit simpatia inter eos, ex causa relata per Gram. in cons. crim. 29.num.40.

Odium ampliatur quandoque,quod est mirabile, vt est casus in l. 2. §. exercitum, vbi sic exclamat glos. ff. de his, qui not. infam.

Odio alieno, alius prægrauari iniquum est. l.si quis in suo, §.leges, C. de inoff.test,

Offendens officialem odio particulari, non punitur pœna offendentis officialem, nec dicta pœna punitur offendens commissarium Regium, ante scientiam, vel exercitium suæ commissionis, vel eius Commissionis præsentationem, non punitur pœna prædicta,dum non fuit intuitu sui officii offensus,sed odio particulari, dominus de Franch.in dec.316.n.3.Capic. in dec. 130. num.7.

Offerendi ius ad hæredes non transit. l. a testatore,vbi etiam glos. fi. ff. de conditio. & demonstr.

Officialis sindicatur, & punitur de delictis suæ familiæ,ac suorum famulorū, Gram. in dec.3.

Officialis cognoscēs carceratam,etiam meretricem grauiter punitur, & sic cognoscens cōmatrem,Boss in tit.de coit.damn. & punib.n.40.

Officialis capiens aliquem malefactorem, vel bannitum,nō præmiatur, quia tenetur eum capere,& hoc facere ratione sui officii,Paris de Puteo in tract. sindic.official. in verbo officialis, ver. potens, vel rectores, Bald.in l.qui sine.ff.de neg.gest. Bar.in l.si quis.§.vtrum. ff.ad Syll. Niger in cap. Regn.incip.frequens n.105.& seq.

Officialis tenetur exhibere familiam suam, si publicum officium exercet, si vero priuatum tenetur de delicto ipsius familiæ, nec tenetur familiam exhibere, Gram.in vot.29.num.10. Bart.in l.1.§.familiæ.ff.de public.

Officialis, qui permanet in sindicatu, propter minas sindicatorum ad superiores recurrens,non dicitur aufugere, Gram.in vot.vltim. num.12.Paris de Put. in tract. sindic.in verbo fuga officialis,& verb.an Iudex.

Officialis Baronis tantum, qui ciuilem habet iurisdictionem in publicis parlamentis per Vniuersitatem conficiendis debet interuenire, & non officialis criminalis,qui si vult tantum assistere, potest ad sui libitum, & non denegatur ei assistentia,ex quo ille, qui ciuilem iurisdictionē habet, est verus baro, Tor.in vol. 1.compend.dec. Regn.in verbo officialis Ann.in singul.368. Capic.dec.27.nu.22. dom.de Franch.in dec.388.Capibl.de baron.par.prima super pragm,10.n.98. fol. mihi 349.

Officialis conuocat consilium, Bart.& alij in l. nulli. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Lucas de Penn.in l.2.Cod. de decurion. lib.10.

Officium suum cuiquam esse damnosum iniquum est. l. si quis ex signatoribus.ff. quemadm.testam.aper.

Officialis emens per se, vel per interpositā personam equos,vel mulos in officio,nisi sit perpetuus,in sindicatu tenetur, de negotiis prædictis. l. aufertur. §. 1. de iure fisci.

Officialis per vnam negotiationem non dicitur mercator. l.venditor circa mediū ff.de actio.emptio. & officialis in officio potest pignus recipere, DD.in l.quorum finibus de pignor.

Officialis donationes recipere non potest, nisi de gestis ante officium, & causa remunerationis.l.1.de contract.iudic.

Officialis habitare non potest in domibus priuatorum, nisi causa remunerationis de præterito.l.fi.C.de offic.rect.prouinc. vide Gl in l.obseruare. ff. de officio proconsul.

Officialis non tenetur obseruare consuetudines malas in terra sua, glos.in l. omnes iudices,de dignit.lib.12.auth.vt nulli iudices §.1.vbi glos.

Officialis accusatus de delicto commisso in officio, debet ei administratio interdici, & interim alium in eius locum subrogare.l cum quidem,& l.de certo, de suspit. tut.&.§.si qui autem.instit.eod.tit.Gram. in cons.10.nu. 2.& sic hoc locum habet in tutore notorio.

Officialem offendens post depositum suum officium,& præstitum sindicatum,sed intuitu præcedentis officij, graui pœna punitur, & ab indultu exceptuatum,dom. de Frāch.in dec.403.& de offendente Ministrum iustitiæ,non intuitu sui officij, vide dom.de Franch.in decis.316.& commentar. ad pragmat. fol. 50. de exul. in add.

Officialis amotus ab officio non sua culpa infra annum, non debetur ei integrum salarium totius anni,sed tantum pro illa parte anni, pro qua exercuit, dummodo

non

non sit amotus sua propria culpa, Ricc. in resol. 169. par. 2. Item seruatur in Vicario Episcopi.

Officium iudicis nullam præsupponit obligationem. l. qui per collusionem in fin. ff. de actio. empt. l. quintus. ff. de ann. legat. quod facit pro substinendo libello, in quo libellans diceret obligatum sibi illum esse, qui officio iudicis tenetur, ad quod vide Ias. in l. si seruum Stichum §. fin. ff. de verb. oblig.

Officium iudicis non impartitur, non petentibus. l. 4. §. hoc autem. ff. de damno infecto.

Officialis accusatus de crimine, vel delicto, debet statim suspendi, dummodo sit delictum in officio commissum eius administrationem concernens. l. iubemus. ff. ad leg. Iul. repet. Affl. in constit. statuimus la 2. 14. not. Luc. de Penn in l. iudices C. de dignit. lib. 12. Paris de Put. in tract. sindic. in verbo accusatus in officio, & officialis semel ab officio remotus per malã administrationem, non potest amplius ibi redire. l. si quis ex argentariis. §. 1. ff. de eden. Bal. in l. si quis decurio Cod. de fals.

Officialis debet habere salarium competẽs officiali, in cuius locum, & vicem, ipse est subrogatus, Riccius in collect. dec. 2542. in fine.

Officialis decedens in officio, debet habere integrum salarium suæ prouisionis, quod ei à principio anni debetur, licet tertiatim soluatur de cõsuetudine, Capibl. de baron. super pragm. 5. n. 42.

Officialium appellatione, comprehenduntur etiam actorum notarii, Glos. in l. 1. ff. de fals. vers. ad denunciandum, & in constit. Regn incip. occupatis, vers. horum officialium.

Officialis in recognitione suæ familiæ, dicitur suspectus, sed contrariam opinionem tenet, & fuit recepta, Gratian in discept. forens. 341. n. 14 Clar. in q. 35. domin. de Franch. in dec. 407. Rouit. super prag. 28. de offic. S. R. C.

Officialis non Doctor, faciens decretum, & prouidens causam absque voto Consultoris, potest eum reuocare, & talem prouisionem suspendere sine alio consilio, tex. in l. nil tam naturale ff. de regul. iur. quod nil tam naturale est, quam eo genere, quodque dissoluere, quod alligatum est.

Officialis debet habere ætatem annorum viginti, alias possessio, & administratio impediri potest, Capibl. de baron. par. 1. cap. 25. n. 14. quia officiales impuberes administrare prohibetur, quia animi iudicium non habent. l. 2. §. fi. ff. de reg. iur. nec Princeps potest dispensare.

Officialis nunquam ab officio remouetur neque per suspensam iurisdictionem, neq; per sequestrationẽ iurisdictionis pro debito, neque per translationem dominii, neque per locationem, vel per mortem baronis, officium semper est annale, & nõ amouetur officialis à possessione officii, si ibi reperitur exercere, sed conductor, siue affictator, si vult officium in alium prouidere, tenetur ei salarium constituere, & non aliter, de quo officialis debet esse contentus, & quando Prorex Regni prouidet de officiali suspensa iurisdictione, dum ad solum Principem spectat, & non de iustitia, sed officiales non defenduntur, nec comparent coram S. E. Capibl. de baron. par. 2. cap. 26. per totum, domin. de Franch. in dec. 216.

Officialis absque voto sui Assessoris, nullum actum iudiciarium facere potest, nec carcerare, nec excarcerare, citare, habilitare, nec aliud facere absq; voto sui Assessoris, vide Capibl. de baron. par. 2. cap. 17 nu. 8. Carau. super rit. M. C. V. 39. Paris de Put. in tract. de sindic. official. fol. mihi 90. Vãt. in tract. de nullit. fol. mihi 101. Cap. Regn. incip. Item, quod præfati Iustitiarii, & Capitanei, Mant. vot. 97. num. 33. Giurb. in cons. 31.

Officialis iustitiæ non reuerentis, nec salutantis hominis sibi subditi, beretum si in terram proiecerit, & conculcauerit, an excessisse dicatur, vt dignus sit pęna, fuit Capitaneus absolutus ab hoc excessu, & condemnatus subditus, qui non salutauit Senatum Concistorialem Panormitanum ad exulandum per sex menses extra Vrbem, Giurb. in crim. decis. 38. in fin. & per totum.

Officiales Regni Regii, non possunt commutare pœnas mortis naturalis, & abscissionis membri inconsulto Prorege, Pet. ad Gram. in dec. 94. n. 6.

Officialis hodie in Regno de tribus tantum sindicatur, videlicet de dolo, extorsionibus, & baraptaria, Petr. ad Gram. in dec. 99. nu. 2.

Officialis stuprum committens, vel coiens cum aliqua muliere, punitur tanquam illius raptor, quia non consentiret mulier, si non putaret causam coram illo iudice estantem ammictere, Petr. ad Gramm. in dec. 107. n. 4.

Officialis potest habere salarium, seu sportulas de compositionibus, & transactionibus delictorum, quæ est trigesima pars compositionis, vt ait Constit. Regn. incip. Cũm circa iustitiæ in titu. de ordin. iudic. & de omnibus causis in petitorio habent trigesimam. In possessoriis habeant sexagesimã, de iniuriis vigesimam.

Officialiũ delicta, cognoscũtur per M. C. V. dum-

dummodo non sint officiales Regii, qui non citantur, nec cognoscuntur per M.C.V. absque particulari ordine S.E. Petr. ad Gram. in dec.40.nu.16. Carau. super Rit. M.C.V.49. Constit. Regn. incip. Magister Iustitiarius, & Regens Tappia late super d.Rit.49.

Officia duo, vno eodem tempore, quis exercere non potest, quia sunt incompatibilia, sed de iure communi non potest, vbi supr. in verbo officia.

Officiales delinquentes, fugiẽtes, criminosi, & latitantes, potest contra eos procedi vsque ad sententiam mortis, & possunt eorum officijs priuari, dom. de Franch. in dec.457.

Officialis, qui exercuit officium Capitaneatus, pro vno anno in vna terra, non potest in eadem terra in anno sequenti esse Iudex, & ibi aliud habere officium iurisdictionale, vt fuit in terra Solofræ, dom. de Franch. in dec.479.n.7.

Officialis in Regno Neapolitano, non creatur in administratione iustitiæ, si non est Regni nostri subditus, quia exterus prohibetur, ex quo in sindicatu, non potest esse causa vniuersitas exercitati officii propter præsumptam fugam, & si est ecclesiastica persona, potest forum ecclesiasticum declinare, vt fecit quidam relatus à dom. de Franch. in dec.479.nu.1. Cap. Regn. incip. vt cum nihil.

Officialis sindicandus debet stare in loco tuto, publico, & habili ad conueniendum, Vrsill. ad Afil. in dec.289.n.29. & de tuto loco, & quomodo intelligitur tutus locus decis. prædictam refert quinque modis.

Officialis conuincitur de corruptela per Mediatorem, sed hoc nõ procedit in officiale habente manus mundas, & bonæ famæ, Petr. ad Gram. in dec.60.nu.22. & hoc saltim in ciuilibus.

Officialis Vniuersitatis anni præcedentis, electi, & confirmati, in publico Colloquio nemine contradicente, si post Colloquiũ quis contradicit, electio est valida, secus si vnus contradicat in electione prædicta, dom. de Franch. in dec.609. Ann. in alleg. 15. par. 1.

Officialis carcerans alium officialem, non tenetur pœna vsurpatæ iurisdictionis, Pet. ad Gram. in dec. 61. n.3. Tapp. in suo Ius Regn. sup. constit. discordia.

Officialis, vel Episcopus, iurans statuta, vel consuetudines Ciuitatis seruare, intelligitur de illis iustis consuetudinibus, quas prædecessores seruauerunt, Pet. ad Gram. in dec.65.nu.12.

Officialis, Actuarius, & Locumtenens, quis esse potest in propria sua patria, si modica sit terra ipsa, Petr. ad Gramm. in dec.34. num.28.

Officialis criminalis in sedendo, & in parlamentis Vniuersitatis; in iurisdictionibus diuisis ciuilibus, & criminalibus, officialis criminalis præcedit ciuili, vt, officialis iurisdictionis criminalis, sedit in latere dextero, & ciuilis in sinistro, & hoc fuit decisum in baronia Sãcti Germani, inter Monasterium Casinense, & Excellentissimũ Principem Ascoli, & sic Iudices criminales M.C.V. præcedunt Iudicibus ciuilibus Capic. in dec.27.nu.5.

Officialis delinquentem, quem capere tenetur dissimulans, remouetur ab officio, & acriter pœna arbitraria punitur, Petr. ad Gram. in dec.41.n.15. pragm.39. de offic. Iustit. quæ dicit, quod birruarij non relaxent carceratos sub pena.

Officialis subditos iniurians, quomodo punitur, Petr. ad Gram. in dec.40.nu.1. Constit. Regn. incip. eos tantum.

Officialis in officio electus, pendente eius nullitate, suspenditur eius administratio, Petr. ad Gram. in dec.40. nu.14. dom. de Franch. in dec.419. & id procedit, si adest culpa ipsius officialis, & non aliter.

Officialis absolutus in officio, an possit in propria patria conueniri, Petr. ad Gram. in dec.40.n.5.

Officialis sindicatur per procuratorem de ordine S.E. casus positus in terminis per Gram. in sua dec.40.n.18. vbi Petr.

Officiales exercentes iurisdictionem, de eorum delictis commissis intuitu officii, & non aliter, forũ à M.C.V. cognoscuntur, & Actuarii dicũtur officiales improprij, dom. de Franch. in dec.407.

Officialis debet esse annalis, & licet dicat sua commissio ad nostrum beneplacitum, vel per interim, semper dicitur annalis, & sic intelligitur, & non potest ipse officialis ab officio remoueri, nisi causa infirmitatis, furti, & alijs, &c. quia alias videretur collusio inter officialem, & baronem, & hodie annus incipit à die primo mensis Septembris, sed prius incipiebat à die primo mensis Ianuarij, dom. de Franch. in dec.409. Cap. Regn. incip. scire vos volumus.

Officialis tenetur de delictis per eius familiam commissis, in quolibet munere publico, Petr. ad Gram. in dec.3.nu.14.

Officialiũ delictis sola M.C.V. recognoscit, hoc intelligitur, quãdo quis deliquit exercendo officium suum, & non aliter, dom. de Franch. in dec.326. & 174.

Officiales prohibentur facere mercaturas per se, vel per interpositam personã, prag. 1. de mercat. official. prohib. Paschal. de vir. pat. pot. cap.4. par. 1. num.9. ne subditi per impressionem ledãtur l. si per impressionem Cod. quod met. caus.

Officiales baronum non possunt procedere

per

per viam extraordinariam Capitulorum Regni, pro conseruatorio contra clericũ pro laicis, iuxta cap. ad Regale fastigium, finis præcepti Caritas, & dec. S.C. quia nõ habent auctoritatem, dom. de Franch. in dec. 163. nu. 20.

Officialis laicus percutiens clericum, non potest absolui, nisi à Summo Pontifice, si vero turbam arcendo inruenté in clericũ, non ex liberatione, sed ex casu fortuito ledat, vel vim vi repellendo, tunc non est excommunicatus, cap. si vero il primo, de sent. excom. in 6. Montem in pr. Cur. Archiepsc. Neap. cap. 28. n. 8. fol. mihi 207.

Officialis electus per Patronum directum, si fuit feudum alteri locatum, & locator nõ vult admittere ad officium illum officialem electum à domino venditore, tenetur locator, seu affictator ei dare possessionẽ officij, vel promissum salarium loco interesse, dom. de Franch. in dec. 216.

Officialis delinquens, actiuè, & passiuè, de eorum delictis sola M.C.V. cognoscit, seruata forma Rit. ipsius, & cum dictis officialibus non comprehenduntur Sindici, Electi, baiuli, nisi actu iurisdictionis exercentes tantum M.C.V. cognoscit, & sic officiales loci non sunt iudices competentes, pragm. 45. de offic. magistr. Iust.

Officialis a domino electus, si ipse dominus postea locauit, vel feudum vendidit, non potest officialem illum mutare, nisi prius soluat ei salarium competens, & solitum solui prouisionis, & interesse officij, vel ei dat, vel confirmat possessionem dicti officij, & fallit in hoc Regno, per regulam, quod nouus successor non tenetur stare Colono, dom. de Franch. in dec. 216.

Officialis criminalis punit officialem ciuilem in officio existentem, & ciuilem iurisdictionem exercentem, quando duo in vna terra sunt officiales, & iurisdictio est diuisa ciuilis à criminali, dom. de Franch. in dec. 274. Carau. super Rit. M.C.V. 49. incip. Item quod Curia ipsa, Capic. in decis. 27. Gram. in dec. 30. dom. de Franch. in dec. 407.

Officiales de iure communi nõ possunt officia vltra annum exercere, sed bene possunt de nouo iure Regni vltra annum exercere officium vsque ad successoris aduentum, Arn. in diff. 78. Cap. Regn. Robertus, scire vos volumus, sub Rub. quod baiuli Iudices exerceant.

Officialis cognoscens carceratam etiam meretricem, meret pęnam, quia fit iniuria castitati, loco, & carcere, l. 1. Cod. de offic. iud. Par. de Put. in tract. de sindicat. offic. in verbo adulterium p. col. Hyppol. de Marsil. in singul. 150. cuius est initium accessus ad meretricẽ. Arn. in epit. 84. Boss. in tit. de coit. damn. & punit. nu. 40. & ibi ponitur recognitio commatris, & punitio.

Officialis decedens in officio, debet habere totum integrum salarium, etiam si infirmatur, dummodo discedat cum licentia sui domini, si discesserit alias secus, & si remanet in ea Ciuitate infirmus, etiam debet habere totum salarium, Par. de Put. in verbo si officialis col. 1. fol. mihi 265.

Officialis non potest sibi assessorem assumere absque mandaro, vt hodie fit, idest Assessorem de Prouincia, seu eiusdem terræ, constit. Regn. incip. Iustitiarij, vbi glos. verbo In textu, prima col. l. quocunque ff. de rit. nupt.

Officiales tres electi à Rege, vel ab alio, quis eorum præcedere debet, si aliqui sunt officiales in aliquo officio, illi præcedunt, puta erant Iudices, & postea facti sunt Cõsiliarij, sed si non præcedit, qui primo gradum adeptus fuerit, vel si nescitur, qui maior ætate est, ille præfertur, dom. de Frãch. in dec. 144.

Officialis subtrahens publicos prouentus, pœna capitis punitur. & bona, quæ in officio acquisiuit, in dubio præsumitur licitè acquisiuisse, Clar. in pr. crim. in vers. officialis, fol. mihi 184.

Officiales ecclesiasticas personas non trahũt ad iudicium seculare de aliquo crimine, nec de ciuilibus cognoscant. vel impediant Prælatos, & eorum officiales, ad cognoscendum delicta prædicta, pragm. 1. de cleric. & diac. saluat.

Officialis finito eorum officio. non discedant ab officio, sed teneantur expectare aduentum suorum successorum, sub pęna priuationis, & inhabilitatis ad alia officia exercendum per Regiam Curiam per annos duos, prag. 4. de offic. iudic & hoc qñ officiũ est pecunia mediante, prag. 2. officiali, & 5. eod. tit. nec petantur per interpositas personas.

Officiales non possunt reseruare in eorum sententijs, & decretis diffinitiuis, potestatem minuendi, & alterandi, ac pęnas moderandi, sed eas imponant diffinitiuè, iux. Iura Regn. & prag. 21. de baron. sub pęna ducatorum mille.

Officiales iniustè carcerantes pueros, & cæteros maiores diuersis coloribus tenetur actione iniuriarum, & ad omnia damna, & interesse, Gram. in dec. 40. n. 18.

Officialis alium substituens in officio, in loco sui, ipse tenetur pro malè gestis à substituto, tex. est in l. ad similitudinem, C. de episc. & cler. add. glos. not. in l. obseruare. ff. de offic. præsid.

Officiali resistens, an impunè occidatur, facit tex. in l. 3. Cod. de his, qui ad eccles. confug. vers. quia si illum, pro cuius materia vide Hyppol. in § aggredior n. 1. & seq. & in §. vlte-

vlterius, vbi not. quod qui resistit familię, & occiditur, impunè occiditur, tempore tamen, quando criminaliter erat imperitus, vide Bald. in l. non vt allegas, C. de fiscan. & in auth. sed omnino, C. ne vxor. pro mar. & Angel. in l. item apud §. si quis virginem C. de iniur. Paris de Put. in trac. sindic. §. familiaris, add. qualiter puniatur resistens officiali, si eum offendat, Guid. Pap. in cons. 557. & Io. Fab. in l. nec seruus C. de iniur. Et quid si officialis exequens non habet literas commissionales, an possit eis resisti, vide consuetud. Burgund. vbi Cassan. in Rub. 1. nu. 26. add. pro materia, quando alicui sine literis non credatur, Affl. in constit. edictorum. Item an Nuntij teneantur huiusmodi literas ostendere, vel copiam exhibere, & cui; Cassan. ibidē nu. 27. & 25. quid si seruientes conuocauerint alios ad capiendum delinquentes, & illos occiderint, quia se defendebant, & resistebant, an teneantur de homicidio illi, vide Par. de Put. in tract. sindicat. in verbo familiaris, & add. Cassan. vbi supra nu. 1. & alijs seq. vbi latissimè de hac materia resistētiæ, & Miller. in sua pract. crim. prosequendi nu. 18. & seq.

Officialis an possit remoueri durante officio, & propter quas causas, tex. est in l. si quos, C. de offic. præfect. pret. tu vide Par. de Put. in tract. sindic. §. si officiālis car. 94. & in quibus casibus durante officio possit conueniri, Amod. in tract. sindic. cap. olim potestatem, Felin. in cap. legebatur, de maior. & obed. Affl. in constit. statuimus, in 14. not. vbi ponit regulam cum sex fallentiis.

Officialis non potest de persona capere incidentem in pœnam banni, seu pecuniariā, Cap. Regn. incip. statuimus, vt nullus officialis fol. mihi 198.

Officialis non potest aliquem carcerare, nec vllo modo ad capturam peruenire, nisi cū consilio Consultoris, seu Iudicis coram Actuario, nec capi mādet familiam suam, nec aliquam personam, nec vllum exerceat actum iudiciarium, sine consilio, & voto prædicto. Cap. Regn. Reginæ Ioannæ, incip. vt status Reipubl. num. 40. Item quod fol. mihi 68.

Officialis non potest aliquem inquisitum torquere, sine consilio Iudicis. Cap. Regn incip. item, quod cognitionibus, fol. mihi 305.

Officialis hodie in Regno de consuetudine non sindicatur, nisi de baraptarijs, storsionibus furtis, & concussionibus, & de sententijs malè latis, & iniquè prolatis, minimè hodie de consuetudine sindicatur, Carrab. de sindic. offic. par. 2. fol. mihi 59. nu. 12. ni fallor, & relicto procuratore instructo, liceat discedere, & alia officia exercere, Carrab. de sind. offic. fol. mihi 43. nu. 176. & 177. fol. mihi 41. nu. 169.

Officialis non habet iurisdictionem in officio, nisi prius præstito iuramento, quia tunc acquirit, vt est Vicerex Neapol. ante suum ingressum, & iuramentum, iurisdictionem, non habet, dom. de Franch. in decis. 393. nu. 1. & 4.

Officialis prohibetur officia à baronibus impetrare, sub pęna contenta, & imposita per Reg. prag. 2. §. 14. de offic. iudic.

Officialis elapso anno suæ administrationis, non potest in officio confirmari, etiam ad supplicationem Vniuersitatis, & Ciuium, sed statim discedat, pragm. 2. §. 4. de offic. iudic. & pragm. 10. eod. tit. dicitur contrarium, quod non discedant etiam baronales officiales, nisi expectato aduentu successoris.

Officialis dicto non statur de gestis in officio, eo deposito, ex doctrina Bald. in cap. 1. col. 2. vers. extr. quæro qui success. ten. Vinc. de Franch. in dec. 185. nu. 3. Merlin. in cap. 65. nu. 19.

Officiales durante eorum officio, non possunt patrocinare, sub pœna ducatorum bis mille, & priuationis eorum officij, & non substituant in dictis eorum officijs, prag. 2. §. 10. & 12. de off. Iudic.

Officiales in Regno iurisdictionem exercētes, non sint balij baronum, & finito officio, expectent successorem, & non discedant, nisi habita licentia à Domino Prorege in scriptis, & iusta causa, & hoc intelligitur de Regijs officialibus, non de baronalibus prag. 3. & 4. de offic. iudic.

Officiales delinquentes actiue, & passiuè sola M. C. V. recognoscit, contra Priuilegia baronum, in contrarium astantia, dom. de Franch. in dec. 274. 407. 505. n. 7.

Officia à baronibus non conceduntur officialibus eorum consanguineis, nec habentes nomina eorum officiorum, ipsa vendant, vel illis prædictā nominam faciant, sub pœna inhabilitatis electi, & electionis faciendæ, prag. 4 de offic. iud.

Officia licet duo sint compatibilia vno, & eodem tempore exercere, & de iure com. non potest quis habere, dum duo sunt incompatibilia, quæ quis exercere non potest, dom. de Franch. in dec. 407. n. 7. l. fi. C. de offic. assessor.

Officium diuinum quis omittens recitare, vnicum tantum mortale peccatum committit, dummodo non omittat horas Canonicas interpellatas, & quomodo peccat, vide Petr. in dec. 103. nu. 3.

Omnibus comprobandum est, quod ad omnes simul tangit, l. fin. in fin. Cod. de auth. præst.

Opem homicidio, & maleficio præstantes, puniuntur pœna vltimi supplicij, licet

per Regn.constit. pœna sequitur personã, tamen intelligitur secundum Ius com. & quod absque ope homicidium non esset commissum, Gram:in cons. crim.4. nu.2. Thessaur.in dec.31.nu.4.

Opem præstans committenti maleficium animo deliberato, punitur pœna mortis, secus assistenti maleficio ad casum, etiam cum armis punitur tunc pęna extraordinaria, Thessaur.in dec.31.nu.4.

Operarij laborantes in fundo alieno de alterius mandato excusantur, nisi fuerint denunciati, Petr.ad Gram.in dec.99.nu.6.

Opus laudat magistrum, sic ait prouerbium, glos.in prohem.instit.in §. cumque hoc, vers.ex multis rerum argumentis.

Ordinario remedio, & auxilio, quamdiu superest, non est ad extraordinarium recurrendum, l.in causæ. ff.de minor. 25. ann.

Ordinis ommissio vitiat, l. prolatam, C. de sent.de qua regul.vide Bar.plenè in l.moribus in §.prius per totum ff.de vulg.

Ordines M.C.V.& aliorũ Tribunalium sũt frustratorij, si mediante pœna, custodiri non possunt, Bar. in l.ambitiosa, nu. 23. ff. de decr.ab ord.fac.Cabed.in dec.47. n.2. Capibl.de baron.par.2.cap.71.n. 12.

Osseruantiæ prouisionũ non fiant, nisi habitis prius prouisionibus originalibus, vel fidibus intimationis, sub pęna in Regia pragm. 50. contenta de offic. Magistr. Iustit.

Osculantes mulieres inuitas, in tractatu matrimonij non sunt in pęna, vt ait Gram. in cons.48.n.5.licet sit opinio, quod est pęna exilij à loco patrati delicti n.4. affati cons.

Osculantes mulieres per vim, vltimo supplitio traduntur, hodie vero pęna triremium afficiuntur, & quid quando tractatus matrimonij præcessit, & quid quando amplectitur mulier libidinis causa, eam per vim cognoscendi, & quid de osculantibus pueris, vide Ricc.in collect. dec.1185. 369.& 47. Peguer.in dec.7.Catalon.Grã. in cons.crim.48.

Osculantes mulieres per vim in pęnã mortis naturalis incurrũt, & abreuiatur foriudicatio ad tres menses, pragm.1.de oscul. mulier.

P.

PAce nunquã viuit Italia, quia est dictũ v3.Beda, Beda, tace, quia Italia nunquã viuit in pace, dũ Beda ipse pro pace Italię orabat, & prius Italia erat domina prouinciarum, nunc est facta domina ancillarum, & sunt carmina poetica, posita per Vesill. ad Affl.in dec.sua 150.nu.10.

Pax non rumpitur per minas, Cagnol.in l.cũ exceptio, §.satis, ff.quod met.caus. Marsil. in sing.337.in fin.sed per solas minas non dicitur fracta pax, vt pœna adiecta exigi possit, Bertaz.in cons.253.n.1. Hercul.in tract.de cautel.de non offenden.cap.25.n. 3.Mascar.de probat.concl.1162.n.119.

Pace facta, & dato verbo sub fide Regis, si deliquit etiam citra vulnus sunt infames & in pęnam mortis naturalis incurrũt pragm.1.de pac.sub verb.Reg.

Pactum per quod pater promisit filios suos æqualiter hæredes suos instituere, filios masculos, & fœminas, an valeat, si æqualiter filiã, cũ filijs ꝓmisit, vide Dec. in cõs. 578.& 184.per tot.& cons.475. vid.etiam Cassan in cons.24.& cons.69. quod est vltimum.Itẽ an possit agere ad supplementũ, vid. Alex.in cõs.32.prope fin.vol.4. vide eund.dec.in cons.26.Bald.Nouel. in tract. de dot.6.par.priuil.17.col.6. vers.& prædicta cõferunt, carta 13.Affl.in cõst.Regn. incip.In aliquibus n.50.& in const.Regn. patribus, n.12.add.Alex.in cons.69. vol.1. Curt.iun.in cons.10.vol.1.Bart.in l.filiæ, ff.de leg.3.& add.in l.qui pupillum, ff.vbi pupill.educ. deb, auth.quod locum C.de collat.Pau.de Castr.in cons.109.super eo, cons.121.super 1.quæsito, add. egreg.cõs. Alex.7.vol.2.visis, & diligẽter animaduersis, vide consuetud.Turin.fol.126. vers.notanter dicit, vbi quod de filio dicente se contentum de relicto sibi à patre, & de filia dote contenta.

Pactum, & legatũ restringẽtia arbitrium, & libertatẽ, sunt de per se, ipso iure nulla, & actui nullo, quis stare non debet, nec tenetur, l.quemadmodũ C.de agric.& cẽs.lib. 10.quia matrimonia sunt libera, Sac.Cõc. Trid.in sess.24 cap.9.de reform.matr. Capibl.de baron.par.2.c.66.n.1.& seq.maxime in pacto, & legato generali, quod non tenet, secus vero in speciali, quod valet, etiã concernens matrimoniũ, & libertatẽ.

Pactũ adiectũ in instrumẽto contra clericũ, quod clericus conueniatur iux. formam rit.M.C.V.cum clausula iux.formam obligationis in forma Cameræ Apostolicæ ampliorẽ, hoc narrat Galter. in sua pract. crim. instrum.par.2.nu.7.

Pactum de futura successione, quibus in casibus substineri potest. Tessau.in dec.225. l.pactaque contra, C.de pact.quia inducit votum captandæ mortis, sed hoc non consideratur in filio, sed in extraneo, ratio est, quia est pactum contra bonos mores, sed tempore matrimonii per patrem, potest permitti filiæ ratione legitimæ ad minus nu.10.decis.prædictæ.

Pactũ de retrouẽdendo an transeat in singularẽ successorẽ, & an vnus ex vẽditoribus, cogat aliũ ad redimendũ, vel cedendum, Boer.in dec.251.& ad materiã pacti de retrouẽdendo, vid.Cãpagn.in cap.Regn.incip.ꝓ publici, Per.ad Grã.in dec,76.n.26.

Pactum de retrouendendo faciens, nõ valet, nisi illud sit perpetuũ, neq; præscribitur, excom-

excom.sent.Couarr.var resolut.lib.1. cap.9. Vrsill.ad Affl.in dec.37.Viu.com.opin.opin. 579.& faciens pactum de retrouendendo infra certum tempus,& non vltra tenetur retrouendere, etiam dicto tempore elapso, cautelam affert Vrsil. in dec.73.& an valeat pactum, quod non liceat reemere,nisi post tres menses, vel tot annos, Vrsil. in dec.65. & an quod emptor lucretur fructus totius anni,si emptor reemerit infra annum, Boer. in dec 37. fructus cuius sint, & qualiter fiat diuisio tempore reemptionis, & an virtute dicti pacti agitur contra tertium possessorē, & an depositum,vel verbalis oblatio sit sufficiens tempore reemptionis,& vnus ex venditoribus si offert pretium pro tota re, Vrsil.in dec.153. retrouenditio quomodo fieri debet,& pro quo pretio,& res vendita cum hoc pacto, æstimatur minoris pretij, quam valet, Petr.ad Gram.in dec.76 nu.17.

Pactum positum in capitulis matrimonialibus de non succedendo in dotem, vel quod dos ad dotantem reuertatur, si sine liberis decedat, intelligitur si ab intestato decedit, secus facto testamento, quia pacto non obstante, potest mulier à patre dotata testari,dom.de Franch.in dec.196.& 491.

Pacta ponenda in instrumentis, & publicis cōtractibus censualibus emptionis, quod creditori denuncietur in scriptis per debitorē in casu reemptionis per tot menses, quod in casu mutatæ monetæ reemptio fiat bonitatis,& qualitatis currentis monetæ,& attenditur tempus contractus in æstimatione valoris carolenorum tēpore dicti contractus consignationis, quod debitum diuidi non possit inter hæredes, quod renunciet exceptioni præuentionis,quæ iuuat, quod absolutus à iuramento prestito in contractu,non impeditur liquidatio, Tor.in compēd.dec. Regn.vol.1.in verbo absolutio, & in instrumento venditionis confecto à maiore, debet poni clausula ex certa scientia, non per errorem, vt læsio euitetur ex capite ignorantiæ, Vrsil.ad Affl.in dec.322.nu.5.& melior cautela,& pactum est,quod debitor obliget seruitia personalia, ne in futurum debitor per cessionem bonorum sit liberus à solutione, quod possit instrumentum liquidari contra pensionarios, colonos,& affictatores rei obligatæ, quod debitor assignet Curiam notarij, vel aliquam domum in loco contractus pro citatione instrumenti liquidandi,& habeatur pro personaliter citatus.

Pactum non valet, quando quis promisit perpetuo ab aliquo loco nō discedere, & quod maritus suam detineat vxorem in aliquo loco,si adest iusta causa discedendi,non tenet, Vrsil.ad Affl.in dec.307.nu.7.

Pactum temporariū efficitur perpetuū per læsionē Tor. in cōp.decis.Regn.Neap.in verbo pactum de retrouendendo, fol.mihi 422. à ter. 2. vol.& in vol.1. in verbo pactum de retrouendendo fol.mihi 475.

Pactum, quod non transferatur dominium, nisi soluto integro pretio, operat quod creditor in meliorationibus præferatur domino rei venditæ, quæ meliorationes cedunt solo, domin.de Franch.in dec. 506. num. 6. & 7.

Pactum de retrouendendo est pars pretij, domin.de Franch.in dec.105. nu.19. dec.95. nu.3. l.fundi partem ff. de contrah. empt.de Franch.in dec 95.nu.3.

Pactum de retrouendendo,durante primo termino, non potest prorogari in præiudicium contrahentium, Vrsill.ad Affl.in decis.148. num.4.

Pactum de vendendo, quandocumque elapsis triginta annis, exerceri non potest, & fallit quando renuntiauit idem in instrumento, dom.de Franch.in dec. 48.nu.1.Angel. in cons. 54. Cagriol qui cæteros allegat l.2.C de pact.

Pactum de retrouendendo,quod spirat elapsis triginta annis,& elapso termino, compareāt cauti emptores cum petitione, & faciant interponi decretum,quod illis liceat detinere illas res,vt propterea stante lapsu termini,seu pactum de retrouendendo, non liceat emptoribus amplius eas res redimere, Vrsil. ad Affl.in dec.75.nu.3.

Pacta pōsita in instrumento, quæ non veniunt de natura contractus,valent, & tenent, etiā contra substantialia, Surd.in suo tract. de alim. in verbo pactum.

Pactum successionis,vel donatio omnium bonorum,retenta, & reseruata facultate testandi valere,& tenet, exceptis vestibus,libris,& suppellectilibus, Boer.in dec.353.n.7. & 10. & 13. in add. l. obligatione generali,cum l. sequenti ff. de pignor.

Pactum positum in capitulis matrimonialibus dotationis filiæ, in dotis constitutione,quod succedant in hæreditate patris dotantis, dictum pactum successionis promissum est pars dotis, tex.in l.fundi partem ff. de contrah.empt.de Pont.in cons.10. nu. 6. & 7.& est pactum appositum in ipsa dotatione, in quo omnia pacta possunt apponi, illaque omnia sunt seruanda,tanquam pars dotis.l. cum dos. ff.de pact. dotal. & censentur omnia correspectiua, vt in tantum qualitate dotis sit contenta filia, in quantum succedat,ex com.doctr. Bald. in l.potens post nu. 49. C.de pact. & idem de Pont. in cons. 21. nu.34. ni fallor.

Pactum per quod quis renunciat futuræ successioni, licet regulariter non teneat, vt in l. 3.Cod.de collat.& in l.pactum sup.de pact. tamen iuramento validatur,vt in cap. quāuis de pact.in 6. & per Barto.in l.si quis pro eo de fideiuss. in vlt. col. nu.108.vide etiam Ias.in l.item si quis col.102.instit.de action.

& Boer.in decis. 190. & an ad hoc vt valeat renunciatio cum iuramento, per filiam requiratur.l.3.certioratio? dicas,quod non,vt in dec.Delphin.Boer.224. 227.229. & 295. de præsupposita validitate, quod in renunciatione iuramentum interuenerit, non erit à legitima exclusa, vel eius supplemento, & si non fuit renunciatum legitime, potest petere legitimam,cui debuisset expresse renunciare.l.si quando.§.illud,de inoffic.testam.& ideo, ex quo nihil dixit de legitima non est ea priuan. circa materiam d.l.3.vid. Par.in cons.26.col. 3. & Aym.in cons. 127. & Ias.in cons.5.vol.3.& an filia,quæ accepit centum a patre pro integra sua legitima, possit postea auctis facultatibus patris, eoq; mortuo, ex crescentium bonorum legitimā petere? vide Bald.in cap. cum M.Ferrariensis extr.de constit. vbi tenet, quod sic, cuius contrarium tenet Iacob. Butric.in d. l. 3. & Bald.sibi contrarius in l.in successione,C.de reuoc.his,quæ in fraud.cred.& in l.quamuis sup.de fideicommiss. & in l. quanquam sup. ad l.falc. Cod.Angel in l si proponas in nn. § primi.& l.si nō mortis.ff.de inoff. testam. Paul.de Castr in cons.210. vol. 1. Bertrand. in cons.162.nu.1.Alex.in cons.181. vol.5. & nota, quod simplex donatio facta filio,non confertur,ita communiter tenent DD. in auth.ex testamento C.de collation. per glos. in verb. datorum, fit enim collatio, nē inæqualitas emergat,qualiter autem fiat, vide Affl.in dec.247 & cessat collatio, vbi donatio est morte cōfirmata. l si in donatione infra cod. & l. si emancipati in fine, & plenè Bar.in l.1. §. nec Castrense col pen.ff.de collat.add.Guliel.de Bened.in reper. cap.Raynutius in verbo duas habens filias, nu. 260, & multis alijs sequen.interpellatim,vbi multa, & singul.Socc.iun.in suo volum.cons.50. Marant.in disput.10.add. Bald.in cons.166. vol.5. vbi,quod si vir male vtitur substantia sua, mulier potest petere dotem in tuto poni, sic mortuo viro, si hæreditas vergat ad inopiam.Item in dote aduentitia, licet glos. 1.in auth.quod locum. Cod.de collat.dubitare videtur, filia potest agere etiam quod in patris potestate sit, & pater tenetur ei consentire,non autem è conuerso.l.2.§.1.in glo. in verbo profectitia, Bar.& Alex.in l. Titia ff.sol.matrim. & quando filia possit agere ad dotem,inuito patre,& an dos sit communis? Bar. in l.si constante,vers.& primo quæro.ff.sol.matrim.col.8.& nota,quod licet dicatur in l.1.§.cum dos. ff. de coll.dot. quod si debet fieri restitutio dotis, & maritus non est soluendo,& dos debet conferri, solum confertur,quod maritus soluere potest,tamē hodie ex hac auth.quod locum conferre debet solum actionem dotis, licet inanem, ita Affl.in dec.S.C.247.nu.2.

Pacto potest quis se grauare. l.cum satis,C.de agric.& cens.lib.11.inst.de iur.person.§.pen. Affl. super constit. Regn.incip. probationū lib.2. Rub.35.nu.9.

Pactum successionis hæreditatis, promissum per patrem filio suo,est validum, & est pars ipsius dotis, & acceptatur dotatio cum hoc pacto,& promissione,& pactum hoc de iure nedum est correspectiuum,sed importat maiorem partem dotis, & si pactum est inualidum, deficeret dotatio,& in tantum filia cōtenta remansit, in quantum succedebat,alias non esset contenta quantitate dotis sibi constitutæ,Bal.in l.petens post num.49. Cod.de pact.& si deficit vtrumque,corruit, sine quo partes non contraxissent, Barto.in l.grece.§. illud.ff.de fideiuss.l.fundi partem.ff.de contrahen.empt.l.cum dos. ff.de pact. dotal. de Ponc.in cons.21.n.33.& 34.Cap.Regn.263. incip.emergentium,vbi Campagn.

Pactum,& clausula adiecta in instrumento censuali,quod debitor possit conueniri vbicumque,& in omni Curia,loco,& foro,per tale pactum non potest quis conueniri vbicumque, sed cautela est, quod apponatur in eo pacto pœna, nam pœna erit debita, quia ad effectum consequendi interesse, & pœnas conuentionales, poterit conueniri, si contra dictum pactum declinauerit iurisdictionem iudicis incōpetentis,Gratian.in dec.March. 180.nu.12.l.si conuenerit de iurisdict.omn. iudic.

Pactum de retrouendendo,an valeat,& ex mora veniant fructus, habes in l.2.Cod.de pact. inter empt.& vendit. an autem pactum de retrouendendo,faciat præsumi contractum vsurarium,vide Alex.in cons.100. & seq.vol. 4.Barbat.& alios in cap.ad nostram num.9. extr. de empt. & vend.quid si fructibus pendentibus,fundus redimatur, qualiter agendum de fructibus,vide Cassan.in suis consuetudinibus Burgund. in tit.des droitez.& appar.a genx mariez.Rub.5.§. rentes vendues nu.26.vide pulchras dec.Cassador.sub tit.de vsur.quod sola modicitas pretij, & pactum de retrouendendo, faciunt præsumi contractum vsurarium,& ibidem in 2.decis.an hoc procedat in datione in solutum, An autem pactum de retrouendendo possit cedi, vide Ruin.in cons.72.n.1. vol.1. & an huiusmodi pactum positum in alio contractu post primum, faciat oriri fraudis suspitionem,vide eundem in cons.16.nu.10.volum.4.vbi allegat Alex.in cons.46.vol. 2. & quo tempore tollatur istud ius,seu pactum, vide Angel. in cons.55.Gulielm.& Franc. Ruin. in cons. 71.nu.7.volum.1.& plane per Paris.in cons. 92.in princ.vol.3.quid autem in feudis, vide Alberic.Brun.in cons.40.nu.1. Socc.iun. in cons.54.& in cons.155.vol.1.add.Cassan. in cons.11.nu.42.& 44.allegat similem tex. in l.quod si nolit.§.si quid ita, ff. de ædil.ædict. quod contrarium omnino integrum videas, quia

quia singulare est in hac materia, vt in supra allegato loco num. 8. fol. 203. plenè per Girard. in singul. 18. incip. non diligenter, Boer. in consuetud. bituri. in tit: des costumes toucant præscript. §. 1. glos. 1. in fin. add. Ioan. Fabr. in l. cum notissimi, infra de præscript. 30. vel 40. ann. & an huiusmodi pactùm de retrouendendo, transeat ad hæredes, vbi de hæredibus in ipso pacto, nulla fuit facta mentio, vide in l. pactum, & ibi Florianum ff. de probat. Bart. Bald. Angel. Ias. in l. si decem cum petiero. ff. de verb. oblig. Faber, & Aret. in §. ex conditionali, instit. de verb. obligat. Bar. Bald. & Ias. in epistola. ff de pact. Bart. in l. à testatore. ff. de conditio. & demonstrat. & in cons. 37. latè per Socc. iun. in cons. 145. n. 34. & sequ. ubi plenè de hac materia, an autem valeat pactum, quod non possit fieri reemptio, nisi de propria pecunia, vide Aym. in cons. 191. nu. 8.

Pactum non potest constituere ius dotis deterius, l. si vnus, §. quod in specie, ff. de pact. & l. de die, ff. de pact. dotal. Bald. in l. fin. 4. nor. in antiqua lectura, Boer. in dec. 332.

Pacta facta in dotis detrimentum sunt nulla, l. de die, & l. atilicinius, ff. de pact. dotal, Tor. in comped. dec. Regn. vol. 2. in verbo legatū dotis col. 2. l. si constante in fine, C. de donat. propt. nupt.

Pactum, quod solutio debiti, vel alterius negotij, non possit probari per testes, nisi per scripturam, tenet Vrsill. ad Affl. in dec. 398. nu. 4. & tex. in l. 1. §. si conueniat, ff. deposit. cap. 2. de probat.

Pactum factum per virum de tenendo suam vxorem in certo loco, non valet, dum continet seruitutem, & potius vocatur carcer, & dicitur factum contra libertatem, licet cum causa inimicitiæ, vel aeris temperies, non valet, S. C. absque dictis causis decisit non valere, & quod non tenet Tor. in compend. decisio. Regn. volum. 2. in verbo pacta per totum, fol. mihi 409. colum. 1. Gizzarell. in dec. 19.

Pactum de futura successione, vel hæreditate promissum filiæ per patrem suum in capitulis matrimonialibus vltra dotem, si non sunt masculi, & iuit per patrem promittentē aliquid reseruatum, pro libera testamenti factione valet, & non consideratur contra bonos mores, dum filij non desiderant mortem patris, nec inducunt votum captandæ mortis, & tractant de hæreditate eorum, non aliena, & reseruat ius testandi quod hoc non habet locum in extraneo, absque reseruatione iuris testandi, quod præsumitur contra bonos mores, vide tex. in l. fin. incip. de quæstione, vbi Bar. & pactum quod dotali, C. de pact. Clar. in pr. crim §. donatio q. 19. num. 8. dummodo reseruatio non sit minima, sed ad minus extendatur ad vigesimam partem hæreditatis, Peguer. in dec. Catalon. 168. Tor. in compend. decis. Regn. vol. 2. in verbo pactum, l. ex eo, Cod. de inutil. stipul. l. stipulatio hoc modo concepta, de verbor. oblig. l. pactum dotale de collat. Cod. & sicut patri debetur filij hæreditas, & à filio debetur hæreditas patris, l. nam etiam si, ff. de inoffic. testam. & l. sicut C. de action. & oblig. dicit, quod à principio fuit voluntarium, in contrahendo, & promittendo, quod non licet pœnitere, & contrauenire, & sic resilere non potest inuito alio consulente, vid. Ricc. in coll. dec. 2700. Thessaur. in dec. 225. Affl. in dec. 292. Ioseph. Ludouic. in decis. Perus. 71. & dicta dec. Senat. Pedem. Domini Tessaur. clarè tenet, quod supradictum pactum tenet, & reuocari non potest, maxime iuramento vallatum, qui promittens, si contrauenit est periurus, & reuocatur in casu quo fuisset factum extraneo, & non facta sibi reseruatione testandi, sed quando tractat de hæreditate illius, qui successurus venit ab intestato, & sic de filijs, & liberis, ecclesia, & militibus, speciali fauore, est irreuocabile, & substinetur in vim supremi iudicij, sicut quælibet vltima voluntas, & sicut enim militis testamentum in vim vltimæ voluntatis sustinetur quoquo modo, ita etiam patris pactum. quasi testamentū inter liberos, quoad minus sollemniter factum admittitur substineri potest. l. hac consultissima. §. eo imperfecto, Cod. de testam. l. fin. vbi glos. C. famil. hercisc. l. fin. C. de codicill. Thessaur. in decis. prædicta num. 9. vide Cacheran. in dec. 101. Guid. Pap. in dec. 226. fo. mihi 360. quod valet inter liberos, de cuius successione agitur, secus contra extraneos, Ricc. in coll. dec. 2170. de Pont. in cons. 21. nu. 33. & 34. & cons. 10. Boer. in dec. 353. nu. 6. domin. de Frāch. in dec. 168. Vin. in dec. 410. Gail. in obseruat. 27. lib. 2.

Pactum appositum in instrumento censuali, vt debitor ad locum creditoris, à terra ipsius debitoris distante, censum asportare tenetur, reputatur pactum prædictum iniustum, vide Capibl. de auctor. baron. par. 2. cap. 78. nu. 9. Felic. de cens. lib. 3. cap. 3. num. 6. par. 2. Molin. nu. 137. nisi per moram facta interpellat. one.

Pactum de retrouendendo præscribitur per spatium triginta annorum, & quando est iuramento vallatum, efficitur perpetuum, vt sit pactum temporarium, Rouit. super prag. 1. de pact. de retroueēd. Hodiern. ad Surd. dec. 2. Gratian. in discept. forens. 742. nu. 2.

Pactum positum in instrumento creditoris cū Vniuersitate, quando contrahunt, & obligantur plures ciues, quod in casu mortis Ciuium obligatorū, teneatur alios Ciues subrogare in locum demortuorum, & hoc casu Collaterale Consilium indistinctè prouisiones expedit, viso tali pacto, vt Vniuersitas eligat personas tot diuites in locum demortuorum

suorum ad obligandum ad fauorem creditoris, Capibl.de auctor.baron.par.2.cap.67. nu.19.quia si Ciues obligati sunt mortui, & non adest tale pactum, non compelluntur Ciues ad aliud. quam ad simplicem cautelam, non ad instrumentum prædictum, & obligatio Ciuium non habet locum, nisi ex mandato Principis, & eius Regij Collateralis Consilij, quod est Ciuis pro Vniuersitatis necessitate obligentur, & Vniuersitas habet potestatem faciendi parlamentum, pro cautela creditoris.

Pactum de quota litis in procuratore reprobatur, & cum ab agendo repellit, l.litem C. de procur.& vide multa, & not.per Gozad. in cons.3.nu.24.& sequ.Io.de Amic.in cons. 148.nu.7.& sequ. Par.de Put. de excess.aduoc. col. 2. Guid.Pap. in dec.102. Afflict.in constit.aduocatos, Paris. in cons.19. volu.3. num.53.& sequen.vide Ant. de Alex. in l. si qui supra de postulan. & nemo cogitur inuitus officium procuratoris suscipere, secus in aduocato, & doctore, not.glos. in l. inuitus C.de procur.tu vide Felin.in Rub. de offic. iudic.nu.2. Limita in vassallo contra dominum, quia cum patroni militare videntur, l. aduocati, C. de aduoc. non permittitur eis. Secundo limita, vbi litigans haberet malam causam, l.rem non nouam, §.fin. C.de iudic. Tertio non cogitur patrocinari contra affinem, l.vt affinitate, ff.de procur. Quarto nō cogitur consulere in causa, in qua fuit aduocatus, Bart.in l.proxime ff. de his quæ in testam.del. Item nec sine salario cogitur patrocinare, Felin.in cap.1. nu.1.de offic. iud. & quid de pauperibus ibidem, an autem gesta per falsum procuratorem validantur, subsecuta ratificatione domini, vide Felin. in cap.nonnulli, extr.de rescrip. in §. sunt & alij nu.20 late per Corset.in repert.Felin.in verbo ratificatio, vbi concludit, opinionem Bar. in l.si testator, §. hoc iure, ff.de except. Quinto, quod dominus maior possit ratificare gesta per falsum procuratorem, siue sententia sit lata pro ipso domino, siue contra.

Pactum de non auantagiando filios, vltra filiam, ipsi filiæ factum, an valeat, vide pulchrum consilium dec. 184. & pro tenui facultate mea per totum vol.1. vbi multa videbis, circa materiam, l.pactum la prima, C.de pact.Item vide eundem cons.475.nu. 21.& 26.volum.3.& in cons. 578. num.4. & Cassan.in cons.24.per totum, & in cons.69. quod est vltimum, & an possit agere ad supplementum, vide Alex.in cons.32. prope finem vol.4.Bald.nouell.in suo tract.de dote, in 6.par.priuil. 16. col. 6. vers. & prædicta conferunt, Afflict. in constit.Regn. incip.in aliquibus, nu.50.& in constit. fratribus n.12. add.Alex.in cons.69.volum.1.& Barto. in l. filiæ, ff.de leg.3.& add. in l.qui pupillum, ff. vbi pupill.educ.deb.& in auth.quod locum C.de collat.Paul.de Castr. in cons. 109. super eo, & in cons.121, super primo quæsito, add.egreg.cons.7.Alex.vol.2.visis, & diligenter animaduersis, vide in consuetud. tut. fol. 126. versic. notanter dicit, vbi quid de filio dicente se contentum de relicto sibi à patre, vel filia dicente, se contentam de dote.

Pactum contra ius, vel bonos mores non valet, l. pacta, C.de pact. add. quod nec etiam pacto, pœna adiecta valet, & in regula, quæ contra ius, de reg.iur.in 6.l. iuris gentium, §. si quis, ff.eod. Amplia, vt procedat etiam si iuramentum fuerit appositum, vt in cap. si diligenti extr.de for.compet.si vero pactum est præter ius, valet pœna, sed non pactum, exemplum in stipulatione alteri facta, l.stipulatio ista, § alteri, ff.de verb.oblig.si uerò est secundum ius, utrumque ualet, erit tamē altero contentus, ut glos.not.in l.pacta, add. ad materiam Abb.in cap.de prec. & in cap. plerique circa finem de pact. quid de pacto contra naturalia, siue accidentalia contractus, Abb.in cap.1. de commo. & in cap.fi. de procur.add. quod licet ius de futuro, pacto remitti possit, non tamen renunciatione, vt per glos.in uerbo te filio in l.1.C od.de pact. limita tamen ut per Iacobin. in d. l. 1. num.13.pro cuius materià vide Gulielm.de Bened.in repet. cap. Raynutius, extr.de testam.in 2.par.in uerbo si absque liberis mortuus 2.num.94.& sequ.& an ualeat remissio facta per pactum, quam per simplicem remissionem, ibidem num.108.add.quod pactorum tria sunt genera, & quatuor uires eorum, in glos. in uerbo contra bonos mores, in d.l.pacta.

Pactum est loco pretij, ita est tex.ad quod semper alleg.secundum Bar.in l.fundi partem, ff. de contrah.empt.

Pactum factum inter coniuges constante matrimonio de remittendo lucrum dotis fieri non potest, & factum non tenet, etiam ob discordias sedandas, nec illam potest diminuere, nec donationem propter nuptias, Vrsill.in dec.Affl.154.nu.9. l.si constante in fin. C.de don.propt.nupt.

Paleæ nec fenum debent retineri intus habitatum, l.prouincialium, Cod. de erogat.milit.Ann.facit lex si alius, §.sed & alia, ff.quod ui, aut clam, l.si quis fumo, §.1. ff.ad l.aquil. Affl.in tit.de pac.tenen. §.post natale nu.15. in usib. feud. l. qui luminibus, ff. de seruit urb præd.

Papa de nouo concessit, & dilatauit sex menses Episcopis residentibus ad collationem beneficiorū, quæ prius erant quatuor, Petr. ad Gram.in dec.30.nu.9. Boer. in dec. 127. Couarr.pract.quæst.cap.1 nu.9. Fusc. de uisitat. lib. 2. cap. 28. & menses quatuor, qui prius erant Giugno, Marzo, Ottobre, & Decembre

cembre prius per concessionem dicti Summi Pontificis Episcopi conferebant beneficia,& in alijs otto Papa, Petr. ad Gram. in dec. 66.nu.8. & 4.

Par imparem non habet imperium,l.ille æquo §. tempestiuum, ff. ad Senatusconsult. Trebell.cap.innotuit de electio.

Pallium ferendũ, & eius hastæ in ingressu Episcopi, & in die Corporis Christi, fertur per Sindicum,& Electos Ciuitatis,& loci,tam de nobilibus,quã de ignobilibus, & cæteri autem nobiles præferuntur,qui sunt de corpore ciuitatis in honorantijs,& sic in istis,si hastæ pallij superant, & attenditur etiam loci consuetudo, & vti seruat Ciuitas Neapolis, sic debet seruari in cæteris Regni partibus, dom.de Franch. in dec.253.

Paragij dos debetur etiam in vita patris,l.fi.C. de doc.promiss.& paragium potest ascendere vsque ad virilem, dom.de Franch.in dec. 616.Afflict.in dec.12.

Paragium datur loco legitimæ, dom.de Frãch. in dec.618.

Paragium quod minus dotis esse non debet, quantum est istud paragium,dico, quod non est minus legitima, quæ competit ipsi filiæ familiæ, Arnon. in singul.35.auth. res quæ, C.commun.de leg. Fulgos.not:singul.68.& 90.etiam Salyc.ibi 2.not.

Paragium debetur sorori secundogenitæ,quãdo soror primogenita fuit dotata, & hæres instituta, secus quando non est hæres, & secundogenita est hæres,quia dictum paragiũ debet apprehendi à manu hæredis,vt in cõstit. Regn.incip.de success. de Pont. in cons. 21.nu.7.lib.1.

Paragium non solum per facultates consideratur, sed satis fore mulierem, digno Viro collocatam,Vrsill.ad Affl.dec.160.

Paragium in muliere nupta non potest trascẽdere legitimam,de Pont.in cons.45. num.5. vol.1.Affl.in dec.160. & dictum paragium non potest esse minus legitima, & quando est minus datur supplementum, de Pont.in cons.65.nu.2.3.8.& 17.& quando paragium est minus legitima,datur supplementum, n. 3.Affl.in dec.160.

Parentes filijs texaurizare debent, non autem filijs parentibus,cap prædicator 16.q.1.

Parlamentum non possunt facere Vniuersitates.absque officialis interuentu, & si vult facere parlamentum contra baronem,vel pro mouendis ei litibus, recurrunt in S.R.C.& ab eo obtinent prouisionem, & licet semel, & bis tantum,petita venia ab officiali loci,& non obtenta, possunt parlamentum congregare,& Sedilia Neap. congregantur absque licentia,dom.de Franch.in dec.466.

Parlamenta, & plateæ, non congregantur pro faciendis donationibus baronibus, & locis pijs absque licentia S. E. sub pœna arbitraria,& pecuniaria,pragm.1.de adminisť. Vniuers.

Parricidium est illud, quod propriè à filio committitur in personam patris, & matris,sed mandantis,& mandatarij,vnicum est delictum,& pęna vni imposita,ad aliud ostẽditur, l.non solum,§.si mandato, ff.de iniur. Carrer.in pr.crim. §. circa tertium,nu.163. Caual.com.opin.166.Capibl.de auctor.baron.vol.2.cap.31.nu.27.

Parricidium est quando quis occidit ascendentes,descendentes, & transuersales,l.1.ff.ad l. pompeiam de parricid. & probatur hoc delictum etiam per cognitionem cadaueris delicti in genere,quod fuit occisus ab ascendẽtibus,& pęna parricidæ est, quod virgis sanguineis verberatus,deinde culeo insuatur,cũ cane,gallo,scimia,& vipera,& in mare proximum culeus iactetur, vel bestijs subijciatur, l. vnic. C.de his, & hæc pæna habet tantum locum in occisoribus Patrem, Matrem, Auum,Auiã, & in cæteris verò consanguineis locum habet, l.Cornelia de sicar. l.1. & l pæna,ff.eod.sed fauore animæ, hodie prius suspenduntur,vel decapitantur,& mortui in culeo ponuntur,vt supra, & proijciuntur in mare, vt careant ecclesiastica sepultura, & sollemnitates iuris reseruantur, n.39.

Paria delicta,mutua compensatione tolluntur, Affl.in dec.150.nu.36.qui allegat,l.viro,atq; vxore,ff.sol.matr.

Paria sunt non esse, vel esse, & non apparere,l. duo sunt Titij,ff.de testam. tutel.

Paria sunt aliquid fieri in tempore, & conferri in tempore,l.quod sponsæ, Cod.de don.ante nupt.

Paria sunt aliquid fieri tempore prohibito,vel in tempus prohibitum conferri,l.in tempus, ff.de hæred.instit.

Paries quibus signis iudicatur communis, & præcipuè stantibus in pariete signi,Tessaur. in dec.219.

Paris de Puteo fuit Consiliarius Regis Alfonsi,dom.de Franch.in dec.393.& idem author in cap. quod incipit quidam de Regno Siciliæ,dicit in eodem suo tract.cap.incip.sequitur de modo,& forma sindicationis, quod in hoc Regno nunquam deponitur officium nisi per ingressum factum, & visis, & lectis commissionibus, nec habet iurisdictionem, nisi præstito iuramento, quia tunc acquiritur iurisdictio,quando præstat iuramentum de bene,&c.idem domin. de Franch. in dec. citata.

Partis confessio in possessorio facit obtinere, l. suborta de re iudicata.

Partes delinquentes nunquam possunt in captura delinquentium inimicorum interuenire,sed semper excipitur in mandatis,licẽtijs,& guidaticis superiorum,Petr.ad Gram. in dec.41.nu.11. Clar.in §.fi.q.36.vers. solet autem pęna in pract.crim.

Partes offensæ non possunt habere mandatum capiendi inquisitos,& in mandatis superiorũ

hoc

hoc particulariter excipitur,dummodo non interueniat pars offensa,Petr.ad Gram. in dec.41.nu. 11. & hoc fit ad euitandum scandala,quæ oriri possunt, nec birruarijs creditur de vi illata in capiendo delinquentes, Boss.in pr.crim.tit.de denunciat. nu.13.

Partis appellatione, in dubio hoc verbum pro medietate habetur, l.etiam, ff.de vsufruct.l. nomen,§.portionis, ff.de verb. signific. Affl. in dec.44.n.32.

Partus si in orbem viuus venerit, dato quod illico decesserit rumpit testamentum, l.2.& 3. C.de posthum.hæred.Corn.in cons.176. nu. 12.vol.2.

Parum est in Ciuitate iura esse, nisi essent, qui in executione mandarent, l.2.§. post originem,ff.de orig.iur.

Pascendi ius quando cōpetit baroni, vel Vniuersitati,vel singulis Ciuibus, vide retro in verbo Ius pascendi.

Pater cogitur iterum filiam suam dotare, l.fi. C.de dot.promiss.& in auth.de equal. dot.§. quæ vero coll.8.& hoc ex iustis causis, quæ supra notantur in l.quamuis,& l.seq.ff.solu. matr.& l.mutus §.1.de iur.dot. & si ammisit solutam ex iusta causa,non soluta videtur,l. quod si seruus,§.sed & si mutua,ff.de in rem verso,& è contra,quod fic, l.1. §.vnde quærit ò filius.de exercit. glos.in l. si cum dote, ff.sol.matrim.

Pater,& filius pro vno capite reputantur, Affl. in dec.370.vbi Affl.nu.8.

Pater non tenetur soluere pro filio delinquente,quatenus est in legitima, Petr. ad Gram. in dec.90. n.4. quæ legitima minus venit in confiscatione criminis læsæ Maiestatis.

Pater succedit filijs suis in aduentitijs, & Castrensibus,dom.de Franch.in dec.655.

Pater habet vsumfructum in bonis aduentitijs filij sui,l.cum oportet, C. de bon. quæ liber. secus est de feudis, quæ feuda sunt aduentitia filiorum, pater non habet vsumfructum de natura feudorum, nec quando succedit cum filijs suis,alio filio prædefuncto, in portione filiorū,non habet vsumfructum,dom. de Franch in dec.651.n.7.

Pater suam vxorem interficiens, tenetur dotes suis filijs restituere, eosque emancipare, & ista dotium consignatio,quæ fit filijs, fiat decretum iudicis mediante, Vrsill. ad Affl. in dec.349.n.1.& 2.

Pater potius seipsum alere tenetur,quam filiū suum,Petr.ad Gram.in dec. 67. nu.4. & potest suam dispositionem non sollemnem substituere inter liberos, non obstante inæqualitate facta succedendi inter eos, dummodo nemini auferat legitimam,Paschal.de patr.pot.par.2.c.8.n.29.

Pater tenetur dotare filiam suam pro modo facultatum suarū,dignitatis, & qualitatis suæ, dom.de Franch. in dec.616.

Pater non potest reuocare obligationem, quā fecit filiusfamilias suus, qui se cum alio accommodauit patrono,ad aliquam artem discendum,Vrsill.ad Affl.in dec.307.n.4.

Pater succedens vna simul cum filio suo in portione alterius filij prædefuncti, si ad secunda vota transiuit, ex quo erat proprietarius in portione filij,in qua successit,fit vsufructuarius,& in portione filij remansi nihil habet,dom.de Franch.in dec.573. Vrsill. ad Affl.in dec.75.num.5. & per totum, dom.de Franch.in dec.18.vide auth.de nupt. §. hinc nos coll.4.de secundis nupt. quod mater in bonis filij decessi ab intestato, succedit quo ad vsumfructum tantum de paternis, de reliquis plenum ius habet,si ad secunda vota transiuit,Ricc.in coll.dec.221. Gratian.in discept. forens.540.

Pater onustus duodecim liberorum gaudet sua immunitate, etiam si aliquis ex dictis filijs ante obtentum decretum moriatur, & post mortem patris, si mater cum dictis suis filijs communiter vidualiter viuit gaudet, etiam si aliquis ex dictis suis filiis, matri fint priuigni, Petr.ad Gram.in dec.54. n.3.l.1. C.qui num.liber.excus.lib. 10.l.si quis decurio, vbi Bar.C.de decurion. Arnon.in solliloqu.83. Guid.Pap.in dec.401. domin.de Franch.in dec.259.

Pater administrator filij minoris restituitur in integrum, sicut restituitur ipse minor, Ancharan in cons.330.Paschal.de vir.patr.pot. cap 2.nu.107.

Pater duodecim liberorum,qui gaudet priuilegiis sibi à iure concessis per numerum prędictum filiorum,filii sui non gaudent priuilegium patris, Petr.ad Gram.in dec.28.nu. 25.dom de Franch.in dec.259.

Pater tenetur de delicto sui filii, in quolibet munere publico patre sciente, Pet.ad Gram. in dec.2. nu.14. & an dominus tenetur de delicto famuli etiam ibi latissimè loquitur.

Pater non potest per filium suum criminaliter conueniri,& sic socrus à nuru,siue sit delictum leue,siue graue,sed solum vtitur ciuili remedio,& pater nō tenetur nisi in quantum facere potest, & sic socrus, ne dentur aduersus eos actiones famosæ, l.parens,vers. sed nec famosæ,ff.de obseq.præst.& pater nō potest carcerari pro debito filii, sed contrarium seruatur,si via Rit.M.C.V.proceditur dom.de Eranch.in dec.164.& 162.nu.8.vsq; ad nu.14.

Pater in bonis maternis filii habet vsumfructum,illa ratione,ne vno,& eodem tempore priuetur persona,& bonis,dom.de Frāch. in dec.161.nu.2.

Pater emens officium filio suo in vita,illud excomputatur in legitimā,si officiū illud vēdi potest,& ad hæredes singulares potest transire, alias non excomputatur, l.omnimodo, §.fin.C.de inoffic.testam.vbi Pau. de Castr. & Vrsill.in decis.Affl.138.num.6.

Pater

Pater remittens delinquenti mortem sui filii, admittuntur sorores, & fratres ad accusandum, Vrsill. ad Affl. in dec. 4. & 180. n. 7.

Pater, Mater, filia, & filii naturales, possunt vendicare mortem suorum parentum, sed non spurii, qui non possunt certum patrem demonstrare, & illi tales ad matrimonium dicuntur consanguinei, & affines, & de istis talibus loquitur de morte, & testamento.

Pater non potest alterare modum dotium restitutioni constitutum, nec filiæ præiudicare post dotem sibi assignatam liberam, de Pōt. in cons. 61. n. 2. vol. 1. l. quoties, ff. sol. matr. l. ob res §. si extraneus, ff. de pact. dotal. & claré cantatur in d. l. quoties, hæc materia, & vid. retro in verbo dotans. Et potest facere diuisionem bonorum inter filios, si velit, & est perpetuo valida, eam iuramento, vel præuia eorum emancipatione confirmare, Paschal. de vir. patr. pot. cap. 4. par. 1. n. 29. Io. Dilect. in tract. de art. test. tit. 3. cautel. 2. Amat. dec. 51. per totum, tex. in l. cum à socero C. de iur. dot. auth sed quamuis. C. de rei vxor. act. dicit patrem non posse alterare filiæ modū dotiū assignatarum, Paschal. de vir. pat. pot. cap. 4. n. 88. par. 1.

Pater non tenetur nisi in quantum facere potest, iuxta dec. dom. de Franch. 162. num. 12. & 108.

Pater, & filius vna, & eadem persona censetur, l. fin. C. de impuber. & aliis substit. quia vox filii censetur vox patris, & è contra, §. ei qui, Instit. de inutil. stipul.

pater tenetur alere filium suum, qualiter, & quādo habes in l. si patrem, C. de alen. liber. fallit tamen, si filius vult extra familiam, seu domum patris habitare, sine iusta causa, & ita intelligitur, l. si quis à liberis, §. non tantum, & l. pen. ff. de liber. agnosc. dum tamen filius non habeat vnde se alat, Aret. in cōs. 17. incip, consideratis col. 9 add. quod mater tenetur per triennium alere filium suum glos. in verbo ei, l. si competenti, C. de alend. liber. quod tamen limitat Bald. in l. sed & si hæreditas, §. quod autem, ff. ad exib. nisi mater non habeat vnde se, & familiam suam alat, præterquam ex operibus suis, à quibus oporteret cessare, si filium alere vellet, dec. Pedem. 45 nu. 10. add. quod modis filii dicantur naturales, Bald. in cons. 68. volu. 5. & ad materiam Rub. Cod. de natural. lib. vide Angel in §. si aduersus Instit. de nupt. & an filii legitimati possint quicquam contra, vel præter voluntatem testatoris legitimantis petere? vide Alex. in cons. 29. iuxta ca., vol. 4. & an huiusmodi filiis quiquam debeatur, & ad quā summam, vide late per Caccialup. in repet. l. si quis illustri num. 66. & 67. infr. ad offic. & istos filios naturales, pater etiam tenetur alere, auth. licet, C. de natural. liber.

Pater non tenetur iterum dotare filiam suam, quæ dotes sua culpa ammisit, vt ait Paschal. de vir. pat. pot. cap. 4. & 5. par. 2. & 3. nu. 17. & 161. per DD. in auth. hoc locum, C de collat. Cacher. in dec. 124. nu. 5. secus tamen est quo ad necessaria alimenta, nam ab eis non excusatur pater, quamuis filius suam portionem habuerit, eamque ludendo consumpserit, Giurb. dec. 5. n. 34. & 10. & sic licet mulieri vendere fundum dotalem pro liberando virum à carceribus, & sic pro redimenda eius anima, dom. de Franch. in dec. 237. par. 1. Socc. iun. cons. 116. vol. 2.

Pater de gestis per filium suum in eius præsentia, si non contradixit, & approbauit, ac consensit, conuenitur in solidum cum filio suo, absque principalis discussione, quod per auth. præsente, prius requirebatur, sed hodie est sublatum, & videtur obligatus simul cum dicto filio suo, & per dictum contractū sunt obligata omnia bona sua, tanquam factum per filiumfamil. in eius præsentia, Boer. in dec. 211. n. 7. & per totum.

Pater habet vsumfructum in bonis aduentitiis filii, præter nouem casibus exceptis, Ricc. in coll. dec. 221.

Pater obligatur pro restitutione dotis habitæ per eius filium, & plura ibi requiruntur, & consensus patris habetur pro iussu. Hodiern. ad Surd. dec. 47. n. 1. & seq. & Paschal de vir. patr. pot. cap. 7. par. 2. nu. 78. & pater obligatur ad restitutionem dotis receptæ, vel ei donationē propter nuptias assignare præsente, & non contradicente, alias tenetur, quatenus est in peculio, & probatur versum in eius vtilitatem, & si non potest vxorem idoneam inuenire tenetur pater pro filio se obligare.

Pater tenetur dare dotem mulieri existenti penes filium, ad onera matrimonii subeunda, qualiter autem patri caueatur, vt non possit in posterum conueniri, Bal. in cons. 129. vol. 4. l. si Titius, & l. si maritus, ff de verbor. oblig. & in tit. familiæ herciscundæ.

Pater succedit filio suo in aduentitiis bonis acquisitis, & Castrensibus, dom. de Franch. in dec. 655. n. 2

Pater cum suo filio incriminatus, maius tormentum incipitur à filio coram patre, quā à patre, quia pro affectu, magis in liberis parentes, quam in seipsos terrentur, & pulchrū consilium ponit Isern. in cap. 1. §. publici latrones, de pac. ten. Rex Carolus inquisitum duci fecit patrem, & filium in furca, quando simul de delicto erant criminati, & cū pater viderit filium suum prope furcam, statim fuit confessus, quod pater ipse commiserat delictum, & sic pater confessus fuit statim laqueo suspensus, liberato tamen prius filio suo prædicto innocēte. Gandin. in suo tract. malefic. in tit. de quæstion. & torm. l. 3. ff. de eo, quod met. caus.

Pater est obligatus promittere antefatum pro

Dd filio

filio, & si obligatur pro dote restituenda pro filio, si soluit repetit eam à filio, si de suo tantũ soluit, non autem de bonis filij, Fab. de Ann.in conf.77.nu.8.

Pater non potest filiam suam dotare de bonis matris inuitæ, l.nequam mater, vbi DD.de iur.dot.Girard.in sing.71.

Pater non habet vsumfructum in bonis filij, institutis ambobus hæredibus ab extraneo, Aret.in §.1.colum.pen.instit per quas person. nob.acqu.Glos.in l. 3. de vsufruct. quæ ponit casus, quando quæritur vsusfructus patri, Dec.in conf.393.num.7. & in casibus in quibus non quæritur patri vsusfructus, filius habet legitimam personam standi in iudicio, Ias. in §. pœnales.instit. de action. num.88.

Pater, & filius censentur, quid miserabile, & inreparabile, Bald. in l non plures in fin.Cod. de sacros. eccles. latè Alexan.in conf.44. col. 1.nu.1.

Patientia pro consensu habetur, cap.cum in plures, §.locator, ff.locat. l. item quæritur, eod.tit.

Patientia præstita, & eius beneficium in vicino sciente, & patiente opus factum, non idẽ potest vicinus agere, vt opus destruatur, latè describitur per Reuerendiss. Ricc. in coll decis.3104.in 8.par.super l. labeo, ff.de aqu.plu.arcen.& actus præiudicat, vbi actus fit iure suo parte contradicente, & opponente, ita quod sequuta patientia incipit quasi possessio, & sic præiudicat patientia vassallorũ in actibus factis à barone, quod in dubio patientia simplex, & scientia in dubio potius causa gratitudinis, & familiaritatis, quã aliter præsumuntur, & quod vbi agitur cum persona potenti sola murmuratio, & contradictio facto, vel verbo, explicata conseruat possessionem, quamuis parti aduersæ non sit notificata, Nouar.grauam.27.nu.14.de grau. vassal.Franc.Marc.in dec.Sen.Delphin.497. nu.17.& 26.

Patria potestas inestimabilis est, l.filiusfamilias §.secundum vulgarem, ff.de leg 1.

Patriæ amor dulcis, & suauis, l. qui habebat, ff. de leg.3.glos.in l.veluti, & ibi etiam DD. ff. de iust.& iur.

Patria magis quam totus mundus amatur, Mastril.in dec.38.n. 13.

Patria potestas in publicis iudicijs, & delictis consideratur, Vrsill.ad Afflict.in decis. 151. num.14.

Patrocinium Aduocati, & Procuratoris soluitur, & taxatur Iudicis arbitrio inspecta qualitate personæ, causarum, & consuetudine, Carab.in tract.sindic.official. fol. mihi 129. num. 136. & non est soluendum quantum fuit promissum, aut solutum, sed tantum quantũ iustum Iudici videbitur, Carab. par. 2.fol.137.

Patronus cognoscens suam propriam seruam, non punitur criminaliter, etiam si dominus est vxoratus, Boss in sua pr.crim. in tit. de coit.damn, & punib.num.28, l.inter liberos, ff.de adulter.l.serui, C.de adulter.

Paupertas non infamat, nec maculat familiam sed conditio satis dispar, uel aliqua infamia notata, à qua familia denigratur, vt non possit reparari.Capibl de auctor. baron. par. 2. cap.65.num.8.Peguer. in decis. Catalon. 13. num.41.

Pauper debet habere acta Curiæ gratis, quando inquisitus reperitur, vel in Curia litigat, dummodo omnia eius bona Curiæ formiter renunciet, Constit.Regn.incip.lege præsenti, vbi Affl.

Pauper dicitur ille, qui plures habet filios, & paupertas relinquitur Iudicis arbitrio, Petr. ad Gram.in dec.85. num. 7. Vrsil. ad Affl. in decis.179.n.6. & paupertas excusat à periurio, & solutione sportularũ Iudicis, Notarij, & Actuarij, & Iudices per Regios superiores, expediuntur prouisiones, quod veniant acta gratis, constito prius de paupertate, Petr.in dec.prædicta num.10. sed actuarius accedens ad examinandum testes extra locum iudicij, pro causa paupertatis, non tenetur gratis accedere, sed sumptibus fisci, & paupertas habet multa priuilegia, & excusat à periurio.

Pauper dicitur pater, qui habet plures filios, & vassallus pauper, qui habet plures filios, si non præstat seruitium Regi non debet feudo priuari, Vrsillus vndecim habuit filios ex sua vxore vocata Portia Sarriana de Neapoli, remanserunt ei septem ex morte, sex fœminas, & vnus masculus in anno 1564. Vrsillus prædictus hoc refert in sua dec.179.n.6.

Pauperes inter personas priuilegiatas connumerantur, & habent similiter fori electionem, Vrsillus in decisio. Afflict. 257. 56. & 221.

Pauper ille dicitur, qui habet solum quinquaginta in bonis, l. nonnulli, ff.de accusation.

Pauper appellans fatalia contra eum non currunt, l. si procuratorem, §. ignorantes, ff. mandat.

Pauperi appellanti, copia processus est ei danda dilatione sublata, l.tam dementis, & ibi glos.in fi.C.de epist.aud.

Pauperes non possunt esse testes in causa, nisi habeant in bonis tantum quantum est valor causæ, super qua deponunt, vide Nunc. Tartagl. in pract. Magn. Cur.Vicar.in add. ad tract.de defension.reor.in fin. quæ fit per Innoc. Vital.

Pauper dicitur nobilis, qui habet plures filias maritandas, licet habeat aliqua bona, propter huiusmodi onus dicitur pauper, Bald. in l.si quis, Cod. de episcop. & cleric.

& in

& in auth. præterea infr. vnde vir, & vxor, vbi etiam Salyc. Alexan. in conf. 126. in hac hac hesitatione col. 2. vers. sexto adduco, vol. 4. Alba. in cons. 69. n. 7. Ioseph. supra in Rub. de donat. inter vir. & vxor. extr. fol. 14. nu. 11. § 11.

Paupertatis incommoda, & diuitiarum commoditates, late de eis tractat Hyppol. de Marsil. in l. 1. §. præterea. num. 2. ff. de quæstion.

Peccans quis propriis suis manibus, propriè sodomita appellatur Angel. de malefic. in suo tract. crim. in verbo, che hai adulterato la mia donna nu. 54. vers. aug. tu autem, & de multiplici modo peccandi contra naturam, vide vt dicit tex. in cap. Adulterii malum 32. q. 7. glos. in cap. omnes accusationes eadem causa, & quæ in isto delicto enumerantur, ille qui peccat propriis manibus se corrumpit, & text. in cap. 1. flagitia, 32. quæst. 7.

Peccata tanto sunt grauiora, quanto infelicē animam detinent alligatam, Vrsil. ad Affl. in dec. 13. nu. 7.

Peccare humanum est, Diabolicum perseuerare, & Angelicum est emendare, Vrsill. ad Affl. in dec. 30. nu. 5. Tiraquell. in tract. de pęn. n. 25. & 28.

Peculio aduētitio, cui patri non quæritur vsusfructus, filius potest disponere inter viuos, secus in donatione causa mortis, Aym. in cons. 84. nu. 9. & cons. 92. nu. 1. & peculium profectitium non publicatur, publicatis bonis filij, quia in eo pater habet dominium, l. centum, vbi glos. ff. famil. hercisc.

Peculium castrense, quasi castrense, & aduentitium, hodie peculia prædicta non conferuntur, nec veniūt in collatione, præter profectitia, l. vt nemini, C. de collatio.

Peculio aduentitio, pater potest habere vsumfructum, dominus de Franch. in decis. 27. num. 8.

Peculia tria filius habere potest, quorum vnū vocatur castrēse, seu quasi castrense, alterum profectitium, & tertium aduentitium, vt in l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. Paschal. de vir. patr. pot. cap. 3. nu. 2. par. 1. & in peculio ca strense, vel quasi pater non habet nisi cōmoditatem, in profectitio, habet proprietatem, & vsumfructum, & totum pleno iure acquiritur patri pro aduentitio habet tantū vsumfructum, & quando filius negotiando acquirit aliquid cum pecunia paterna, citra suum periculum, debet omne communicare cum fratribus in diuisione, post mortem patris, & alia sequ.

Peculio aduentitio, quis de eo testari potest, & disponere, relicto tamen patri debito bonorum subsidio, dom. de Franch. in decis. 396. num. 4.

Pecuniam ex delicto perueniam, quis accipiēs, delictum approbare videtur, Vrsill. ad Affl. in dec. 369. nu. 3. i. ex delicto defuncti.

Pecunia in ludo mutuata, pro eius recuperatione, non datur repetitio, etiam extraneo, Petr. ad Gram. in dec. 40.

Pecuniaria pœna, seu condemnatio pecuniaria est baronis, etiam si merum imperium non habet, dummodo publicationem bonorum non contineat, Foll. in pract. crim. fol. mihi 117. nu. 174. vers. audiantur excusatores.

Pecunia cusa in Regia Curia huius Regni, cuiusuis qualitatis non extrahatur per mare, nec per terram, sub pœna mortis naturalis, & confiscationis omnium bonorum, vltra intercepti perditam, & in eadem pęna incurrunt complices, fautores, & nautæ, & punitur attentatum, ac si esset consummatum, verum monetæ exteræ alterius stampæ, non comprehenduntur in præsenti pragm. 27 in prætermissis de monetis, fol. mihi 692 col. 1. nec aurum, vel argentum in massa, vasi, &c. nec infra, nec extra Regnum extrahantur absq; Proregis licentia sub pœna prædicta, pragm. 16. de ex tract. animal.

Pecunia, & bona dicuntur sanguis noster, & sine eis vita nostra stare non potest, Vrsill. ad Affl. in dec. 13. nu. 25.

Pecunia in tempore non soluta potest accipi ad cambium, transacto permisso tempore, Vrsill. ad Affl. in dec. 93.

Pecunia mutata, si est facienda solutio, attenditur tempus contractus circa valorem, & bonitatem monetæ, quia si communiter moneta pro tanto expenditur, & non est tanti ponderis, creditor non tenetur eam recipere, Vrsill. ad Affl. in dec. 90. n. 1.

Pecunia fiscalis non potest mutuo dari sub pęna quadrupli, l. 1. & 2. C. de his. qui ex publica ratione mutuam pecuniam acceperunt, Tasson. super pragm. de antefat. vers. 3. obseruat. 3. num. 355. de Pont. in dec. 16. 21. & 7. comprehendit etiam thesaurarios.

Pecuniam, quam debitor vult suo creditori soluere, ante debitum tempus creditor non tenetur eam recipere, quando est timor mutationis monetæ, quia præsumitur fraus, Vrsill. ad Affl. in dec. 90. nu. 3. & 194. & siue sic mora, siue non, nullum præiudicium est creditoris, dec. prædicta.

Pecunia mutuata sine lucro, hodie non repeririuntur homines sic caritatiui, quia personæ quæ gratis mutuant, possunt esse personæ memores Euangelij, mutuum dantes, nihil inde sperantes, Vrsill. ad Afflict. in decis. 91. nu. 11.

Pecunia destinata ad aliquam emptionem rei stabilis, res stabilis dicitur, Vrsill. ad Affl. in dec. 399. n. 4.

Pecunia est secundus sanguis noster, notāt DD. in l. aduocati, C. de aduoc. diuers. iudic. per glos. in l. vitam, & vt ait Socc. in l. 1. col. 11. ff. sol. matr. pecunia est fideiussor futuræ necessitatis,

sitatis,vide etiam Bald.in l.illicitas, §.ne potentiores,ff.de offic.præsid.add.quod officiũ aduocationis est laudabile, & necessarium vitæ hominum,l.laudabile,C.de aduoc. diuers.iudic.& in l.1.C.de aduoc.fisc. add. videm. Franc.Luc.in tract de fisco, & eius priuilegio in princ.nu.97.in 6.vol. tract. & in l.vlt.C.de bon. aduoc. vide Placent. in tract. de iudic.tit.2.nu.2.vol.12.tract.Io.Oldédor. in tract.de vsucap.§.aduocatorum nu.1.vol. 16.Dyn.in tract.de præscript.n.4.eod.vol.

Pecuniam quis dans suo aduersario, habetur pro conuicto in causis fiscalibus, Bald.in l. transigere n.22.C.de transact.

Pecuniam Reipublicæ,& publicam, vel Principis administratores,electi, & alii eam furantes,vel vsurpantes ac surripientes puniũtur prima vice pæna,l. Iuliæ peculatus, non autem furti simpliciter, & sic capite puniuntur,§.item lex Iulia,instit.de public.iudic.vbi glos.

Pecuniam appetere,est naturale omnibus mortalibus,l.si chorus,ff.de leg.3.Vrsill.ad Affl. in dec.13.n.23.

Pecunia est fideiussor futuræ necessitatis, Philosoph.in 5.ethic. Bald. in l.2. C.de constit. pecun.

Pęnam exigere,& reum possidere iniquum est, tex.in l.apud Celsum,§.labeo,ff.de dol.mal. except.

Pæna Regiæ Pragmaticæ,quæ imponit transgressoribus delinquentibus pęnam fisco applicandam possunt barones eas exequi,& exigere contra suos vassallos culpatos,& Curiæ baronali applicare,Tasson. super pragm. de antifato vers.12.obseruat.1.n.121.

Pęnis alternatiuis optio datur Iudici, Abb. in cap.crapula,in glos.fin.quod illam glos. de vit.& honest.cler.

Pœna imponi debet per Iudicem, vt tenet gl. in cap.per venerabilem in vers.separasti, qui fil.sint legit.

Pœnæ inferuntur personis secundum qualitatem illarum, l.nemo clericus in fine, & ibi glos.C.de summ trin.& fid cathol.vbi serui magis puniuntur, quam liberi, add. Alberic.in l presbyteri,infr.de episc.& cler.Bald. & glos. in cap.1 §. rusticus in fin. de pac tenen.Bart.in l.capitalium, §.serui cesi, ff.de pęn. tex. & glos.in l.desertorem,§. pęna militum,in verbo torquetur,ff.de re milit. vbi Bart.

Pœna vbi non est expressa,vel taxata, tunc debet imponi extra ordinem Iudicis arbitrio, glos. in l. nemo martires in verbo distrahat, C.de sacros.eccl.Ias.in l.iubere cauere,7.col. ff de iurisd. omn. iud. voluit Abb.in cap.1. col.12.extra de iudic.

Pęna capitalis imposita à l.vnic.C ne Christiani mancip.hæretic.quid significet vltra glo. in d. l. in verbo capitali, notat Imol. in l.2. colum.3.vers.item add.ff.de public.iudic. & Dec.in l.imperium,supra 2.glos.ff de iurisd. omn. iud. & nota, quod vbi statutum imponit simpliciter capitalem pęnam, intelligitur de minori.i.exilium, las. late in l transigere C.de transact.Ios.de Anan. in cap. qualiter, & quando io 2.extr. de accusat. tenet per d glos.in verbo capitalem, quod si à lege,vel statuto imponatur pæna capitalis, nõ intelligitur de actuali, idest capitis amputatione, sed deportationis,vel perpetui exilij, limita nisi statutum imponeret pænam capitalem pro delicto, pro quo lex communis imponit pænam mortis. Secundo si lex, vel statutum exprimeret alias pęnas mortis, & postea nominet pæna capitis, quia intelligitur de morte naturali. Tertio, vbi lex,vel statutum diceret puniatur pæna capitis,si alia lex,vel statutum declaret istam pænam stabitur huic declarationi, ita Felin. in alleg.c. §. ad corrigendos, vers. vltimo tangit hic, nu.27.

Pęna triremium est ignominiosa, & infamatoria,& de iure clericis non infligitur, secus de cõsuetudine seruatur,Ricc.in prax. for.eccl. resol.104.n.1.par.2.

Pęna delicti de vi publica,tenetur ille, qui armata manu cum iusta hominum armatorũ aliquem insultauerit,ac etiam de dicta pæna tenetur is, qui solus armatus in publico itinere aliquem insultauit, Thesaur.in dec.35. nu.6.& 7.

Pęna delinquentis minuitur, ob lapsum longi temporis,l.si diutino, ff.de pæn.vbi Bar.Tesaur.in dec.76.

Pęna non debetur in prætorijs stipulationibus, nisi cum interesse concurrat,Tessaur.in dec. 79.Ozasc.in dec.Pedem.11.n.13.& in prædicta dec.Tessaur nu.3.

Pęna mortis à sacris Canonibus incognita, refert hoc Gram.in vot.crim. 20. & pęna perpetui carceris non datur hodie de iure ciuili,l.aut damnum,§.solent,ff.de pænis,Tasson. de antifat.obseruat.4. vers.3.num. 76. dicit, quod datur carcer ad terrorem, & ad custodiam.

Pęna corporalis non imponitur absque dolo, Crauett.in cons.2.n.15.

Pęna ordinaria homicidij puniri non debet ille qui confitetur casualiter commisisse homicidium,non ex præposito, Crauett.in consi. 2.nu.20.

Pęna mortis quis pati non debet pro primo delicto,quantumuis graui,& enormi, Boer. in dec.177.n.9.

Pęna ex quibus causis augetur, vel minuatur, habes in glos.in verbo certis rationibus, in l.3.Cod.ex quib.caus.infam. irrogat. tu vide vltra l.2.ff.de term.mot. & alias in d.glos.allegata, l.3.ff.de pæn.l.quædam l.hodie, & l. non potest ff.de pæn. & l.1. ff. ad Turpill. & nota,quod si iudex pænam corporalem conuertat in pecuniariam, non est locus d. l. 3. super

super alleg. vt ibi ait Faber, add. pulchrum vot. Gram. 14. in princ. & an Iudex, qui potest imponere pœnam arbitrio suo, possit grauiorem imponere, Innoc. in cap. inquisitionis, extr. de accusat. tenet quod sic, not. Bar. in l. si qua pœna, ff. de verb. oblig. Abb. in cap. cum te de re iudic. Felin. in d. cap. inquisitionis, tenet cōtrarium Rom. in repet. Rub. ff. de arbitr. tutel. tu vide Felin. in alleg. loco, Item an possit arbitrari pœnam perpetuam esse imponendam, vel temporalem, & quid de pęna mortis, vide eundem Felin. in cap. ex literis de constit. nu. 42. & 49. add. quod etiam si statutum, vel lex dicat Iudicē posse imponere pænam suo arbitrio, & eam moderare, nequam hoc casu possit imponere pænam mortis, Feli. in alleg. loco, & quid si dicat, qui fecerit tale delictum, capite puniatur, vel plus arbitrio domini potestatis, vide Bald. in l. si post tres, ff. si quis caut. & in l. 2. C. de probat. vbi dicit, quod non poterit sumere pænam valde maiorem, & quando Iudex possit pænam mutare, augendo, vel minuendo, vide plene per Felin. in cap. qualiter, & quando il secondo, §. corrigendos, extr. de accusat. & Isern. in tit. quæ sint regalia §. & bona committentium, add. quod tortura non infamat. nam quandoque testes torquentur, l. nullum, & ibi glos. C. ex quib. caus. infam. irrog. tu vide Marsil. in l. de minore, §. plurimum quoque nu. 24. & sequ. ff. de quæst.

Pœnam venientis contra transactionem iuratā habes in l. si quis maior Cod. de transf. & not. Mathesil. in l. prædicta n. 51. qn̄ cōtraueniēs cōtractui iurato, efficitur infamis, & sequitur Curt. hic in prin. Alex. in cons. 85. vol. 1. & an dispositio d. l. procedat in præstatione fidei, vide Ias. in §. item si quis lo secundo, col. 13. add. Mant. in repet. d. l. si quis maior, Ancharan. in cons. 64. Crot. in cons. 22. nu. 10. vbi an requiratur sententia declaratoria, & quod pęnę d. l. non habent locum, nisi quis dolosè contrauenerit, & an locum habeant in omni contractu iurato, vide Cassiador. in dec. 2. extra de iureiur. vbi allegat Alexan. in cons. 85. non puto, vol. 1. dicentem communiter teneri hanc legem habere locum in omni contractu iurato, & an iuramentum super contractu oppositum, transeat ad hæredes, vide eundem Cassiodor, ibid. & Bald. in l. 2. infra plus valere, quod agitur, & in l. 2. infr. de fruct. & lit. expens. & an locū habeat pœna d. l. in hæredibus contrauenientibus iuramento, vide Cagnol. in repetitione d. l. si quis maior n. 200. & Iacob. de Beluiso in c. Romana, §. contrahentes de for. compet. in 6. nu. 42. & 48. & Gram. in cons. 100. n. 68. & seq. in ciuilibus, & Bertrand. in cons. 191. nu. 4. vol. 1. Item non habet locum lex ista in fauorem prius contrauenientis, Ruin. in cons. 58. nu. 2. vol. 1. adde, quod ista lex locum habet etiam in compromisso iurato, de quo vltra modernos hic, vide Alberic. Brun. in cons. 48. n. 9. & sequ. An autem iuramentum sine verbis præstitum obliget, vide Corsum in 3. lib. indagn. cap. 9. add. singul. consi. Roland. à Valle 57 vol. 1. vbi ponit multa requisita, & not. & dispositio d. l. procedit etiam in censuario, & emphyteuta, vt si non soluerint in tempore iurato, cadant ab eorum iure idem Rolan. in cons. 6. num. 41. & sequ. & in cons. 8. nu. 41. prout etiam firmauit Cassiad. in alleg. decis.

Pęna corporalis non debet irrogari pro minima pęna pecuniaria, Socc. in cons. 85. vol. 2. n. 22. Boer. in dec. 149. n 7.

Pœna pecuniaria non extinguitur per mortem Bar. in l. ex indiciorū infra de accusa. *Barbat.* in cons. vlt. vol. 1. vers. ad quintum, & sextum l. lege Cornelia eodem tit. & per me ante in add. ad l. 1. ff. ad Senatusconsult. Syllan.

Pęna quādo imposita est à lege ex delictis defunctorum, transit ad hæredes veluti si pro delicto pænam irrogat ipso iure, secus si à Iudice, ita Anast. plato in cons. 65. colum. 4. vers. ad quintum, & sextum, Inter cons. Barbat. vol. 1. & quod ita limitatur tit. Cod. ex delict. defunct. in quantum hæredes, & habetur latissimè per Igneum in l. Caius, ff. ad Syllan. qui prædictum intellectū impugnat nu. 15. & sequ. limita nisi actio competat ex delicto, & succedat in locum actionis, quæ ciuiliter intentatur, quia tunc vt illa transitoria erat, ita, & hæc, quæ in sui locum succedit Rom. in l. si quis missum §. actio ista, ff. de damn. infect. add. ad materiam Alex. in l. eius qui, ff. si cert. pet. add. quod actiones cōpetentes creditori, siue hæredi contra defunctum, confunduntur a ditione hæreditatis, vltra tex. in l. si adulta, C. de hæred. action. vide Paris. in cons. 69. nu. 33. & seq. vol. 2. & Curt. in repet. l. debitori tuo, sup. de pact. & limita vt ibi per eum.

Pęnam contumaciæ, non autem delicti principalis, sed bannitionis, & foriudicationis esse remittendam foriudicato, alium foriudicatum occidenti, ex constitutione Regni incip. pęnam eorum, Merlin. in cap. 63. forens. controuers.

Pęnarum, & multarum impositio est iurisdictionis, l. 1. ff. si quis ius dic. non obtemper. l. 1. Cod. de mod. mult. Guid. Pap. in dec. 423. Capibl. de baron. par. 2. cap. 71. nu. 11. & sic Vniuersitas non potest eam imponere, dum non habet mixtum imperium, nec exequi, sed omnia per officiales baronis tantum.

Pęna perpetui exilij ab hoc Regno imposita per Regiam pragm. contra impendentes, seu vendentes falsam monetam adulterinam, habet locum etiam contra ementes, quia pæna imposita venditori alicuius rei prohibitæ, intelligitur imposita etiam emptori illius, Merlin. in cap. 18. controuers. forens.

l. vete-

l.veteres,ff.de act.empt.l.culpa,ff.de malefic. cap.aliquanti,26.q.5.

Pena quando venit fisco applicanda, etiam quod sit pecuniaria,est criminalis causa, dū venit ex delicto,Bar. in l.agraria,ff.de term. mot.Capibl.de baron.super pragm.5.n.106. vol.1.

Penalibus, & odiosis, masculinum non comprehendit feminimum, idest quando aliquis viduam,vel alij nuptam corruperit, in insulam deportatur, & tamen non loquitur in ipsa vidua, & nupta, quod similiter debeat deportari,cum sit in pari delicto, l.quamuis cum sua,auth.Cod.de adulter. Boer. in dec. 316.nu.7.l.1.§. quare si ita exhæredatio, ff. de ventr.in poss.mittend.licet sit opinio pro, & contra, tamen arbitrio Iudicis relinqui debet,Cāpagn.in Cap. Regn.incip. ad hoc, quod nostrorum,de furt.

Pæna peculatus, hodie est pœna pecuniaria nōnupli,& ita est Rit.Regiæ Cameræ Summariæ in tit.de non positis, aut subtractis in quinterno officialis, qui Rit. pariter imponit pœnam nonupli, quando in rationibus non posuit omnem quantitatem pecuniæ exactam, nisi antequam attingatur per inquisitionem,& conuincatur, quod ipse scripserit in libro introituum,nam eo casu,pænam nonupli euitat,de Pont.in cons.22. nu. 3.par.1.

Pena vnius,est metus multorum, l. aut facta, §. nonnunquam,ff.de pæn.

Pena certa, quando in iure non reperitur pro delicto,est arbitraria Iudicis, l.1.§. expilatores, ff. de effract. & expilat. l.sanctio, ff.de pæn.glos.in l.nemo martires,Cod.de sacrosanct.eccles.

Pena suos debet tenere authores, & non alios non delinquentes,l.sancimus.C.de pæn.cum suis concord.alleg. in glos. dom.de Franch. in dec.126.n.1.

Pena iudicis negligentis iustitiam facere, est officij priuatio,l.si quos iudices, C.de offic. præfect.prætor.orientis,l.quicumque, C. de diuers.offic.lib.12.

Pena est proportionanda delicto, l.milites, ff. de cust.reor. l.fin. ff.de pœn. & l. respiciendum.

Pena duplici,quis pro vno delicto, puniri non debet,& est indignum, cap.at si clerici de iudic.Boer.in dec.292.n.9.

Pena in delictis, qualis est ordinaria, & qualis est extraordinaria,vide Peguer.in dec.7.Catalon.nu. 16. & ibi de pœn. arbitrar. tractatur, & quod iudicis arbitrium extenditur vsque ad mortem,& punitur attentatum,ac si esset consumatum in delictis de iure, secus est de consuetudine,n.12.

Pena exilij de iure non potest imponi, nisi per officiales habentes merum imperium, cum sit pœna capitalis,Bar.in l.imperium, n. 10. ff.de iurisd.omn.iudic. Mastril. in dec. Sicil. 38, num.10.

Pena pænæ non debetur,nec vsura vsuræ, nec lucrum ex lucro, Capiblan. in suo tract. de author. baron.. in singul. 198. in fin. oper. par.prima.

Pena capitalis,in dubio accipitur pro exilio,& interpretatur tanquam pro minori, l.1. in princ. Cod. ne Christianum mancipium, & de pœnarum interpretatione,in dubio præsumitur in benigniorem partem, l. merito, ff.pro soc.l.in possessionem C.de vi publ.vel priuat.l.fi.C.ad l.Iul.repetund.

Penis fiscus est omnibus posterior creditoribus,Capibl.de baron.vol.2.cap.38. num.15. l.proculus,ff.de damn.infect.l.fi. ff. ex quib. caus. maior. etiam creditoribus actionem criminalem habentibus,est posterior.

Pena adiecta per testatorem in casu reuocationis testamenti,non valet, Vrsil. ad Afflict. in dec.69.

Pena non potest commutari in delictis. vbi veniti imponenda pœna mortis naturalis,& mutilationis membri,inconsulto Prorege,quando in pecuniariam commutatur,vel componi minime potest,pragmat. 2. §. 1. de offic. iudic.

Pena hodie in Regno datur nobili capitis, & ignobili furcarum, nobili relegationis, & ignobili remigationis; exilij pœna est communis,& de consuetudine, licet quis perdat priuilegium nobilitatis in delictis exceptuatis, idest in crassatoribus viarum,læsæ Maiestatis,& similia, &c. ingregoriana posita de iur.communi de dicta consuetudine reputatur nobilis,dom.de Franch.in dec 569.

Penæ maior pars in Regno, hodie consistunt in condemnando ad mortem deportando, relegando,nobiles, condemnando ad triremes ignobiles, & exilium temporale, quod cadit tam in nobilibus, quam in ignobilibus,dom.de Franch.in dec. 116.n.29.

Pena Curiæ baiulorum, non possunt angustalem excedere, Reg.pragm.1.de offic.baiul.

Pena Talionis hodie non seruatur, vid. Arnon. in comment.14. Bar.in l.si cui.ff.de accusat. Montem.in pract.Cur.Archiepisc.cap.23.n. 2.fo.mihi 138.

Pena contra non obseruantem contractum, etiam in foro poli,non potest exigi, Abb. in cap.tua nos de appell. & pœnæ legales si sūt iustæ possunt tantum exigi, & quis non potest habere rem,& pœnam, quia si rem habet, pœnam exigere non potest, Vrsill. ad Affl in dec.135.n.1.& seq.

Pena obligatorum, & instrumentorum liquidandorum, sed prima facie videntur criminales pertinent ad Curiam ciuilem, & ad eius ciuilem iurisdictionem, Foll. in pract. crim.vers.audiantur excusat. fol. mihi 117. & 174.

Pena Talionis, & quod querulans obligatur creditori de quærelam persequendo,& eam proban-

probando, ab illa recessit, & hodie non seruatur, Carau. in Rit. M.C.V. 203. n. 2. & 3. & accusatore desistente. & remittente, loco partis est fiscus.

Pęna Curiæ, hodie exigitur ad rationem granorum decem pro singulo ducato pro pęna periurij, & remittitur tertia pars. & aliquando medietas, domin. de Franch. in decis. 366. num. 13.

Pęna priuationis officij, an intelligatur si non adest declaratoria, Petr. ad Gram. in dec. 40. num. 10. Rouit. super pragm. 3. de milit. & dom. de Franch. in dec. 467. & an inferatur in absentem, vel priuatus ab officio possit illud habere ex noua concessione.

Pęna minoratur per senectutem, iuuentutem, fauorem, vel ebrietatem, propter iustum calorem iracundiæ, propter nimiam hominis excellentiam in aliqua arte, vel ingenio, vt fuit minorata pœna mortis cuidam minori, qui occisit Alguzerium M.C.V. ex acta astu tia, vt refert Vrsil. ad Affl. in dec. 287. nu. 7. Marant. fol. mihi 62. n. 84. & an sit iudicium, qui minor delinquens fuit condemnatus post tres annos carceris, ad pœnam ducatorum tercentum Reg. Cur. & ad sibi præstandum vnum mancipium.

Pęna perpetui carceris hodie est interdicta, & non possunt iudices reos ad perpetuas carceres damnare, per tex. in l. aut damnum, ff. de pœn. sed Bald. in l. incredibile, Cod. de pœn. tenet quod ex causa iudex potest condemnare ad perpetuum carcerem, & Afflict. in const. Regn. incip. hij qui per inquisitionem n. 11.

Pęnam remittere potest Iudex, attenta qualitate personæ, & delicti delinquentis, Petr. ad Gram. in dec. 107. n. 4.

Pęna criminis stellionatus punitur ille qui deliquit, & non reperitur pro delicto alia certa pœna à iure stabilita, & tunc punitur pæna dicti criminis stellionatus, l. 3. ff. de crim. stell. Muscatel. in pract. crim. de extractio. n. 123. vt petens plus debito puniatur.

Pęna omnis pecuniaria magna, vel parua ad fiscum spectat, l. agraria, vbi Barto. ff. de term. mot. & l. sepulchri, C. de sepulchr. viol. si vero pænæ erunt conuentionales, quæ de iure peti possunt, parti applicātur, & non fisco, Bar. in l. si quis maior C. de transf. Baiard. ad Clar. q. 80. nu. 6. & similiter pœnę dupli, & tripli, quæ de iure imponūtur, §. tripli, & §. quadrupli, instit. de action. si ex contractu, & non ex delicto veniunt, parti debentur, similiter seruatur si pęna ex banno, vel de iure ad instantiam alicuius imponitur; & animalia non intrent in pratis, vineis, & defensis, & pascua non sumant, nam pæna applicatur parti ratione personæ, cootemptus, & incertitudinis, & damni. & non baroni, l. pen. ff. de in ius vocan. l. rescriptum, ff. de pact. verum ad tollendas distinctiones in capitulationibus, semper datur vna pars pœnæ Curiæ, & altera parti, & pœnæ fiscales dicuntur in fructu, quando sunt fisco incorporatæ, & non erogantur, nisi pro impensis iustitiæ, & licitum est Proregi, & Regentibus Regiam Cancellariam de eis gratiam facere, cum clausula dummodo pæna non fuerit executa, vel exacta, vel fisco incorporata; & semper in pænis fiscus est posterior omnibus creditoribus, Capibl. de baron. par. 2. cap. 38. n. 11. l. proculus, ff. de damn. infect. l. si. ff. ex quibus caus. maior. & posterior est, omnibus creditoribus personalem actionem.

Pęna non potest excedere damnum, Capibl. in tract. de auctor. baron. par. 2. cap. 45. n. 2.

Pęna testamentaria, iudiciaria, & conuentionalis non debetur, nisi cum interesse concurrat, Affl. in dec. 135. Gram. in cons. 66. in ciuilibus, & dec. 58. Capibl. de baron. vol. 2. cap. 66. n. 26.

Pęnæ corporales non possunt per iudices inferiores imponi, sed tantum possunt imponere pænas pecuniarias, non excedentes sex vncias, Capibl. de auctor. baron. par. 2. cap. 88. n. 15. & 16. l. eos C. dę mod. mult. Farinac. in q. 95.

Pœna ordinaria minoratur, quando quis diutino tempore grauatus reperitur, Gramm. in cons. crim. 63. n. 5. l. si diutino, & l. respiciendum in princ. ff. de pæn.

Pęnæ capitales, hodie de generali consuetudine Italiæ non puniuntur in delictis imperfectis, Gram. in vot. crim. 8. n. 14.

Pensiones quando debentur integrę, & quando non, vide Pet. ad Gram. in dec. 50. n. 9. & seq.

Pensiones domorum habent tacitam hypothecam in bonis sibi inuectis, & illatis. dom. de Franch. in dec. 51. n. 5. & istæ pensiones præferuntur impensis funeralibus.

Pensiones domorum veniunt in restitutione, lata sententia tamquam fructus hæreditatis, & sunt fructus ciuiles, dom. de Franch. in dec. 160. 3. & 7.

Peritus in arte non debet mori, quando persona est strenua, & singularis artificij, ac reipublicæ vtilis, liberari potest, Gram. in cons. crim. 63. nu. 8. Par. de Put. in tract. sindic. verbo pęna 1. col. vers. an iudex.

Peritis in arte est credendum, etiam contra communem, l. 1. in princ. ff. de vent. inspic. Felin. & Dec. in cap. proposuisti de probat. colum. 3.

Perdens bullam primæ tonsuræ clericatus potest eam probare per duos testes, vel vnum ad minus, Vrsil. ad Affl. in dec. 274.

Perempta instantia, dicta testium fidem non faciunt nisi sint publicata, Alex. in l. 2. C. de pœn. nu. 23. in 6 conclus.

Peremptorium in monitione, seu citatione facta per Iudicem, non requiritur, & monitio, seu citatio prædicta est valida, Vrsill. ad Affl. in dec. 289. nu. 10.

Perhor-

Perhorrescentia aduersarij quomodo iuratur, vide l.1.C.quand.Imper. inter pupill. & vid. Constit.Regn.incip.statuimus.

Percutiens quis aliquem cum baculo in capite, punitur de occiso, quia hic modus facit præsumere percutientem habere animum occidendi ratione accidentis periculi propter cerebrum,quod est membrum diuinum, & eo læso,omnes spiritus deficiunt, & ex capitis percussione,quis raro liberatur, & tunc dicitur mortaliter vulneratus,quando eo tẽpore aliquod apparet signum mortis,vel regulas Medici non seruauit, & si superuenit febris post paucos dies, dicitur ex febre decedere superueniente, & licet febris sit ex vulnere causata,tamen non debet vulnerans pœna mortis puniri, sed mitius & pœna debet mitigari,Gramm.in cons.crim.2. & vot. 15.& dec.17.Carau.rit.68.num.2.Paschal.de vir.patr.pot.cap.10.par.1.num.62. & percutiens cum alapa qualiter punitur, Viu decis. 46.

Percutiens aliquem cum armis, manum cum qua percussit debet ammittere,exceptis puero,& sene,secundum Iudicis arbitrium,si ex percussione non moritur,Ann.in,soliloq.39. commentar.11. Bald. in l. quicumque de seru.fugit.l.qui posthumis.ff.ad Syllan.

Percutiens cũ bastono, qua pœna quis puniri debet,vide Cauens.in Rit.M.C.V.68. quia punitur pœna pecuniaria, si non fuit facta percussio cõgregatis gentibus armatis, quia tunc deportatur,& est locus torturæ, & forjudicatio.

Percussor clerici,antequam absoluatur, debet clerico satisfacere, & satisfactio debet esse non solum,quod flectat genua,iniuriato, & ei veniam petat, sed iniuria æstimatur secundum iudicis arbitrium, iuxta iniuriæ qualitatem, & personæ, & dicat clericus in æstimatione, quod vellet potius tot de suis bonis perdere, quam iniuriam pati, & taxatur iniuria coram iudice laico, circa interesse,& coram iudice ecclesiastico circa pœnam spiritualem,Montem.in pr. Cut.Arch. Neap.cap.28.num 4.fol. mihi 204. & remittitur iudicis arbitrio,quæ est grauis iniuria, &,quæ leuis percussio clerici,cap.peruenit de sent.excom.Nauar.in cap.22.nu.91.

Percutiens aliquem cum calce, manu, baculo, citra sanguinis effusionem,vel barbam expilans,punitur pęna extraordinaria,ex quo animum occidendi nõ habuit, dummodo percussio facta non sit in capite, quia vulnus in capite censetur letale,& alia,&c.si vero cum sanguinis effusione, pœna manus validioris, si nescitur cum qua manu percussit,si vero scitur, manus percutiens, illam scidere debet,secus de iure communi, quod puniatur pœna manus debilioris, & si vnam tantum manum habet,& alia caret, punitur pœna bonæ,& sanæ manus, Cãpagn. in cap. Regn. incip.qui cum eo,fol.mihi 165.

Perfectus quis esse potest in arte sua, sed non in scientia nostra legali,& ideo quasi nullus Iurisconsultus est, qui non fuerit reprehensus in aliquibus responsis suis, quod nota dicit Angel.in l.2.C.de vsucap.pro empt.

Perfectum id dicitur,quod ex omnibus suis partibus constat,l.1.ff.de orig. iur.

Periculum,quando est in mora, receditur à regulis iuris com. l.de pupillo, §. si quis fullo ff.de non.oper.nunc.

Periculum non est in mora modici temporis,l. si debitori,ff.de iudic. Affl. in const.Regn. incip.cum per partes Apuleæ lib.3.

Periurij pęna non punitur principalis periurãs hodie in Regno,dom.de Franch.in dec. 638.nu.8.

Periurus absoluitur solum à Summo Pontifice,Petr.ad Gram.iu dec.45.n.3.

Periurium hodie non punitur pęna corporali, sed tantum condemnatur ad interesse partis,dom.de Franch.in dec.270.n.9.

Periurij pœna est pecuniaria, & pœna manus recessit ab aula,& est etiam arbitraria, quæ est criminis stellionatus, l.fi.ff.de crim.stellion.& iuramenta, quæ fiunt in litibus hodie potius fiunt ad terrendum debitores,Carau.super Rit.M.C.V.171.num.2.& late loquitur.

Periurium excusant paupertas, necessitas, & impossibilitas, Paschal.de vir.pat.pot.cap.8. nu.233. par.1.Farinac.relatus in q.160.à nu. 124.vsque ad 133.

Periurij pœna est hodie pecuniaria, & prius erat pœna manus, per Rit. M.C.V. 171. & nõ põt modo aliquo ad foriudicationem deueniri pro causa periurij, Carau. super Rit. 270.& in dicto periurio, ex officio procedi non potest.

Periurus non auditur, & ille est periurus, qui soluere promisit,& non soluit, Vrsil.ad Affl. in dec.30.n.5.

Periurus per Cap.Regn. incip.ad audientiam, punitur pœna manus, & potest ex officio procedi Constit Regn.incip.eos qui, in glo. fol.mihi 282.col.1.

Periurus est ille, qui venit aduersus pacta, & iuratam transactionem, & quomodo illius contractus pœnam contractus luat,infamisque fiat,& mortaliter peccat, & de iure ciuili,est pęna pecuniaria, & prius erat pœna manus, sed de iure canonico pęnitentiam agere debet per annos septem, vide Ricc. in dec.120.l.quis maior Cod.de transact. Affl. in tract.de iur.prothomis.§.4.nu.20. & periurium Deus multum abhorret,ratione peccati,& animæ, & perdit beneficia omnium legum, & Canonum, & periurium incursi, post incursionem non potest absolui à iuramento,& non valet.

Periurus testis nõ admittitur amplius ad probandum,etiam peracta pęnitentia,nisi contra

tra

tra alium periurũ tantum, & contra alium tertium, etiam cum tortura nõ admittitur, Vrsill.ad Affl.in dec.36.n.8.

Periurii author,quis esse non debet, l.2. Cod. de iud.

Periurus non dicitur,qui ex iusta causa non deserit iuramentum.l.si.ff. qui satisd.cogan. l.si ex fallis,C.de transact.

Periurij materia,latissimè disputatur per Viu. in dec.120.l.si quis maior,C.de transaction. Affl. in tract. de iure prothomis. §. 4. 6. 9.& num.20.

Permissum aliquibus, censetur esse reliquis prohibitum.l.maritus. Cod.de procur.l.cum prætor,ff.de iudic cap.vnus ex vobis.2.q.2.

Permutatio rerum Ecclesiæ, potest fieri per Episcopum,solum pro emendis aliis bonis magnis,& requiritur superioris assensus,Vrsill.ad Affl.in dec.17.n.2.

Permutatio potius dicitur vẽditio, quam permutatio,quando pecunia datur plus in supplemento, quam res, quæ permutatur, v3. do stabilem valentem decem, & refundo quindecim in pecunia, ad complementum vigintiquinque,dicitur potius venditio, quã permutatio,Vrsil.ad Affl.in dec.399. n.2.

Permutatio rerum Ecclesiæ nullo modo fieri potest,absque superioris consensu, vt iubet Paulina relata per dec.S.C.101.col.1. Vrsil. ad Affl.in dec.17.n.3.

Permutatio rei, quando quis ex ea est euictus, recuperat rem suam,in qua habet regressum dom.de Franch.in dec.35.

Personæ conditio,si non mutatur, nec rei statum conuenit mutari. l.vnic. Cod.de impon. lacr.pres.lib.10. & sic mutata persona, mutatur status rei,d.l.vnic.

Perpetuum nihil in hoc seculo esse potest. l.eũ debere columnam.ff.de seru.vrban.præd.

Petens plus debito ad interesse tenetur,dom.de Franch.in dec.583.n.vlt in fi.

Petens debitum censuarium, si debitor ostendit tres apocas vltimas continuatas solutionis census prædicti,ad aliud nõ tenetur, nec de præterita solutione potest molestari,domin.de Franch.in dec.137. l. quicumque,C. de apoc. lib.10.

Petens plus debito, debitores non constituuntur in mora, nisi creditor protestetur velle partem crediti recipere,Amat.in cons.92.n. 5.l.tutor 41.§.lutius. ff.de vsur. Bart in l.qui solidum. ff.de leg.2.

Petens plus debito,punitur pęna ammissionis debiti,seu crediti sui refectionis, expensarũ, & pęna corporali; quæ est extraordinaria crimine stellionatus iudicis arbitrio, & si debitum bis exegit, punitur per quinquennium ad remigandum, Reg.Prag.7. de fals. cum conditionibus ibi positis, & si creditor malè liquidauit suum instrumentum, v3. per quinque annos, & per tres tantum liquidare debebat,vel liquidauit per quincentũ, & biscentum tantum consequi debebat, idẽ est,dummodo debitor non sit in mora, vide Gizzarel. in dec. 20. n. 31.& 32. & add.de Angel.ibi,& Viu.in dec.340. de Angel.in suo prato iuris.l.vnic.C.de plus petitio.Ric. in coll.dec.437.1172 Rouit super pragm.7. de fals Capic. in dec.51. Farinac. in fragm. par.1.litera C.nu.725.cum seq. & si videre vis,ad quid tenetur debito plus petens, & de eius pęnis,vide Viu.in dec.prædicta.

Petens plus debito, in parte vera debiti constituat debitorem in mora,& an reus habeat iustam causam litigandi super toto, & litis expensas euitare.l. vnic. C.de plus petition. Rolan.à Valle in cons.71.volum.1.num.39. & seq.

Petens plus debito ammittit eum,& in expensis condemnatur,Ricc.in coll.dec.209. Viu. in dec, 340. & actore petente plus debito, Reus non potest negare totum, idem Ricc. in coll.dec.prædicta.

Petens beneficium in causa, eoque non vtens, nec probans in ducatis duodecim punitur, pragm.1.de procur.

Petitio coram ordinario iudice præsentata, nõ petitur, quod sententia arbitri fuit iniqua, & ab ea appellatur,ita quod non incidat in pęnam periurij,Specul.in tit.de arbitr.nu.2. concludit, quod sic formatur, quando iniquam sententiam protulerunt in meum pręiudicium, & grauamen quare super hoc vestrum officium imploro, & peto per vestrã sententiam declarari,ad eius obseruantiam nec non teneri, & pęnæ stipulationem non valere pronunciari, vide ante in verbo Reductio.

Petriatæ puniuntur petriantes ad pęnam decẽ annorum ad remigandum ignobiles, & nobiles ad relegandum per tantundem,pragm. 2.de iniur.

Pietas cum detrimento alterius dici non potest,l.& eleganter §.idem labeo quærit. ff.de dol.l.si hominẽ in princ.ff.deposit.

Pignori res alienas accipiens scienter furtum committit,Vrsill.ad Affl.in dec.369.nu.1.l. seruus.ff. de conditio.indeb. Paul. de Castr. & Ias. ibi.

Pignus debitoris, qui detinetur à creditore, qui multa credita consequi debet à debitore,debitor soluit vnum creditum creditori prædicto, creditor potest pignus retinere pro alijs creditis consequendis, Negusant.in tract.de pignor.3.membr.5. par.nu.32. fol. mihi 345.solutione facta non obstante.

Pignoris ammissi,soluens creditor æstimationem illius, potius error videtur, quam dolus,Vrsill.ad Affl.in dec.373.nu. 4. & de valore ipsius pignoris, statur iuramento creditoris, & res ab aliquo in pignore data, fructus ex ea percepti, excomputantur in sortem principalẽ, & eam extinguunt, dummodo creditor non sit mercator, Vrsill ad

Afflict. in decisio. 373. num. 6.

Pignorans rem duobus incidit in pœnam criminis stellionatus, Vrsill. ad Affl. in dec. 350. num. 1.

Pignorans penes quem est res pignorata, creditur de quantitate pecuniæ, dummodo sit bonæ famæ, ex consuetudine Neapolitana, Petr. ad Gram. in dec. 60. nu. 4.

Pignus, & hypotheca non datur in re propria, l. neque pignus, ff de reg. iur. Capibl. in tract. de auctor. baron. vol. 2. cap 82. nu 8.

Pignore aliqua res data fructus illius rei pignoratæ, excomputantur in sortem principalem, hoc tamen fallit in pignore dato viro pro dote, l. 1. C. de pignorat. act. Bald. Nouell. in tract. de dote, par. 7. specul. 3. Abb. in cap. 1 extr. de vsur.

Pignus ad liberandam partem creditori soluere non potest, tex. est in l. in executione, §. si ff. de verb. oblig.

Pignoris alienatio, licita est, nisi contra agatur, tex. vbi glos. in l. si conueniat, la prima, ff. de pignor. act.

Pijs dispositionibus attenditur solum ius diuinum, vel naturale, & cadit omnis sollemnitas iuris ciuilis, de Pont. in cons. 65. n. 4. vol. 1.

Pilatus Christum Dominum, & Redemptorē nostrum condemnauit propter vanam vocē populi, Gram. in cons. crim. 42. n. 10. l. decurionum filij, C. de pœn.

Plus, & minus, non constituunt certam, aut diuersam speciem, l. fi. ff. de fund. instr.

Plus in minus, transfundi non potest, l. cum quæstio, ff de leg. 6.

Pluralis loquutio, duorum numero contenta est, cap. si testes omnes, vers. item, ibi numerus. 4. q. 3.

Plures hæredes, debitoris omnes, tenentur pro portione hæreditaria, sed actione hypothecaria potest vnus tantum conueniri in solidum, etiam non facta discussione aliorum cohæredum, quæ alias esset necessaria, antequam deueniretur ad discussionem pignoris, maximè quando possessor est vnus ex hæredibus, tenetur in solidum, sed actio personalis diuiditur, & scinditur inter eos pro rata Gizzarell. in dec. 12. n. 6. l. 1. & 2. C. si vn. ex plur. hæred.

Pluuiæ, & niues insolitæ, abscinduntur casui fortuito, l. fistulas, §. frumenta, ff. de contrah. empt. Corn. in cons. 282. n. 10.

Piratæ maris reputantur plus quam publici latrones, & habent pœnas exceptas, Capibl. in tract. de auctor. baron. vol. 2. cap. 52. n. 11.

Piscatio, seu venatio, istud ius à baronibus, quasi semper prohibetur, & non possunt barones illud prohibere, nisi sit memoria hominum in contrarium, etiam per vnicum actum, Vrsill. ad Affl. in dec. 388. n. 6.

Poculum præstans mulieri, quæ de eo non moritur, sed facit partum viuum, ideo statim natus moritur, præsumitur mortuus ex poculo sibi dato, & irregularis efficitur, Pet. ad Gram. in dec. 2. n. 9.

Poculum amatorium dans, si mors non sequitur, per annum carceratur, constit. Regn. incip. amatoria pocula, Foll. in sua pract. crim. fol. mihi 157. n. 10. vel carcerentur.

Pocula amatoria præstans alicui, vt amari se faciat, & mala venena vendens, pœna mortis punitur, si sexus remansit, si verò in nihilo, publicatis bonis omnibus, per annum carceratur. Ioan. Vinc de Ann. in repet. constit. Regn. incip. terminum vitæ, n. 181.

Poluēs quis proprijs manibus, punitur Iudicis arbitrio, Menoch. de arbitr. iudic. cas. 286. Paschal. de vir. patr. pot. cap. 5. nu. 71. par. 1. vbi latè tractatur de sodomia in casu prædicto.

Podagra nulla medicina sanatur, posset tamen sola paupertas, cap. legitimus de consecrat. dist. 5. Feli. in cap. presbyterorum in fin. de homicid.

Portio deficiens, accrescit cum onere etiam succedentibus ab intestato, l. si Titio, & Meuio, §. Iulianus, ff. de leg. 2. vbi Bart. etiam not.

Possessiones illicitæ non sunt fouendæ, ne detur materia delinquendi, l. illicitas in princ. ff. de offic. præsid. Bal. col. 330. in fi.

Possessione sua nemo est de facto priuandus, l. Colonus, & l cum fundus, ff. de vi, & vi arm. l. si quis se fundum, C. de vi publ. cap. ex literis, extr. de rest. spol. Corn. in cons. 237.

Possessor non tenetur declarare quo titulo possidet quis rem suam, tex. in l. cogi, C. de petit. hæred.

Possessione turbata quis puniri debet, l. si quis in tantum, C. vnde vi.

Possessor bonæ fidei in dubio præsumitur factus locupletior, dom. de Franch. in dec. 31.

Possidentis melior est conditio in pari causa, l. si seruum stichum, § sequitur in fi. ff. de verb. oblig.

Possessio per instrumentū non probatur argumento, cap. inter dilectos, extr. de fid. instru, vbi DD.

Possessorij causa, in S. R. C. nunquam deciditur nisi aliqualiter cognoscatur de proprietate, vide Vrsill. ad Affl. in dec. 364.

Possessoris fauore, in dubio semper præsumitur, glos. in cap. iuuenis, de sponsal.

Possessio beneficij, si non adipiscitur infra sex menses in Curia Romana, & infra mensem in partibus, vacare censetur, & iterum conferri potest. Boer. in dec. 312. n. 2.

Possessionem, duobus æqualiter probantibus, quid iuris, sed probans possessionem, cum titulo confertur habenti, & probanti possessionem tantum, nisi habens tantum possessionem, haberet possessionem antiquam, Boer. in dec. 289. n. 3.

Possess.

Possessio transfertur ex contractu inutili.l.1.§. si vir.ff.de acquir. poss.

Possessio in condemnatione ad relaxandum rē venit annexa cū ipso dominio, quod est ius disponendi,& vendicandi, Bart. in l.1.ff. de acquiren.possess.toto tit.ff.& Cod. de rei vendicat.

Possessio violenta,seu vitiosa,propria authoritate,non opitulatur parti,& est nulla, Vrsill. ad Affl.in dec.67.nu.6.in fin.

Possessionem admittere non possunt pupillus, & Ecclesia ex inutili contractu, domin. de Franch.in dec.163.num.3.Bart.in l.1.§.si vir vxori.ff.de acquir.poss.p.col.3.oppos.secundo responso.

Possessorio non appellatur ad effectum retardandi,quia spoliatus ante omnia debet restitui,Vrsill ad Affl.in dec.269.nu.1. tit. de interdict.retinend.

Possessorem quemcumque teneri ostendere titulum suæ possessionis rei,in qua fiscus habet pro se iuris præsumptionem ad ornatū, l.cogi.C.de pet.hæred.& const.Regn.incip. ab officialibus,Merlin.in cap.13.controuer. forens.

Possessor,& actor,habent ius æquale, dom. de Franch.in dec.554.n.15.

Possessores malæ fidei,omnes tenentur,& melius dico, omnes iudicantur post litis contestationem,dom.de Franch.in dec.583. n. 5.

Possessio antiqua recentiori præfertur,nisi per decem annos,quis in ea pacificè steterit,Vrsill.ad Affl.in dec.324.n.7.

Possidens rem loco pignoris, non potest petere,nec peti ius congrui,Vrsil.ad Affl.in dec. 339.n.9.

Possessio officialis, multis modis impediri potest,v3.si est exterus à Regno, pragm. 1. de pers ecclesiast.ętate, senectute,valetudinarij, morbosi, propter incolatum, & si habent multa bona in terra eorum officij, Capibl, de baron.vol.2.cap.25.per tot.

Pragmatica facta cum voto, & consilio Regij Collateralis, & Regentium est perpetua, alias est bannum ad tempus, Capibl. de baron.cap.88.n.4 par.2.

Pragmatica Regia,quæ est lex noua, ligāt post duos menses,tex.in auth.vt factæ, C.quom. & quan.iur.quia ignorantia solo iuramento debet probari,& sic absentia, quia vox præconia paucis innotescit, & denunciatio fieri debet, vbi sunt amici, non autem inimici, Vrsill.ad Affl.in dec.290.n.6.auth.& qui semel,C.quom.& quand.iur.Feli.in cap.2.de constit. n.21.

Pragmatica ligat per duos menses post illius publicationem,quia tūc ad notitiam deuenit, Vrsill.ad Affl.in dec.296 n.6.

Pragmatica, quæ non imponit pęnam in eius ordine, & obseruantia, pęna semper intelligitur arbitraria,Petr.ad Gram.in dec.41.nu. 15.Campagn.in cap.16.Affl. in const. Regn. disputare, & alia constit. incip. post Mundi machinam.

Pragmatica,& hypotheca extenduntur ad bona futura,Vrsill. ad Affl.in dec.335.nu.1. & dec.37.& 139.

Præceptum quando dirigitur ad personam, fauore personæ sapit naturam consilij,l. 1.ff. mandat.l cum pater,§.r.ff.de leg. 2.l. Titio in princ. ff. de conditio. & demonstration, not.hoc Abb,in cap.cum contingat, extr.de iureiuran.

Preces superiorum habentur loco iussus, & metus,glos.in l.1.ff.quod iuss. Gram.in cons. 91.nu.3.

Præcedentibus actibus declarantur sequentia. l.Fulcinius. §. quid sit latitare, ff.ex quibus caus.in poss.eat.l.apud Celsum, §. 1. ff. de dol.except.

Præcedentiæ materia, latissimè tractatur per dom.Ricc.in coll.dec.coll.147.l.1.Cod. de consul.lib.12.

Præceptum Iudicis impunibile, est nullius momenti.l.fi.ff.qui sin.sent.appell.rescind.

Prædium quodcumque præsumitur liberum donec contrarium probetur,ita glos.in l.altius in verbo prohibetur, ff.de seru. & aqu. tu vide Alex.in cons.52. prospectis vol. 4. & & in cons.15.in princ.vol. 5. Curt. iun. in cons.140.nu.4. Paris.in cons.16.vol. 4. Dec. in cons.269.in princ.&,in cons.424.nu. 7.& ad materiam seruitutum, vide limitationes ad l.altius C.eod. per Bartolom. Veronens. adductos in suo tract.seruit.vrb. præd. in tit. de solo,seu area cap.39. & Io. Igneum in repet.l.quatenus de reg iur.col.7. vers. prætterea in ciuilibus,& vide Boer.in dec.320. nu. 8. & sequen. vbi multa Riminald. in cons. 431. per totum vol. 3. add. Salic. & cæteros scribentes in l.quominus, ff. de flumin. qui limitant glos. in l. manifeste in verbo procurator Cod.de seruit. & aqu. tu tamen pro materia d. glos. & similium, quod vid. quæ plenè scribit Aymod. in tract. de antiquit. tempor. par. 4. lectione circa præmissa per totum,& vide Boer.in dec.320. nu.9. in fin. add.Cepoll.de seruit.rustic.præd. cap.1.nu. 22.& seq.Franc.Marc.in dec.331. in 1. volu. Plot.in l.si quando,Cod.vnde vi,n.818. add. quod prima charitas incipit à seipso, l. præses,de seruit.& aqua,fallit tamen in seruo,qui pro defendendo domino debet præponere salutem domini saluti propriæ. l. 1. §. iusta. ff. ad Syllan. idem in subdito respectu Principis,Mantuan.in cons.14. n.64. & 65. Affl. in constit.paternorum,n.69.vbi, quod propria vtilitas præfertur alienæ, & in constit. dignum nu.1.lib.3.vide Ias.in d.l.quominus nu.43.add.Boer.in dec.320.n.14.

Præheminentia M.C.V.inducit odium contra inquisitum, vt quis contra eum torturam inferat torquendo inaudito,Gram. in cons. crim.65 n.12.

Præheminentiæ M.C.V. non dantur, si fuit in causa ceptum via ordinaria, & si delictū non est de grauioribus, & indicia non sunt vrgētia, Petr.ad Gram.in dec.34.n.4.

Prægnians ex causa substitutorum, tenetur pro partu cohabitare in domum eligendam, ne de supposito partu arguatur, cum causis positis per dom.de Franch.in dec.332.

Prælati non possunt suis consanguineis rem ecclesię concedere, & si concedunt concessio non tenet glos.in auth.quibuscumque, Cod. de sacrosſ.eccles. vide Gulielm. de Bened.in in cap.Raynutius in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, dec.5.nu.122.an autem deputati ad erogandum in pauperes possint erogare in pauperes consanguineis, vide Bal. & Angel.in l.illa institutio.ff. de hæred. instit.& vide Signorol.in cons.210.per totum vbi pulchrè Curt.in tract.feud.in 2.par..7.q. princip.Barbat.in 2.vol.cons.20.col. 4. vers. cum ergo possit, vbi multa.

Prælatus quando contrahit nomine Ecclesiæ, quæ nunquā contrahit, & attenditur si cōtractus est in euidenti vtilitate Ecclesiæ, quia tunc valent, etiam sollemnitatibus carentibus, dom.de Franch.in dec.163.nu.14.

Prælatio ex duobus creatis eodem tempore ducibus, competit illi, qui prius erat in maiori dignitate positus, videlicet, si sunt duo Duces creati, & prius vnus erat Comes, alius nihil, præcedit Comes maius dignus, in Regno præcedit primo Princeps, postea Dux, Marchio, Comes, Baro, non habet locum, dum titulū non habet, dom.de Franch. in dec.365. Vrsill.ad Affl.in dec.1.

Prælatio, quæ datur Vniuersitati, & Baroni directo in alienatione feudi venditi, & quod humilitas absque consensu domini non potest dictam prælationem petere, quæ petitur in Regia Camera Summariæ, & quomodo & quando, vid.de Pont.in tract. de potestate Proreg.in tit.de diuers.prouis.§.1. & tit.de deman.terrarum fol.mihi 476. col. 2.l.2. de iur.emphit.dom.de Franch.in dec. 17. & infra] duos menses debet denunciari directo domino, quo termino elapso amplius non competit, & alienatio feudi facta absque denunciatione prædicta est nulla, & potest dominus feudum auctoritate propria apprehendere.

Prælatio conceditur beneficiato Ecclesiæ ob debitum emphiteutæ iure hæreditario vendita subasta in emptione ipsius, domin.de Franch.in dec.482 Capic.in dec. 99.

Prælationis materia latè tractatur] per dom. Ricc.in sua coll.dec.157.

Præparantis, & præparati, idem est iudicium, Curt.iun.in rub.C.de iudic.

Præscriptio non currit impudico, nec non valenti agere, l.1.C.de ann.except. not. Bal.in l.quoties, C.de prec.Imper.offer. sub nu.2.l. 1.§.fi.C.de annal.except.

Præscriptio centum annorum, quæ prius requirebatur in casibus enumeratis in l.,vt inter, C.de sacrosſ.eccles. est redacta ad 40.annos, secundum Boer.in dec.164.col.19.nu. 20.vsque ad 25.add.Aym. in tract. de antiquit. tempor. par. 4. vers.absolutis differentiis, nu.37.& add.pro intellectu d.l.vt inter, vid.Alex.in l.si finita, §.si de vectigalibus n. 5.& sequ.ff.de damn.infect.& Bart.ibidem, vbi ponit notabilem restrictionem ad d.tex. & Alex.in cons.161.vol.2. Corn.in cons. 16. vol.2. & in cons.117.vol.3. & in cons.142. vol.4. latè Balb. in tract. de præscript. in 3. par.5.par.principalis. fol. 54.& in 1.par.6. par.principalis, num.4.& 5.multa, & notab. Alex.in 5.vol.cons.16.col.8. vers.ex his, Couar.in regul.poss.par.2.§.2.nu.9.fol. 170. Paris.in 1.vol.cons.35.nu.27.Socc.iun. in cons. 56.nu.27.vol.2.Couar.in sua pract. fol.575. nu.8, Hominis vita, longissima est spatium centum annorum d.l.vt inter; Aduerte tu, quod vita hominis in his modernis temporibus, non est præsumenda centum annorū, vt dicit Alex.in cons.90.col.4.in princ.lib.6. vide Dec.in cons.13.col.6.vol.1. hoc idem firmat Paris.in cons.86.nu.19.& seq. volu.4. add.Bertrand.in 1.vol.cons.332.num.2.vbi quod dicenti aliquem esse mortuum incumbit onus probandi mortem, vel saltim, quod si nunc viueret haberet centum annos, & vltra, add.ibidem Gozad.in cons.68. num.6.& quod idem ius detur rebus Ecclesiæ, quod Ciuitatum, tenet Glos. in verbo priuata d. l. vt inter, add.quod non semper parificantur Ecclesia, & Ciuitas, Alexan.in l.fructus, in 1. col.ff.sol.matr.

Præscriptio non currit pupillo, sed dormit, de Pont.in cons.48.num.5.& tex.in l.sicut, vbi glos.in verbo seruanda, ibique Bal.& cæteri scribētes, etiam si fuerit incepta præscriptio cum maiore, & finita cum minore, datur restitutio in integrum, l.1.,C.si aduers.vsucap. quæ causa fuit facta cum Illustriss.Duce de Andria, qui eam ad sui fauorem obtinuit.

Præscriptio currit contra minorem, etiam sine spe restitutionis, vbi nil cum eo gestum est, sed cum patre eius, & aduersus illam non restituitur, l.Emilius, ff.de minor.l.apud Iulianum §.1.ff.ex quib.caus.in poss.eatur.

Præscriptio hodie de iure raro, aut nunquam in causis locum habet, & hoc propter constitutum, & precarium consuetum apponi in contractibus, Vrsill.ad Affl. in decis. 13. num.11.

Pręscriptio in dotis petitione, quanto tempore durat, vide retro in verbo hypotheca.

Præscriptio longissimi temporis, omnem perimit actionem, Vrsill.ad Affl.in dec.12 nu.9. Amat.in cons.96.vol.1.num.2.quod sufficit præscriptio 30.annorum ad omnem actionē tollendum, l.sicut 3.l.si quis emptiones 8.ff. de præscript.30.annorum, dico melius Cod.

cap.

cap. ad aures, vbi notab. descript. Paris. in conf. 93. nu. 19. lib. 3. potest iudex gentem repellere, contra quem præscriptum est, Fasil. in conf. 1. nu. 121. vers. ex quo sequitur, & impedit litis ingressum, & vbi adest titulus decennium tantum sufficit præscriptio, nu. 4. l. longi temporis 2. l. emptor 9. C. de præscript.

Præscriptionis materia, latissimè ponitur per Boer. in dec. 344. per totum, & exceptio præscriptionis apposita, potest iudex si vult supplere eam, & cuiusuis personalis actio, longior est annis triginta, & si actio erat sui natura perpetua, hodie tollitur per spatium 30 annorum, Boer. in dec. prædicta nu. 6. & hoc nisi per potentiam debitoris non fuisset factus difficilis ad conueniendum, per hoc debet creditor protestari, vt ei non præscribatur actio.

Præscriptio non impedit litis ingressum, Vrsill. ad Affl. in dec. 52.

Præscriptio bonorum regalium, & Ecclesiæ requiritur spatio 40. annorum, Vrsill. in dec. 67. nu. 5. & hoc procedit, & fuit decisum in S.R.C. quando vniuersitas est in mala fide, quod forte habet scientiam rei alienæ.

Præscriptio sola apposita, causa decidi non debet, Vrsill. ad Affl. in dec. 13. nu. 9.

Præscriptio sola, raro, aut nunquam in causis locum habet, & per ipsam solam, etiam si sunt elapsi 60. anni, causa determinari minime potest, & à præscriptione sola, semper deducitur tempus minoris ætatis, Vrsill. in dec. 13. nu. 11.

Præscriptio cessat in crimine abortus, Petr. ad Gram. in dec. 2. nu 13.

Præscriptio iuxta formam l. bene à Zenone, & l. fin. Cod. de quadr. præscript. semper reseruatur ad merita causæ, dom. de Franch. in dec. 377.

Præscriptio indifferenter datur in omni Ecclesia, per spatium 40. annorum, præter Ecclesiam Romanam, quæ habet spatium centũ annorum præscriptionis, Vrsill. ad Affl. in dec. 305.

Præscriptionem allegans, & in ea se fundans, videtur se fundare in circumuentione, postquam solæ præscriptioni, quis se fundare non debet, dum nunquam in S.R.C. & in M.C.V. præstantur sententiæ per dictas præscriptiones, quæ sunt contra ius naturale, Vrsill. ad Affl. in dec 13. nu. 1. & in dec. 329. num. vlt.

Præscriptio cum mala fide non currit, & annuæ præstationes præscribuntur spatio 30. annorum, & vnica præscriptio sufficit, cap. de quarta, de præscript. Paris de Put. in decis. 259. lib. 1. & mala fides impedit præscriptionem, cap. fi. de præscript. in 6. & præscriptio datur iuri executiuo, non autem actioni in se, Couar. in reg. possessor, par. 2. §. 11. nu. 4. vers. 6. Carroc. in dec. 73. per totum, & non sufficit titulus colonus, sed possessio per triennium sufficit, dom. Ricc. in resolu. 110. par. 2. for. eccles.

Præscriptionem allegare est impijssimum refugium, & iudex nunquam in ea se fundare debet, Vrsill. ad Affl. in dec. 37. nu. 2.

Præscriptio census, & annuæ præstationes, non præscribuntur spatio triginta, vel quadraginta annorum, sed incipit præscriptio in quolibet anno, & oritur actio ipsa, & prorogatur vsque ad annos centum, latissimè per Boer. in dec. 336. Guid. Pap. in dec. 406. & vide retro in verbo Census, seu annua præstatio, Merlin. in cap. 44. forens. controuers. ad intellectum tex. l. cum notissimi, §. in iis, C. de præscript. 30. vel 40. annor. Fallit quando legatum est relictum Ecclesiæ, Collegio, Ciuitati, & Monasterio, Merlin. dict. cap. 44. num. 24.

Presbyteri, & Monaci discordes in sedendo, nobilis, & dignior præfertur, & quis cogitur officio iudicis, Vrsill. ad Affl. in dec. 1. n. 16.

Præsides Prouinciarum habent merum imperium, ob publicam vtilitatem, dom. de Frãchis in dec. 370. nu. 7.

Præsentatæ fiant inscriptiones per extensum, diem, mensem, & annum, & fiat mẽtio personæ præsentantis, sub pœna in prima vice duorum mensium suspensionis officij, sex mensium in secunda, & in tertia vice ad arbitrium Reg. Pragm. 11. nu. 8. & pragm. 81. de offic. iudic. & sic in alijs scripturis continẽtibus summam nummorum, fiat per extensum, & non per numerum abici, & sic seruatur in omnibus contractibus.

Præsentans scripturam, videtur illam confiteri, & omnia in ea contenta, dummodo non fuerit protestatum, si, & in quantum, Vrsill. ad Affl. in dec. 14. & 25. nu. 12.

Præsumptiones iuris, esse liquidissimas probationes, tex. habet in l. si tutor, & ibi glos. in verbo ostenderis, Cod. de pericul. tutor. add. Ial. in l. non hoc, col. 4. C. vnde legit. Cassan. in consuet. Burgund. Rub. 1. §. 7. in fin. add. quod est differentia inter tutorem, & educatorem, & licet quis aliquo casu possit esse tutor, non tamen educator, idem Cassan. in Rub. 6. §. 8. fol. 224. nu. 11. add. quod DD. notant in l. si defunctus, C. de arbitr. tut. quod sicut tutor pauper præsumitur ditatus, ex industria sua, ita etiam, & exactor pecuniarum fisci, vt Bar. concludit in l. facultas C. de iur. fisc. lib. 10. & alij, quos refert, & sequitur Dec. in conf. 6. nu. 2. vol. 1. vbi videbis etiam an officialis cum pecunijs publicis lucrari possit, vide Bart. in alleg. l. facultas nu. 12. & an confectio inuentarij possit remitti à testatore, vltra tex. in l. fin. §. fin. C. arbitr. tutel. vide Dec. in conf. 418. num. 12. add. quod si Iudex inquirens absoluit inquisitum, tenetur ad expensas si dolo, vel lata culpa, cum defatigauit, notat Bald. ex l. seueriter, C. de excusat.

excusat. tut.& vide Barbat. in conf. 47. in princ. vol. 1. & an qui habet mandatum de vendendis rebus, possit mittere manum ad quam velit, habes glos. in l. prædium, in verbo deprehendatur, C. quand. decreto opus non est, add. quod vbi non habet locum vsucapio vitio rei, nec etiam locum habebit fructuum acquisitio, glos. magistralem habes in l. si contra, in verbo si non bona fide, Cod. si quis ignorans rem minor. quam Bal. in d. l. & in cap. quoniam frequenter, §. in alijs, extra, vt lit. non contestat. reputat valde notabilem, & singularem, quam etiam sequitur Ias. in l. 1. §. si vir vxori num. 22. ff. de acquir. poss. add. quod actus approbatiuus factus post minorem ætatem, tollit in integrum restitutionem, l. fin. Cod. si maior fact. alien. facio etiam lex superuacuam infr. de tempor. in integr. restit. vbi lapso quadriennio post minorem ætatem, non datur in integrum restitutio, vid. etiam Bart. in l. quidā contulebant, ante finem, vbi etiam alij, ff. de re iudic. quod in effectu non obstat Alex. in cons. 117. viso processu vol. 5. Dec. in cons. 132. an autem minor possit donare, in d. l. fi. habes, tu vid. Natt. in cons. 173. per totum, & nota, quod æstimum probat, valorem rei, vult glos. in l. fi. in verbo si qua lexio in add. Cod. de magi. conuen. vid. Barto. in l. hij, qui fundos, C. de præd. nauicul. lib. 11.

Præsumptio iuris, & de iure contra quam non admittitur probatio in contrarium illa est, glos. in l. 1. vers. consultus, C. de dol. dom. de Franch. in dec. 69. nu. 7.

Præsumptionibus neminem debere damnari, l. absentem, ff. de pœn.

Præsumptio vna tollit aliam, l. diuus, ff. de in integr. restit. vbi etiam glos. & Bar.

Præteritum tempus perfectionem significat, l. 1. §. hæc verba, ff. quod quisq.

Pretium acquirit venditionem, l. fi. C. de præd. decurion. lib. 10.

Pretium succedit loco rei in iudicio vniuersali l. si & rem, ff de petit. hæred. Ias. in l. reconiū-cti, n. 129. & 133. ff. de leg. 3. l. si fundum per fideicommissum nu. 48. de leg. 1. plenius in l. si cum seruum infr. si cert. pet. l. possideri, §. ex pluribus n. 43. de acquir. poss. vid. Merlin. cap. 92. forens. controuers.

Pretium rei hypothecatæ, & obligatæ, ab ea peruentum, pretium prædictum, non succedit loco rei, si sumus in iudicio particulari, re extincta, nec perempta, si sumus in iudicio vniuersali, puta in dote, quando quis habet in dote bona hypothecata mariti, vel alterius, & corpus stabile hypothecatum venditur, & pretium, quod percipitur, illud succedit loco rei, causa onerosa, idest causa dotis, non autem causa lucratiua particulari, Negusant. in tract. de pignor. par. 5. memb. 1. nu. 48, Vrsill. ad Affl. in dec. 190. l. fin. §. & si præfatam, C. de iur. delib. Alex. in cons. 208. lib. 5. sed in iudicio particulari fit excussio rei in specie, vel in genere obligatæ, qua extincta, succedit in pretio rei, vel à re peruento, idem Negusant. in tract. de pignor. par. 2. memb. 4. nu. 149.

Præuentionem petens creditori, debet prius debitor cautionem præstare de soluendo debitum, & vntias decem in casu succumbentiæ, & facta præuentio valida, non proceditur ad liquidationem instrumenti, seruata forma Rit. M. C. V. 189. nu. 163.

Præuentiones non possunt fieri in alijs Curijs, nisi in M. C. V. & nisi debitor sit clericus sub pœna nullitatis, Carau. super Rit. M. C. V. 190. Incip. In primis, vbi aliquis, domin. de Franch. in dec. 657. nu. 4.

Præuentionem allegans, non admittitur, nisi præstita cautione, de soluendo debitum, & pœnam, non potest creditorem præuenire, Carau. super Rit. M. C. V. 189. pragm. 1. de præuent. moderan.

Præuentio inducitur per citationem in materia iurisdictionis. l. si quid postea, ff. de iudic.

Præuentio potius datur quando quis prouenit per verbalem citationem, quam per realem, seu capturam, Foll. in sua pract. crim. fo. mihi 111. num. 159. in verbo audiantur excusatores.

Præuentiones non fiunt per debitores in alijs Tribunalibus, quam in M. C. V. vbi præstatur cautio vntiarum decem, de soluendo debitum, & pœnam, & expediuntur prouisiones, & hoc fiat antequam cedat dies solutionis, alias non audiuntur, Reg. Prag. vnic. de præuent. Carau. super Rit. M. C. V. 189. & 190. Affl. in dec. 387. 137. 294. & 205.

Principalis inquisitus variando in sua depositione, hodie non obest varietas, Gramm. in cons. crim. 2 nu. 28. Iser. super constit. Regu. incip. si damna 7. col.

Principium collegit mentem finalem, l. regula iux. finem ibi initium constitutionis demonstrat, l. fin. de hæred. instit. & ff. de iur. & fact. ignor.

Principium variatio improbatur, Bald. in cons. 327. vol. 1. vbi multa cumulat, quæ ad Principem decent.

Primogenitura potest alij cedi, & renuntiari, Petr. ad Gram. in dec. 103. nu. 45.

Primogenitus magis honoratur, quam secundogenitus, & præfertur in honoribus, dom. de Franch. in dec. 554. nu. 5.

Primum delictum, quis committens, pro quo delinquens pœnam capitalem meret, nō debet quis mori, quantumuis delictum sit enorme, Boer. in dec. 173. nu. 9 par. 1.

Primogeniti sunt digniores secundogenitis, dom. de Franch. in dec. 85. nu. 3.

Primi motus nō sunt in potestate nostra, cap. ita, 11. q. 3.

Primum beneficium post intimatam publicationem, infra dies triginta petitur, quibus

elapsis

clapsis præcluditur via iterum ipsum beneficium petendi, sed infra alios dies triginta, petatur secundum beneficium, cum termino iuris,& petentibus concesso,& non venientibus,incurrunt in pęnam in Reg.pragm.16. de ordin.iudic.

Princeps Bisigniani habet priuilegium, & potestatem in eo facere gratiam vassallo parte non concordata,ante sententiam, dom.de Franch.in dec.370.n.1.

Princeps licet sit legibus solutus, attamen legibus viuere debet,l.digna vox,C.de legib.

Princeps debet viuere secundum leges, l. digna vox,C.de leg. pro cuius l.materia, vide Affl. in constit. Regn.incip.edictorum,col.8.& an possit princeps tollere ius positiuum, vel circa illud dispensare, vide eundem in constit. pęnam eorum.col.13.in princ. adde Ias. in cons.8.n.9.inter cons. Brun. & Socc.in cons. 10.n.28.inter ead. consil. & Neuiz. in cons. 12.n.140. eod. lib. & an Princeps sit supra legem,& ad illius obseruantiam abstringar, & an possit ex certa scientia legi derogare, vide Alberic.Brun.in cons.19.nu.8. in cons. 21.nu.10.& in cons.45.nu 7.add.quod Princeps etiam sine causa potest tollere etiam inducta à iure ciuili, idem Brun. in cons. 40. n.42.& in cons.87.nu.16. Adde,quod Princeps à dictamine rationis solutus non est,Io. Iacob.de Leonard.in cons.114.nu.213.inter cons.Brun an iniustè dispensatus, sit tutus in foro conscientiæ,vide Barbat.in cap.2. si clerici,§ in adulterio nu. 59.extr.de iud . add. quod Charondas sibi mortem intulit, cum legem,quam ipse tulerat, imprudens violasset,Tiraquell.in tract. de nobilit.cap. 20. nu. 73.Seleucus pariter cũ eius filius legem in seipsó latam violasset sibi vnum, filio alterũ oculum eruit,Tiraquell. de leg connub. lib. 12.n. 2.vide latè per Cassan.in suo Catalogo in 5.par.à consider.35.ad 37.fol.132.

Princeps aliquos eligens multum pro eis pręsumendum, l.fi. in fi. C. de summ. trin.& fid. cath.adde tex.in auth. vt iudices sine quoq; suffragio,§ eos, vers. quis enim non diligat, coll.11.not.Andr.de Barul. in l.1. C. de domest.& protect.lib.12.probatur in l. 1. §. hic cunabulis ibi credidit enim princeps, ff.de offic.præfect.prat.

Principium cuiusque rei, potissima pars est,l. 1.de orig.iur.vide dimidium facti, qui bene cepit habeat, l. si procurator, ff.mandat. l.1. quand.lic.fin.iudic.vendic.

Priuatio præsupponit habitum,l. manumissiones, ff.de iust. & iur.l.decem,de verb.oblig.

Priuati carceris pęna,quis hodie non tenetur, dum potest captum,per duos dies detinere, & pęna priuati carceris non tenetur, ita testatur Cap.Regn.incip.amplius, & aliud incip.mãdamus,refert Affl.super const. Regn. incip.pęnam eorum n.83.

Priuatum carcerem exercens, punitur pęna capitis,l.1 C.de priuat.carcer.& qui aliquem capit iusta causa, potest eum detinere per viginti horas, & postea ad Iudicem ordinarium ducere,secus si capit eum ex causa iniusta.cap. Regn.incip.cõtra affrenatos,Clar. in pr.crim.vers.priuatum fol.mihi 184.

Priuatus semel officio nunquam ad illud aspirare potest,l.1.C.de dign.lib.12.Capic.in decis.141.num.17,& 18.Vrsill. in decis. 289. num.31.

Priuilegia,quæ sunt à iure stabilita contra senes,ponuntur per Dom.Ricc.in sua coll.dec. 1861.dom.de Franch.in dec.608.Cacheran. in dec. Ped. 123. Capibl. de auctor. baron. vol.1.singul.268.

Priuilegia conquassantur inter pares priuilegiatos,& quom.& quan.vide Capibl. de baron.vol.2.cap.45.n.9.

Priuilegia conquassantur inter pares priuilegiatos,sed pupillus magis viduæ præfertur, vt potentior causa ætatis,& principalis causæ,dom.de Franch.in dec.553.Foll.in pract. crim vers.aud.excusat.fol.mihi 87.n.102.& magis priuilegiatus pręfertur, Vrsill ad Affl. in dec.56.n 3.Affl.dec.221.

Priuilegiũ concessum causa miserationis, nunquam derogatum videtur per generales derogationes, nisi expresse fiat mentio, dom. Franch.in dec. 192.

Priuilegiatus, si litigat cum alio priuilegiato, idest vidua cum pupillo, actor sequitur forum reliquia priuilegia conquassantur inter dictos pares priuilegiatos, & si vnus est potentior altero,seruatur ius commune dom. de Franch.in dec. 188.Carau. super Rit.M. C.V.258.incip.item,quod nullus priuilegiatus,& Rit.231.incip.item si pupillus,Affl.in constit.statuimus nu.7.Foller.in pract.crim. in verbo audiantur excusat.n.162.sed quando pupillus agit contra alium miserabilem, habet fori priuilegium,ratione minoris ætatis est fortior,& potentior alijs,Affl.ic.vbi supra n.12.

Priuilegium quando competit personæ ratione reuerentiæ, tunc renunciari non potest, secus autem ratione contractus,& societatis, dom.de Franch.in dec.164.n.14.

Priuilegium dotis, datur propter tres causas, v3.propter sexus fragilitatem, partus dolorem,& propter obsequia, quæ marito præstantur,l.assiduis, ff.de iur.dot.

Priuilegia Regis, infra annum à die datæ eorũ præsentantur Domino Viceregi, vt executorientur,alias sint nulla,& incurrant in pęnam ducatorũ mille,contrauenientes, Reg. pragm.1.de priuileg.infr.ann.præsentandi.

Priuilegium, dicitur quasi priuans legem, l.1. C. de tessaur. l.1. ff.de manumiss. Alex. in l. centum,de vulg.& pupill.subst.n.2.

Priuilegium doctoratus perdens, si per decem annos steterit in quasi possessione illius, habetur pro doctore, Vrsill.ad Affl.in dec.274.

Priui-

Priuilegia à Rege expedita infra annum à die expeditionis præsentantur Proregi, pro eius literis executorialibus, prag.1.de priuileg. infr.ann.præsent.

Priuilegiatus conueniens alium priuilegiatũ, attenditur magis priuilegiato,& ille præfertur,Vrsill.ad Affl.in dec.56.

Priuilegiatus comparens in causa, vti tertius, non gaudet beneficio miserabilium personarum,nec exceptiones dilatorias,& peremptorias apponere potest,Ricc. in collect. decis.2284.

Priuilegia conquassantur inter pares priuilegiatos,& reducitur totum ad ius commune, & actor sequitur forum rei,Dom. Ricc. in coll. dec 2308. & priuilegium variationis fori,competit etiam in criminalibus,collect. citati authoris 2307 l.verum,§.fin. & l.minor 25.annis.ff.de minor.

Priuilegiatus pro iuribus cessis ex causa lucratiua,non trahit,sed fallit in personis miserabilibus,secus quando cessio fuerit simulata, quod totum lucrum sit cedentis, Riccius in coll.dec.2202.Carau.super Rit,M.C.V.290 dom.de Franch. in dec.195.

Priuilegia dotis sunt innumerabilia, sed narrãtur vigintiunum pulcherrima per Domin. Ricc.in coll.dec.21.

Priuilegium dotis non transit ad hæredes,l.priuilegia, & l. in omnibus causis, ff.de regul. iur.

Priuilegium aliud non est, quam priuata lex, cap.priuilegia 3.dist.

Priuilegiati, qui habent fori priuilegium,sunt notati per Affl.ict.in sua dec.257. & dec. 56. Dom. Ricc in coll. dec.1.& 2156 & 2281 & 300:Vrsill.ad Afflict.in dec.56.221.& 257.& pauperes sunt priuilegiati, & quando duo priuilegiati concurrunt,præfertur magis priuilegiatus. idest actor,dom.de Frãch.in dec. 671. Viu.in dec 65.& Gram.in dec.20.

Priuilegia amplissima Scolarium,latè narrantur in auth.habita, Cod.ne fil. pro patr. sed pro scelus, quomodo in desuetudinem habierũt & quo tempore sedebamus in puppi, clauumque tenebamus,nunc vix locus est in sentina.

Priuilegiatus succedens non priuilegiato, non vtitur priuilegio suo,quod non est indistinctè verum, ideo videas Cinum in auth quas actiones,Cod.de sacrosan.eccles.& distingue vt ibi per eum, quem omnes communiter sequuntur,præter Salic. & Bart. in l.cum filiusfamilias, §.in hac, infra de verb. oblig.n. 3.Bald in Rub.C.de priuileg. fisc.Afflict. in dec.211.

Priuilegia baronis concessa cum clausula, vt possint se auocare vassallos euntes alibi ad habitandum,non comprehendũtur illi, qui vadunt ad habitandum in terra Regis, Petr. ad Gram.in dec.65.n.10.

Priuilegium mulieri datum pro dote, non transit ad hæredes,l.vnic.C.de priuileg. dot. Bar.in l:1.col.1.& 2.ff.sol.matr. l.2. Cod.de priuileg.fisc.

Priuilegia,quæ conceduntur per tex.in tit. de his,qui ad eccles. confug. non militant in eo,qui debet esse, & stare sindicatui, quia si ad ecclesiam confugiat, potest inde extrahi, Paris in tract.de sindic. §.viso,de modo prosequendi,2.colum. similiter etiam in eo,qui deliquit in Ecclesia, auth. vt matri, & auiæ liceat,§.fi.adde Cap Regn.incip. statuimus, & Dec.in l.vinum,ff.si cert.pet. & ad materiam dicti tituli,add.vide Cassan:in consuet. Burgund. Rub.1.§.5.nu.111.& seq.vbi latissimè,& singulariter Milleu.in sua prac.crim. prosequendi.nu.19.& seq. vbi ponit aliquos casus,in quibus aufugiens ad ecclesiam debet inde extrahi,add.Hier. Zannet. in tract. de differ.inter ius can.& ciuil.1.vol.tract.fo. 76.& Ludou.Montalu.in tract. de reprob. senten. Pila.art.4.§ vas n.5.in 3.vol.tract.

Priuilegiatus succedens priuato, vtitur priuati iure,l.sed & si,ff.de inst.& iur.l.3.C.de episc. & cler.

Priores præferuntur posterioribus, l.si nam, & posteriores,ff.de leg.

Prioritas attenditur in hora, puncto, vel momento temporis, & qualibet hora constat ex quatuor punctis, & quadraginta momentis,& quilibet punctus constat ex decem momentis,Dom.Ricc. in prax.for.eccles. resol. 103.par.2.

Probatio debet esse de concludentibus necessario,l.non hoc,C.vn.cognat.vel prẽsũptiuè prẽsumptione iuris,Bar.in l.1.ff.si cert.pet.

Probatum non dicitur quid,nisi sit ritè, & sollemniter,& ciuili ordine, ac modo probatũ, Clemen.testibus,Bal.in cons.382.

Probatio semiplena, sufficit ad probandum defensionem,& dubia probatio sufficit, vbi agitur de causæ defensione,Crauett.in cons. 2.nu.13.

Probationes in sindicatu,debent esse luce meridiana clariores,& quod testes nõ sint principales,odiosi, periuri, nec creditur mediatori,Carrab.in tract de sindic.officialfo.mihi 45.n.201.& 189.

Probatio obscura,& non concludens, non releuat,Ioseph,Ludouic.in dec. Perusin. 72.n. 15.l.non hoc C.vnde legit l nõ nudis,l. neq; naturalis,& non epistolis,l. ad probationem la 2.C.de probat.

Pobationes in criminalibus,debent esse luce meridiana clariores, l. sciant cuncti, C. de probation. & testes debent esse omni exceptione maiores.Clar.in pract.crimin. q. 66. vers.debent autem.& q.21.vers.vnus testis, & q.22.vers.vnum tamen,Boss.in titu. de consuet:nu 9.

Probatio Aduocatorum, & tabellionum examinatorũ magis probat, quia,sunt personæ expertæ,Vrsil.ad Affl.in dec.13.n.12.

Proba-

Probatio in contrarium admittitur contra iuris præsumptionē, & de iure, Vrsil. ad Affl. in dec. 13. n. 45.

Probationes semiplenæ in criminalibus excusant à pęna ordinaria, sed non à pœna extraordinaria, sed in censuris, sufficiunt ad eã imponendum, quia de salute animarum tractatur, Montem. in cap. 28. n. 18. fol. mihi 214. glos. 1. in cap. veniens de test.

Probationes si sunt plures, vel plus in eis probatum, quam in petitione fuit petitum, condemnatio sequitur iuxta formam petitionis, & si testes deponunt de diuersis formis, vt. vnus testis de decem, & alius testis de octo fit coacceruatio omnium summarū, & condemnatur quis ad tertiam tantum partem, Vrsil. ad Affl. in dec. 240. num. 12. & 13. & 14.

Probationes in adulterio, vel stupro, quomodo esse debent, vide Tartagl. in sua practica M.C.V. crim. fol. mihi 12. n. 2. per totum, & fol. 10. eod. vol. tract.

Probatio, quæ fieri non debet, & fuit admissa parte tacente, ei non nocet, Petr. ad Gram. in dec. 66. n. 2.

Probatio in ciuilibus causis, fama est sufficiēs cum vno teste, Vrsill. ad Affl. in dec. 337. n. 5. & dos potest probari per vnum testem cum fama, & per coniecturas, author allegatus in n. 4. decis. prædictæ.

Probationes contra Comitem, & Baronem inquisitum, vel aliam dignam personam, debent esse magis priuilegiatæ, quam eæ, quæ sunt contra aliam priuatam personam delinquentem, Gram. in vot. crim. 6. n. 11 constit. Regn. incip. prosequentes, sub rub. de pugn. sublatis.

Probatis extremis, media præsumuntur probata, cap. inter dilectos de fid. instrum. cap. accedens, vbi glos. de coniug. & idem probari in possessione medij temporis, quando principiū, & finis verificantur, de Pont. in cons. 59. nu. 7. in fine.

Probatio per duos tantū testes facta, valet quantum publicum instrumentum, l. in exercendis, C. de fid. instrum.

Probatio dubia, & incerta, semper contra producentem interpetratur, ex glos. in cap. in præsentia de probation. in verbo dubium, Hyppol. plene in Rub. de probatio. nu. 374. vers. scias autem.

Probatio legitima dicitur illa, quæ fit per idoneos testes, & omni exceptione maiores, de quo est tex. multum notabilis, & melior de iure in cap. consultatum, primo responso, extr. de sponsal. glos. in cap. at si clerici, extra de iudic. l. cum de indebito, ff. de probation. & probatio, quæ fit per iuris præsumptionem, dicitur liquidissima, Cassan. in consuet. Burgund. Rub. 1, §. 7, n. 26. & quando in antiquis difficultatem probationum, admittuntur leuiores probationes, vide Aymod. in tract. de antiquit. tempor. in princ.

Probatio in iure in illis delictis, quæ sunt difficilis probationis, verisimiliter lex contentatur omni probatione, & per argumenta, & verisimiles probationes, & coniecturas, l. non omnis, § à barbaris ff. de re milit. & talis probatio per coniecturas, sufficit pro plena probatione, Bald. in l. quicunque, C. de seru. fugit. Bar. in l. illa stipulatione in fin. ff de verbor. obligat. quod in omnibus, in quibus, non potest haberi clara, & liquida probatio, sufficit, quod iudex ex vehementi opinione, informationem habeat, Gram. in cons. crim. 27. nu. 13. & 14.

Probatio contra præsumptionem iuris, & de iure non admittitur, nisi per partis confessionem, glos. in d. l. contrahentibus, in verbo nullo modo, tamen fallit, si esset aliquis bonus vir, non admittitur cum iuramento, cōtra d. præsumptionē, quod est singul. dictum Anto. de Butr. in cap. vidua de regul. in fin. sequitur Hyppol. in sua pract. crim. in princ. n. 12. limita etiam, vt per Alciat. in suis præsumption. par. 2. nu. 4. & seq. fol. 24. add. pulchrum consil. Gram. 55. in ciuil. & Ruin. in cons. 73. vol 4. & multa per Alexand. in. in cons. 78 nu. 5. & seq. add. quod iuramentum sapit naturam actus, super quo interponitur notatur ex l. fi. C. de non num. pec. Limita tamen non procedere, quando contractus non extenditur ad aliquā rationē defectus, consensus, nam nec etiam iuramentum extenditur, Bald. in l. si quis pro eo, in fi. ff. de fideiussor. Secundo, quando contractus esset inualidus, quia contra ius diuinum, vel naturale. Tertio limita, vt per Franc. Aret. in cap. 1. de iudic. reliquas, quoniam longum esset hic congerere, vide per Bauer. de virtute iuramenti, à nu. 134. vsque ad nu. 139. vol 1. tract. add. ad materiam d l. fin. videndum Vasquium in tract. de succ. crea. progre. & resolut. lib. 1. § 9. à n. 9. vsque ad n. 28.

Processus nouus, crimine iam abolito, fieri non potest, dom. de Franch. in dec. 633. n 4.

Processus factus cum minore, non valet, nisi cū tutore, vel curatore, & eius consensu, Vrsill. ad Affl. in dec. 283. n. 11.

Processus liquidi debent esse in criminalibus delictis, l. in testamento la prima, ff. de conditio & demonstrat. dom. de Franch. in dec. 425. n. 2.

Processus combusti, & deperditi, debent de nouo compilari, & si copia auth de eis reperitur, per eam procedi potest in causa, & fides actuarij, & iudicis, finito eorum officio, de gestis per eos tempore eorum officij non valet, nec eam facere possunt, Pet. ad Gram. in dec. 24. n. 6. dom. de Franch. in dec. 707.

Processus finitus, debet cōseruari per actorum Magistrum, in archiuio Curiæ, ad pœnam sui officij priuationis, pragm. 13. de ordin. indic.

Processus cóclusus post dies octo, Iudici asportetur ad sententiandum, & quod sit ordinatus, non præposteratus, prag. 13. de ord. iud.

Proceditur ex officio in omnibus criminalibus, iux. iur. com. Cap. & constit. Regn. & non obstantibus priuilegijs Vniuersitatibus datis, prag. 1. de priuileg. Vniuersit. sed contra Vniuersitates habentes triduum nó proceditur in causis à relatione infra pragm 38. §. item se si sã querela, de offic. magistr. iustit.

Processionibus publicis non tenentur accedere, tam seculares, quam regulares, qui distant vltra medium miliare, & sic Confraternitates laicorum, sed possunt ab Episcopo conueniri tantum, qui Episcopus eorum differentias debet decidere, Montemar. in cap. 62. in pr. Archiep. Neap. & omnes ad publicas processiones debent accedere, & Regulares 40. horas in suis Ecclesijs facere debent.

Processionibus publicis defunctorum, & alij Monaci omnes Regulares, & seculares, clerici vocati, accedere compelluntur S. C. Trid. sess. 25. cap. 13.

Prodigus in delictis punitur vt cæteri delinquentes pęna pecuniaria. & corporali, concordat Clar. in pract. crim. §. fi. q. 60. vers. vlterius quæro, dom de Franch. in dec. 461. & æquiparantur pupillo.

Procurator apud acta constitutus, an satisdare teneatur, tex. habes in l. vnic. C. de satisdat. tu add. Bart. in l. satisdatio. ff. rem ratam haberi, & cui debeat notificari reuocatio procuratoris, vide singul. glos. in cap mandato extr. de procur. & ibi Abb. in cap. ex insinuatione, Felin. in cap. ex parte decani nu. 45. extr de rescript. & n. 51. vbi etiam videbis, an notitia Iudicis de reuocatione inducat nullitatem processus ipso iure, an autem reuocatio sit notificanda ipsi procuratori, vide Felin. in cap cum contingat nu. 21 de rescript. quid in procuratore ad negotia? vid. glo. in cap. 2. de procur. in 6. & in clem. 1. de renunc. plenè per Cin. Bald. & Paul. in l. eius, ff. si cert. pet. & in l. qui hominem § si Vitium ff. de solut. & in l. nó solum §. morte, ff. nou oper. nunc. Bal. in l. si procuratorem C. de procur. & in l. pacta Cod. de pact. Canonistæ in d. cap. ex parte decani, & in cap. fin. de procur. in 6. add. quod reuocatio procuratoris, etiã non intimata; valet, quando factus est vnus Ribaldus, Felin in d. cap. ex parte, nu. 42. ad quem semper recurre circa materiam reuocationis procuratoris, add. tu limitando illa, nisi esset procurator Ciuitatis, vel Vniuersitatis cóstitutus ab administratoribus, quia propter mutationem status, non desinit esse procurator, l. quod si forte. ff. de solut. Bal. in l. mandatum C. mandat. col 6.

Procuratoris factum nocet domino, tex. in l. si procurator, C. de procur. non tãtum si facit actum præiudicialem domino, sed etiam si aliquid omittit, & debet domino imputari, qui elegit procuratorem negligentem, adeo quod restitutionem in integrum nó potest petere dominus aduersus negligentiã procuratoris, sed potest agere remedio ordinario actione mandati, ad damna, & interesse aduersus eund. Merl. c. 30. for. controu. n. 17.

Procurator non admittitur in causa criminali, l. pen. §. ad crimen, ff. de publ. iudic. l. vbi pactum, C. de transact.

Procurator generaliter constitutus ad omnes, & singulas lites, & causas, an si postea est specialiter cóstitutus in alia causa censetur derogata generalitas, & an in secunda instãtia possit comparere virtute generalis procurationis, videtur quod potest cóparere in 2. instantia in dubio, non obstante regula iuris, quod generali per specialem derogetur per l. si quis procuratorio, §. idem Iulianus de procur. & potest vti mandato generali in causa appellationis, & in omni alia causa, sed cautela est, quod notarij ponant in constitutione procuratoris clausulas in omnib. causis motis & mouẽdis, tã in prima instãtia, quam in 2. & 3. Tessaur. in dec. 107. n. 3. & 6.

Procurator in causa appellare tenetur, sed non appellationem prosequi, Vrsill. ad Afflict. in dec. 344. n 6.

Procurator non potest expresse renunciare appellationi. dom. de Franch. in dec. 579. n. 1.

Procurator potest cóparere pro suo principali in causis criminalib. a delegatione infr. Tor. in compend dec. Regn. par. 1. fol. mihi 585. col. 1. in verbo vxor non potest.

Procurator potest comparere, & allegare foriudicatum clericum, vel indultum pro foriudicato, Vrsill ad Affl. in dec. 289. n. 28.

Procurator generalis cum clausula constituendi vnum, vel plures procuratores substituit procuratorem, & substitutus non potuit seruare, quia erat legitimè impeditus, & cum eo nó poterat legitimè agi debet, & potest aliũ substituere, etiam diuerso tempore, & in diuersis causis, diuersos procuratores substituere, dom. de Franch. in dec. 465.

Procuratorem vnum tantum tenentur constituere plures conuenti, dom. de Franch. in dec. 309.

Procurator nó admittitur pro homicidio commisso in psona foriudicati qui impunè põt offendi, nisi ad petendũ indulgentiã ex persona inquisiti per Rit. M. C. V. 269. qui incipit die 21. Iulij, qui cauetur pro parte citati, vel citandi, nó posse per procuratoré aliquid opponi, nisi absẽtiã, exceptioné infirmitatis, vel captiuitatis, dom. de Franch. in dec. 3 4.

Procurator cũ potestate substituendi, nó tenetur de culpa substituti, si errauit substitutus dom. de Franch. in dec. 112.

Procurator post litem contestatam in causa, non potest per dominum reuocari, l. post litem. l. quæ omnia, ff. de procur. Ias. in l à diuo pio, ff. de re iudic.

Procu-

Procurator cum speciali mandato, est organũ domini, dom. de Franch. in dec. 69. n. 11.

Procurator, qui non est Doctor, non potest in iure dicere, pragm. 78. de offic. S.R.C.

Procurator cui fuit promissa solutio, potest liquidare instrumentum via Rit. M.C.V. contra debitorem, Vrsill. ad Affl. in dec. 64.

Procurator in criminalibus, non admittitur, nisi in causis notatis, Arn. in differ. pen. Carau. super Rit. M.C.V. cuius est initium, die 21. Iulij de petition. admitten.

Procurator petens dilationem, vel principalis, & ea non vtens, punitur in pęnam ducatorum duodecim, pragm. 1. de dilatio.

Procurator non potest fideiubere pro suo cliẽte, Arn. in cõment. 93. alias esset litis redemptor, l. remunerandi, §. maurius, ff. mandati, Bal. in cap. ex parte de postul.

Procurator, & Aduocatus tenentur, & possuut cogi ad testificandum contra suum Clientem, de eis quæ scit tanquam merus testis, dummodo aliter veritas haberi non possit, sed si scit vti procurator, vel aduocatus non tenetur, sed tenetur occultare, & celare, Hodiern. ad Surd decis. 190.

Procurator formam mandati debet obseruare, l. diligenter, ff. mandat.

Procurator expendens pro domino in litibus, illas recuperat actione mandati, l. 1. C. mandati, tu vide Bar. in l. idemque, §. idem labeo, ff. eodem, fallit, nisi illas improbè fecisset, l. si contra, vbi Bald. infra eod. Add. quod quilibet est rei suæ moderator, & arbiter, etiam in abutendo l. in re mandata, Cod. mandati, l. sed & si lege, §. consuluit, ff de petitio. hæreditar. in tantum, vt etiam pacto expressa, inhibita domino rerum suarum alienatio, nequaquam impediat, eum impedientem, licet ad interesse, vel ad pęnam committatur stipulatio, l. nemo, ff de pact. l. creditor, §. fin. secundum vnam lecturam, ff. de distract. pignor. l. ea lege, ff. de conditio. ob causam, Oldrad. in cons. suo 159. ex præsenti col. 2. & vt ait Bar. in l. 1. num. 4. ff. de conditio. ex l. ex quo lex permittit aliquid, non oritur ius agendi, quod maxime procedit in his, quæ sunt extraiudicialia, & in mero cuiusquam arbitrio consistunt, Bald. in l. 1. in princ. Cod. ne quis in sua causa, limita tamẽ in casu, vt si dominus habet fundum conductum, non possit antiquo conductori auferre, & alteri locare, pro eodem pretio, l. congruit, Cod. locat. præd. ciu. lib. 10. iuncta l. fi. & in fin. & ita consuluit Paul. de Castr. in cons. 4. incip. cir. prim. col. 11. vol. 1. Secundo limita in Scolari, quod si non inueniat domum, potest cogere dominum, quod potius sibi, quam alteri locet, vt notatur in l. decernimus, Cod. de episc. & cler. & Bald. in l. 1. col. 4. ff. sol. matr. Tertio limita, quod licet quis non cogatur emere, nec vendere, fallit tamen in casibus, de quibus in l. 1. Cod. de vendit. rer. fisc. & in l. 1 & ibi Bal. C. de com seru. manum. quæ omnia Hyppolitus plenius in singul. 548. incip. rei suæ, & 589. incip. alias, sed ne decipiaris, prima limitatio est specialis in pręd. fiscal. non autem in alijs, Mant. in cons. 48. adde Picum in repet. l. post contractum, ff. de don. in princ. & Iacob. Rebuff. in l. 1. C. de fund. patrim. lib. 11. Bertrandin. in cons. 78. n. 3. vol. 3. adde an, & quando cessio dicatur simulata, vltra l. per diuersas, C. mandat. vide Ioan. de Amicis in cons. 24. Socc. Iun. in cons. 97. nu 71. vol. 2. & Riminal. in cons. 155. n. 5. & seq. vbi multa, & cons. 397. vol. 2.

Procura facta à minore, non valet in iuditio præsentata, absq; consensu illius à quo gubernatur, dum minor prædictus in iudicio esse non potest.

Procurator cum libera potestate, quid facere potest, & quis est, ille dicitur procurator cũ libera, qui habet mandatum, seu procurationem cum clausula, quod facere possit omnia, quæ facere posset persona constituẽtis, l. creditor, §. Lucius ff. mandati, Bart. in l. 1. de offic. procur.

Procura facta cum sigillo valet, dum sigillus facit fidem, l. si procuratorem, de procur. Fel. in cap. post cessionem 6. fall. n. 14. de probat. & quando potest procurator lite contestata reuocari, vide Abb. in cap. auditis num. 8. de procurat. glos. singul. in cap. mandato, de procur.

Procurator non cogitur inuitus suscipere officium suum, secus in Aduocato, & Doctore, glos. in l. inuitus, C. de procur. Feli. in rub. de offic. iudic. n. 2. limitatur in vassallo contra dominum, quia cũ patroni militare videantur, l. aduocati C. de aduoc. nec procurator reuocatur, nisi causa cognita, cap. 2 de procur. in 6. & quod dicitur in l. procuratoribus C. de procur. habet hoc locum in procuratore ad iudicia, sed procurator ad negotia, potest quandocumque reuocari, Feli. in cap. ex parte decani n. 17. de rescript.

Procurator an teneatur cauere de rato, habes in l. 1. C. de procur. & vid. Abb. in cap. coram de offic. deleg. & Feli. ibi nu. 7. vbi dicit, quod regula huius tex. fallit, quando per cautionem non est plenè consultum aduersario, idem tenet Bar. in l. non solum, §. qui alieno vers. tertius casus ff eod. limita etiam, vt non procedat, quãdo procurator fuit factus apud acta, tunc enim non cauet de rato, sed de defendendo l. vnic. C. de satisd. quia eo casu certus est procurator, & mandatum, adde, quod satisdatio iudicatum solui, tria continet, l. iudicatũ solui la prima ff. iudicat. solu. & iudex potest præcisè cogere tutorem, & curatorem, vt defendant, add. ad glos. in verbo cogetur, in l. eum qui, C. de procur. adde quod reus criminis admittitur ad causæ defensionem, fallit in casu l. 1., ff. de accusation.

amplia etiam,vt procedat in causa ciuili, in qua augetur lis omnium, vel maioris partis bonorum,vt in l.actionem,C.de procur.per Petr.Alex.& Abb.in cap. Imperatorum n.9. extr.de error.calcul.

Procurator an possit alium substituere,tex.habes in l.quod quis C. de procur. add.quod si substituat post litem contestatam, & de mandato dubitetur,debet admitti cum cautione de rato, vbi debet dici, quod procurator prædictus ratum habebit, non dominus,Bar.in l.de curatore,ff.de cur.bon.dan. Io.Andr.& Gemin.in cap.15.qui de procur. in 6.Feli.in cap.coram n.7. ff.de offic. deleg. & not.quod mulieres non possunt aliter esse in iudicio,nisi ratione earum rerum,& proprij lucri,l.quia absente,Cod.de procur.add. quod si procurator habeat potestatem obligandi dominum ad certam quantitatem, potest egrediendi fines mandati ipsum obligare ad cambia soluenda pro illa quantitate,si de illis est consuetudo in loco, Felin. in cap.cum M.Ferrariensis n.14. extr.de cõstit.& limita etiam dispositionem tex. in l.si procurator,Cod.eodem,vt non habeat locũ in criminalibus, Bald. in l.cum mandati,C. mandat. limita etiam, vt per eundem in l. non ideo minus,col.vlt.C.de accusatio.add. Felin.in cap.cum olim lo primo nu.8. de offic.deleg. & an minor 25. ann. possit esse procurator,not.glos. in verbo legitimam, iuncto tex.in l. exigendi C. de procur. adde videndum Io.de Grassis in tract.de substantial. procur. in verbo dominus, Andream de Imola, & in verbo nec non ad lites, vol. 12.tract.& qualiter inter se differant,Procurator,Actor,Sindicus,& Economus,habes in glos.in verbo debent,in l.nequam,Cod. de procur.

Procurator habens mandatum cum libera potestate,debent in eo esse verba,dò facio,& ad libitum voluntatem,&c. vt latè refert Vrsill. ad Affl.in dec.305.n.1.& 6.Alex.in cons.44. n.1.Couar.in 1.lib.var.resol. cap.6. nu.3. & seq.Cephal.in cons.338.lib.3.

Procuratoris officium est nullum, & ab eo omnia gesta sunt nulla, si de mandato non constat,& per consequens ratihabitione nõ validantur,Cin.Bar.& Bal.in l. licet C. de procur. & latissimè congerit Sebast. Vant. in tract. de nullit. ex defectu inhabilit. seu mandat.n.60.cum plur. seq.

Procuratoris officium faciens in causa, si de suo mandato prius non constat in actis,omnia acta gesta sunt nulla, & exceptio hæc, quod de mandato procuratoris non cõstat, licet opponi potest etiam post sententiam ad inualidandum processum, & omnia acta l.licet C.de procur.cap. licet de appell. in 6. l.licet ff de iudic.& apponitur vsque ad mille annos,vt dicit Bald.in l.2. Cod.si ex falsi. instrumen. Alexan. in consil. 191. prospecto instrumento,colum.2.volum.6.

Prodigus quando declaratur,fit decretũ, quod nemo cum ipso contrahat, & emanantur banna per Ciuitatem, & loca, ut omnibus innotescat, & non habeat ignorante declaratione,Vrsill.ad Affl.in dec.210.n.7.

Professionem faciens, nullum faciens Monacus,illam potest infra quinquennium nullam dicere, & allegare S.C.Trid.in sess. 25. & 19. Reuerendiss. Riccius in sua prax.var. resol.resol.20.Gauant.super decret. S.Congregat.Cardinal. in verbo regularium nu.3. & seq. Et non potest ante decimum sextum annum professionem facere, & renunciare, Gauant.in loco cit.n.1. & seq. & Episcopus potest regulares censuris compellere ad restituendum Nouitio discedenti bona sua, quæ attulerat, n.6.

Professio Religiosi, quæ allegatur nulla, si per testes probatur, etiam quod non sit scripta in libro professionum Monasterij, si sunt quinque testes,& examinantur, valet,quia numerus quinque testium in instrumento publico præferuntur, & pro eo habentur, dom.de Franch.in dec.386.

Prohibitus vendere extra familiam, requisitis illis de familia,vendere potest,Pet.ad Gram in dec.93.n.5.

Prohibens aliquem alloqui cum carcerato, si quis est alloquutus contra Curiæ prohibitionem, si damnum non sortiuit, non est in pœnam,ordine Curiæ non obstante, Vrsill. ad Affl.in dec.130.n.8.

Prohibens aliquem testari, punitur pœna extraordinaria,& ad interesse passum,& testamentum est nullum,& probatur prohibitio per duos testes,quod noluit notarium ingredi facere post discessum, conquestus fuit testator de prohibitione prædicta, Vrsillus ad Afflict.in dec.69. Boss.in pract.crim.fol.mih. 373. in tit. de his, qui prohibent. aliquem testari.

Prohibitio testatoris, quod res non obligetur, nec alienetur contra eius voluntatem non habet locum in causa dotis, dom.de Frãch, in dec.613.n.8.

Prohibens aliquem vti re sua, actione iniuriarum tenetur,l.iniuriarum,§.si quis prohibet ff.de iniur.l.qui pendente in fine, ff. de actio. empt.

Prohibitiones sunt odiosæ, & strictè interpretandæ.l.moris in princ.ff.de pœn.

Proijciens Ramum ex alto, aut lapidem, aut seipsum præcipitans,si incautè,id est si non ponit signum apponi solitum, & si in loco habitabili fecit, & hominem occidit,punitur pœna carceris per annum,constit.Regn. incip.pœnam præcedentem, Foll. in sua pr. crim.in verbo,vel carcerentur,fol.mihi 157. num.10.

Promissio facta in iudicio, habet executionem paratam, Vrsill.ad Affl.in dec.122.n.1.

Pro-

Promissio illius rei, quæ non dependet ex nostra voluntate non valet, & ille actus est nullus, Vrsill.ad Affl.in dec.217.n.3.

Promittens quis aliquid cum pœna, est in electione creditoris, velle rem, vel pœnam, Vrsill.ad Affl.in dec.353.n.1.& promittens soluere pro debitore, si debitor est liberatus, fit nouatio, n.6.

Promittere, & dare paria sunt, l.fin.Cod.ad leg. falcid.

promissio Principis facta sub verbo, & fide Regis, fides pro iuramento habetur, & seruari debet, Petr.ad Gram.in dec.46.n.9.

Promissio de fide facta, & verbo mentito, habet locum in Terra Cuccari, & in toto statu Vallis noui, & habet promptam, & paratam executionem, vt habent liquidæ obligationes, quando sic est promissum coram duobus testibus, vt soluat pęnā, vt in obligatione de fide fracta, & verbo mentito, & sic habet locum promissio prædicta, & promissio in veritate, In Prouincia Basilicatæ viget, & habetur, ac si iurasset, Vrsill. ad Affl. in dec. 389.Petr.ad Gram.in dec.46.n.10.

Promittens factum alienum, cū verbis sequentibus, videlicet, promittit curare, & facere executionem realem modis omnibus, & cū effectu, ita quod faciendo totum posse tuum non excusetur, declarantur singulæ clausulæ in dec.dom.de Franch.624.num.12. faciens totum suum posse, & quis promittens renunciare, vel, &c. non excusatur, sed promittens tenetur ad interesse, maxime promittens cum pœna, Gram.in q.2. Et promittens factum alienum, & ad pœnam se obligat, tenetur ad pœnam illam, faciendo totum suū conatum, & quando quis seruare non vult, nu.7.& 10.

Promissio de vendendo, donando, renuntiando, & similia, etiam si promisit factum alienum, si adest iuramentum in promissione, obligatur præcisè, tenet, & habetur pro facta renunciatio, latè Merlin.in cap. 4. controu. forens.nu.7.& per totum, & sic si promittit fideiubere, habetur, ac si fideiussisset nu.15. maxime quando principalis non est soluendo.

Promissio facta metu carceris, & tormentorū, ac fideiussio, non valet, si tunc erat carceratus promissor, vel carceri minatus, Petr.ad Gram.in dec.18.n.12.

Promissio de vendendo, videtur idem, quod venditio, si adest iuramentum in promissione prædicta, & potest cogi ad vendendum, & tradendum rem ipsam venditam, Vrsill. ad Affl.in dec.163.nu.3.Gizzarel. in dec.72. vbi de Angel.

Promittens aliquem debitorem exigibilem, si inexigibilis reperitur, tenetur promittens de suo, Vrsill.ad Affl.in dec.318.n.3.

Promissio debitoris de soluendo debitum tali tempore, & soluere debitum, vel pignorem præstare, electio est creditoris, Vrsill.in dec. Affl.397.

Promptiores ad liberandum, potius quam ad condemnandum Iudices esse debent, dom. de Franch. in dec.602.n.6.

Propter dictio, causam remotam significat, l.eo tempore §.fin.ff.de pecul. vbi etiam ibi quędam Apostill.not.

Prorex Neapolitanus nō potest inquirere cōtra Regios officiales absque Regis licentia, Capiblan.de auctor.baron.volum.2.cap.37. nu.25.

Protestationes fiunt cum clausulis instanter, instantius, & instantissimè, vt videatur causæ expeditio per Iudicem, & non per partem, Gram.in vot.31.n.13.tex.in l.fin.C.de tempor.appell.

Protestatio parti aduersæ notificata conseruat ius, alias protestatio redditur inutilis, si factum contrarium sequatur, Capibl.de baron.par.2.cap.64.n.10.

Protestatio Episcopi, quod iudex secularis procedat citra pœnam sanguinis, nihil ei suffragatur, si irregularitatem continet, cap.2.de homic.in 6.qui tex.non procedit in agentib. causas alienas, sed suas proprias tantum.

Protestatio cōseruat ius protestantis ne pereāt, l.4.§.1.ff.quibus mod.pign. vel hypoth.solu. glos.in l.idem labeo, vers pure, ff.famil. hercisc.cū alijs alleg.per Surd.in tract. de alim. n.43.fol.mihi 170.tit.6.q.6.

Protestatio non valet, vbi protestans per contrarium actum factum obuiat protestationi suæ directæ, ita glos.in cap.cum M. Ferrariensis, extra de constit.in verbo sine præiuditio, quod est, quando protestatio, & factū ipse simul non compatiuntur.

Protestatio præambula conseruat iura contra confessionem propriam de aliquo negotio meticuloso, Vrsill.ad Afflict.in decis. 336. nu.vltim.

Protocolla publici Notarij pertinent ad proprietarium, non autem ad vsufructuarium, quando alicui est per testatorem relictus vsusfructus hæreditatis, Barto.in consil.50. dum eum exemplando proprietas consumitur.

Prouisiones non expediuntur per actuarios M.C.V.& Regiarum Audientiarum in forrum eligendo affata Tribunalia, & similia, nisi ad priuilegiatorum instantiam, Petr. ad Gram.in dec.26. n.2.

Prouisiones expeditæ extra Regnū, non mandantur executioni absque licentia Proregis, etiam expedita per S.M.regia prag.4.de citatio.& prag.1.de priuileg.

Prouocatus non punitur de toto, quando se defendit cum prouocante, sed tantum de excessu, Marsil.in sing.105. penult. colum. Abb.in cap.1.de iniur. Gram.in consl.crim. 39.nu.3.

Prouocantibus imputatur dolus, & culpa, & quis

quis dicitur prouocare, vide Crauet.in cõs. 2.nu.12.

Prouocatus nõ accusatur, dum est iniuriatus, & tenetur iniuriantem iniuriam afficere, & iniuriatus, seu prouocatus, facit id, quod facit, animo defendendi, & non causa vltionis, Boer.in cons.4. nu.28.Clar.in sua pract. crim.§ fin.q.60. vers. vlterius quæro, & melius dico, nunc quæro.

Prouocatus, si modum in se defendendo excedit, quando aliquis ipsum offendit, vel iniuriet, non tenetur nisi pœna excessus tantũ, & offensio magis punitur die festiuo, Afflict. in constit. Regn. incip. pacis cultum nu.72. Vrsill.ad Affl.in dec.206. n.5. Aret.in cons. 34. magnifici num.16.2.volum. Alexan. in cons.76.

Proxime accingendus, habetur pro accincto, & de proxime absoluendis, habetur pro absoluto, & de proxime faciendum habetur pro acto, & sic in singulis, plenè notatur per me ante in add.ad l.1.ff.de milit.testam.

Proximus doctorandus, habetur pro doctorato, l.pen.ff.de milit.testam.

Publicatione bonorum facta, non veniunt iura conditionalia, glos.not.in l.non ad ea, ff.de conditio.& demonstratio.sequitur Ias.in l.si stipulatus fuerim, §.cum stipulamur, nu.6.ff. de verb.oblig.

Publicatio non est de substantia processus, & sententia lata absque publicatione processus valet, l.prolatam, C.de sent. Affl.in tit.de controuers.inuestit.§.item si vassallus, nu.12. & seq.Carau.super Rit.M.C.V.72.Menoch. de arbitrar.iudic.lib.1.q.33.fol.mihi 28.

Publicatio in causa, non est necessaria in ordine iudiciario, nec requiritur, dum non fuit à parte petitum, secus si fuit petita; tunc vitiatur ordo iudiciarius, Reuerendiss.Episc. Ricc.in coll.2108.

Publicatio bonorum, venit cum mero, mixto imperio.Vrsill.ad Affl.in dec.270. n.3. Grã. in cons.231.n.15.in ciuilibus.

Publicatione facta in causa, testes non recipiũtur amplius, nisi fuerint ante publicationem nominati, & per impedimentum non examinati, Regia pragm.3.in antiqu. de test. refrenat.

Publicatione facta in causa, possunt testes recipi, & examinari in multis casibus super eisdem, vel de directo contrarium, Vrsill.ad Affl. in dec.216. n.2. Firmianus multos casus enumerat, in quibus post publicationes processus, possunt testes recipi, & sunt circa sexaginta, Capic.in dec.62.

Publicationem bonorum indistinctè non habent Neapolitani, nisi in crimine hæresis, & læsæ Maiestatis, & in vsuris vbi hæc datur, minus datur vsurarijs, pœna hæc publicationis, sed ne hæc eorum delicta impunita remanent, puniuntur pęna extraordinaria, & hoc Sacr.Consilium iudicauit, vt testatur dom.de Franch.in dec.213.n.37. in fine.

Publicatione bonorum veniunt omnes actiones, l.si ademptus. C.de sentent. pass. Gram. in cons.crim.7.n.1.

Publicatione in causa facta, testes ad partis instantiam non possunt recipi, sed possunt tantum ex officio interrogari, Petr. ad Gram. in dec.28.n.3.

Publicatione facta in causa admittuntur articuli ad defensionem, etiam de directo contrarium articulatum, Barto.in l vnius, §.cogniturum, l.pen.§.si quis vlt.ff.de quęst.dom. de Franch.in dec.479.n.7.

Publicatio in causa non est de substantia, sed de ordine iuditii ordinarij, sine qua, si sententia fertur valet, ita Barto. & alij DD.in l: prolatam C.de interlocut.quorum opinionem communem esse refert Vant.de nullit. in tit.de nullit.ex defectu procurat. n.40. & à fortiori adducit esse stilum omnium Curiarum Regni, & præcisè M.C.V. sicque quotidie practicatur, publicationem non fieri super aliquo facto, in quo testes summariè recipiuntur, ita Rit.M.C.V.72.nu.13.& testes semper recipiuntur, vbi non datur publicatio, sed defenditur, quod dum in Regno, per Cap.detestantes, omnes causæ sunt summariæ, publicatio est necessaria, & de substantia, & stilo omnium Curiarum Regni, vt aiunt Causidici DD. Marant. & Muscatell.in eorum practicis.

Publicatione bonorum in vsuraria prauitate non veniunt iura, actiones, & nomina debitorum, dum constitutio loquitur solum in mobilibus, & stabilibus.

Publicum occupantes, in pęnam quatuor vntiarum puniuntur, Reg.pragm.vlt.in tit.ne quid in loco public. tres partes pœnæ prædictæ debentur Regio Fisco, & quarta pars datur officiali loci.

Publicum occupantes non puniuntur, nisi infra decennium, à tempore quo fuit commissum delictum occupationis, si vero vltra decennium, non proceditur nisi via ordinaria, audito interessato, & si infra decennium est permissum per portulanos prædecessores, & demonstratur per decreta, & prouisiones Regiæ Cameræ, certioretur ipsa Regia Camera, cap. antepen.positum in instructio.Reg.Cameræ prædictæ.

Publici latrones, & stratarum crassatores possunt capi per quemcumque Iudicem iuxta dispositionem Regiæ Pragmaticæ Inuictissimi Imperatoris Caroli V. editam in anno 1536. quæ est sub titulo vbi de delict. quis conuen. deb. tribuit ius dicendi potestatem contra disrobatores stratarum, Iudici, qui per Merlin.in cap.17.foren.controuers. sed requiritur, quod vt procedatur contra ipsum ad modum belli, & ecclesiastica immunitate non gaudeat, quod furet in stratis publicis, cum armis aggrediantur viatores,

& quod

& quod tria furta committat, non vnicum.

Puer nouem annorũ reddit nutricem grauidam, ex quo malitia supplet ætatem, vt refert gloss. in cap. quod intra 20. q. 2. relata à Paschal. de vir. patr. pot. cap. 9. n. 30. par. 1.

Pupillus tenetur stare locationi factæ per eius tutorem, Petr. ad Gram. dec. 46. n. 4.

Pupillus, & prodigus æquiparantur in contrahendo, dom. de Franch. in dec. 461. nu. 9. non autem in delinquendo.

Pupillus non obstante suspitione successionis, educatur penes matrem, dummodo mater non transeat ad secũdas nuptias, alias penes auiam educatur, Vrsill. ad Affl. in dec. 183. num. 2.

Pupillus non alitur per obligationem à Vitrico, & Vitricus eum alere non tenetur, Vrsill ad Affl in dec. 10. n. 15.

Pupilli penes, quem debent educari, & quod lex potius confidit in matre, quam in extraneo, maxime ante transitum ad secunda vota, & quod tutor non debet de proprio pupillum egenum alere, vid. tex. in l. 3. §. si egeni. ff. vbi pupill. educ. deb. Gram. vbi Petr. in dec. 55. Rouit. super prag. n. 9. de baron. domin. de Franch. in dec. 350. Crauet. in consil. 190. Capic. in dec. 50. Ann. in singul. 395. & per l 1. & fin. C. vbi pupill. educ. deb. semper Mater cæteris consanguineis præfertur, & apud eam filius educari debet, Gram. in loco præcitato.

Pupillaris substitutio non potest fieri in contractu, sed solum in testamento, cum sit illius sequela, & de iure speciali introductũ, quod pater possit facere testamentum pro filio suo famil. sub conditione, quod eodem contextu suum quoque testamentum faciat, Pascal. de par. pot. cap. 9. par. 1. n. 41. sed mater non potest facere substitutionem, n. 38. & latè de materia prædicta discurrit Paschalis in cit. suo cap.

Pupilli administratio bonorum, cura, & tutela, illis deferri debet, quibus aliquo tempore pupilli, vel adulti successio peruentura est, iux. tex. in l. tutela legitima, ff. de legit. tutor. & l. 1. eodem tit. Merlin. cap. 9. controuers. forens.

Purgans expensas, seu contumaciam, tenetur soluere expensas, & personaliter comparere, & præstando cautionem de stando iuri, & iudicio xisti, auditur in iuribus suis, Carau. super Rit. M. C. V. 211. n. 1. Affl. in constit. siue reali, 3. & 5. notab. & in constit. contumacem n. 9. in fin.

Purgationem moræ admittitur, quando quis venit prontus, sacculo paratus ad soluendũ censum quem debet, & hoc de æquitate Canonica, etiam post sententiam condemnatoriam, & si contractus dicit renuncians cum iuramento omni legum auxilio, Vrsill. ad Affl. in dec. 174.

Purgarẽ contumaciam, tria continet, quæ facere debet contumax, videlicet, soluere pęnã Curiæ, in qua est contumax, reficere expensas parti ad cuius instantiam fuit potius in contumaciam, & præstare cautionem de iuditio xisti, Specul. in tit. de satisdat §. 1. in fin. Carau. super Rit. M. C. V. 210. sed vidua eam præstare non tenetur.

Q.

QVando duo obstant, vno sublato, non tollitur alter, l. si quando. C. de inoffic. testam. l. si domus ff. de seru. vrb. præd.

Quarta non detrahitur à legatis pijs, secundũ magis communem opinionem, Vrsill. ad Affl. in dec. 56. n. 4. Capic. in dec. 6.

Quarta bonorum mariti debetur vxori pauperi nuptæ cum eo absque dote, vel cum modica dote, si tres filij mariti remanent, secus si remanent vltra tres, debetur ei integra virilis portio, auth. præterea, Cod. vnd. vir, & vxor, dom. de Franch. in dec. 410.

Quarta in Ciuitate Baroli, ex consuetudine lucratur secundo die votorum, & ab illo die tantum oritur actio, dom. de Franch. in dec. 677. n. 7.

Quarta Trebellianica non detrahitur à legatis pijs, secundum communem opinionem, vt detrahitur à cæteris legatis, Vrsill. ad Affl. in dec. 56. n. 4.

Quarta debetur Ecclesiæ Parochiali, quando quis sepellitur in Monasterio, vel Ecclesia Regularium, tunc debentur Parochiæ, hæc quarta funerum, candelarum, & legatorum omnium ab illa Ecclesia, vbi defunctus sepellitur, non ab alia Ecclesia, Reuerendiss. Episcopus Ricc. in prax. var. resolut. resolut. 209. par. 2. excipiuntur Monaci Mendicantes ab hac quartæ solutione legatorum, secus à quarta funeris tantum.

Quattuor aut infra, dantur natis iura trientem, si vltra quattuor succedunt in semisse, idest in medietate portionis, quæ eis competitura esset ab intestato, alias in tertia portionis succedit, l. dedit, §. nec vllos de collat. bon. auth. de triente, & semisse, auth. nouissima C. de inoffi. testam.

Quattuor aut infra, dant natis iura trientem, semissem, semissem verò, dant natis quinq; vel vltra, arbitrium sequitur substantia cetera patris, auth. nouissima C. de inoffic. test. Boer. in dec. 240. n. 10.

Quæ contra legem fiunt, pro infectis habentur l. iubemus, §. sanè lo primo, Cod. de sacrosan. eccles.

Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, l. ede C locati, & conducti.

Quæ sunt temporalia ad agendũ, ad excipiendum sunt perpetua. l. licet, & ibi glos. C. de except. l. pure in fin. ff. de doli except. cum aliis alleg. per Foll. in sua pract. crim. in verbo foriudicentur n. 22.

Quæ habuerunt longam interpetrationem, nõ sunt mutanda, l. minime, ff. de leg.

Quæ

Quæ contra legem fiunt,pro infectis habetur, l.non dubium,C.de leg.

Quæ dicuntur in præfationibus, censentur repetita in contractibus, & stipulationibus, l. Titia,§.1.& vlt ff.de verb.oblig.& in §.stipulationibus fideiussorum, instit. de fideiuss. Boer.in dec.314.n.3.

Quæ de nouo emergunt,de nouo indigent auxilio,& quando in aliquo actu requiritur iuditium peritorum, non sufficit vnum adhibere,si plures haberi possunt l.1.ff.de ventr. inspic. Galiat. in repet.l. 1.§.eadem autem, n.4. & seq. ff.de verb.oblig.

Quædam prohibentur extra tempus, in certo tempore, quæ post tempus sunt promissa, l. itaque,ff.ad l.Aquil.

Quem de euictione tenet actio,eundem agentem repellit exceptio.l.vendicantem, ff.de euictio.& l.vendita C.de reb.alien.non alienan.Merlin.in cap. 89. num. 3. forens. controuers.

Quælibet causa etiam iniusta excusat à pœna delicti,etiam in his,quæ sunt de genere prohibitorũ, ad quod vide pulchrè per Gram. in vot.19.n.16.

Quærelæ criminales sindicatus non leguntur, sed contestantur lites, ciuiles verò publicè leguntur per actuarium, & Consultor sindi atus debet declarare,quæ sunt ciuiles,& quę sunt criminales, Carab.in tract.de sindicat. official.fol.mihi 26.n.81.& seq.

Quærulantes prius debent cauere de expensis, & legitimare eorũ personas,si per sindicandum fuerit petitum,alias si non adimpleuerint,non audiuntur, & pro desistentibus debent consulentes declarari, Carab.in tract. de sindicat.official.fol.mihi 27.n.86.

Quærelam de falso proponentes per calumniã, & dolum,incurrunt in pœnam ducatorum sex,pragm.34.de offic.S.R.C.fol. mihi 931.

Quærela inofficiosi testamenti,competit filio, quando est instituta turpis persona,vel com petit illi,cui legitime esset successurus ab intestato,dom.de Franch.in dec.62.n.12.

Quærelæ,& omnes criminales actiones præscribuntur spatio 20.annorum,secus est in quærela falsi, & sic in crimine simoniæ, incendij,& homicidij,Reuerendiss.Episcopus Ricc.in coll.dec.208.

Qui primitiuam inficit ,deriuatiuam vituperat,Affl.in dec.248.n.7.cum ibi allegatis per eum.

Quilibet potest suo fauori renunciare hæc materia latè tractatur per Reuerendiss. Episc. Ricc.in sua coll.dec.153.

Qui semel est malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali,& è contra,vide Bar.in l.si cui,§ idem n.8. ff.de accusat. licet contrarium ibidem probetur.

Quicquid fit contra meam voluntatem, dicitur vi factum,l.1.§.qui sibi,& ibi Barto. & l. vim facit,ff.vim,aut clam.

Quicquid acquirit seruus, acquirit domino, etiam iniustè, & ignoranti, nec momento potest esse penes eum, l.placet, ff. de acquir. hær.glos.instit.de his,qui sunt sui,vel alie.iur. circa princip.§.1.

Quicquid est in terra Regis,præsumitur ipsius Regis,l.1.§.cum vrbem.ff.de offi.præf.vrb. cap.omni basilicæ,17.q.1.Afflict. in constit. Regn.incip.probationum n.16.

Qui quærit habere, quod non debet, perdit, quod habet,cap. eaque de censib. cum concord. in glos.

Qui mandat,quod alteri soluat,sibi videtur esse solutum,l.qui mandat.ff.de solutio.

Sententiæ, quæ transiuerunt in rem iudicatam, habent paratam executionem, l. minor 25. annis cui fideicommissum, ff.de minor.

Sententiæ Curiæ baronalis, si tres sunt conformes, videlicet Cur.primarum, secundarum, & tertiarum causarum, omnes dictæ tres sententiæ, pro vna tantum reputatur, Fab.de Ann.in cons.70.quia barones possunt sub se plures gradus iudicum constituere, & de vno iudice appellatur ad alium.

Sententia fertur super deductis tantum, & super non deductis non prouidetur, Vrsill. ad Affl.in dec.372.n.2.

Sententiæ iudicis Ecclesiastici debent esse tres, vt habeant executionem paratam, l.in minoribus, ff.de minor. dom. de Franchis in dec.290.

Sententia debet esse conformis libello, tex.in l. fin.ff.de fideicom.libert.de Pont. in cons.42. nu.13.& tribus modis debet esse conformis, videlicet iure, causa, & actione, Bald. in l. 1. C.si plur.vnic.sent.nu.11.col.2. & non valet vnum petere in primo libello, & aliud sententiare.

Senes non habent beneficium restitutionis in integrum dum sunt sagaces, & perspicaces, dom.de Franch.in dec.608.

Senes sunt habiles in filiis procreandis in anno 55. sed Affl. procreauit vsque ad annum septuagesimum suæ ætatis, & quando vir est annorum septuaginta, tunc de eius morte valde timetur, Affl.in constit. Regn.incip. post mortem n.2.lib.3.

Senes excusantur à testificando, propter eorum ætatem, glos. multum allegat. in cap. si qui testium extr. de test. qui testes debent esse maiores 70.annis, cap.si testes, §.item inuiti, in verbo senes 4.q.3.

Senectus mater est obliuionis, l.3.§.duo ad Carbon.Bal.in l.inuiti ff.de testib.

Senectus hyemi comparatur, & homo in morte sua magis est honorandus, Petr.ad Gram. in dec.81.n.3.

Senis vmbra plus valet, quam gladius, & eloquentia iuuenis, ita Bald. in cap.1. per illum tex.de renunc.in l.cum antiquioribus, C. de iur.deliber.

Senior bos grauius figit pedes, vt inquit Diuus Hieronymus contra Augustinũ refert Ias. in l.seruum stichum, §.sequitur, ff.de verbo. oblig.vbi videas de istis.

Seniores sapientia, & maturitate pollent, cap. nisi cum pridem, de renunc. & consilium, & experientia plurimum ualent, cap. ex multa, de not.

Senes connumerantur inter personas miserabiles, viduas, & pupillos, & gaudent illis beneficiis, quibus gaudent prædicti, verum quod dicti senes non sint perspicaces, & sapientes, sed impotentes, & fragiles, atque miserabiles, vt Bald. loquitur in §.pœna grauior, ff. qui not. infam. dom.de Franch. in dec.608, nu.7.

Senis dicitur ille, qui est in septuagesimo anno suæ ætatis, Cauens. super Rit.M.C.V. 146. Afflict.in constit.Regn.incip. in pecuniariis 6.col.

Senes sexagenarij dicuntur illi, qui sunt annorum sexaginta, vel per tex.in l. manifesti, C. qui ætat.excus. dicuntur etiam sexagenarij, si sunt maiores ętatis quinquagintaquinque, quibus inuitis non possunt munera personalia exercere, sed ab eis per ætatem prædictam excusantur, dummodo non sint muneta patrimonialia, nec sit penuria hominum, vel consuetudo in contrarium.

Sepulturas defuncti, iudex potest vendi facere bona hæreditaria ad eas soluendum, & earũ ius, dum homo ad creditoris instantiam, nõ impeditur, quando est mortuus pro eius debitis, ex quo est dignissima creatura, Petr.ad Gram.in dec. 82.n.1.Capic. in dec. 13. glos. in l. cognitionis, §.dignitas, ff. de var.& extraordin.cognit.

Sepulcro pedem aliquem quis tenere vult adhuc discere vellet, l.apud Iulianum, ff.de fideic.libertat.

Sepultura, & Cappella non venditur ad instãtiam creditorum, vide Reuerendiss. Episco. Ricc.in coll.dec.2143.

Sepul-

Sepulturæ electio, quando non est facta per defunctum, sepellitur in loco suorum maiorũ, & sequitur patris sepulturam, non matris, Reuerendiss. Episc. Ricc. in prax. var. resolut. resol. 46. par. 2. coll. dec. 2143. Gauant. super decret. Sacr. Congregat. in verbo sepultura, nu. 10.

Separatio thori fit per vxorem à viro suo in pluribus casibus, & præsertim per verbera grauiora illata per virum vxori, per concubinam in domo retentam, vel extra, per seuitiam viri, &c. & tenetur dotem vxori restituere, & alimenta extra domum præstare, Tessaur. in dec. 136.

Separatorum separata debet esse ratio, & iuris interpetratio, cap. 2. requisiti glos. 2. extr. de appell.

Separate dicta locum non habent simul, iuncta l. vim passam, §. præscriptione, vbi Bart. ff. ad l. Iul. de adulter.

Sępe dictio sumitur per binos, vel tres actus, sępissimè per tres actus, & consuetus dicitur per binum actum, Gram. in vot. ctim. 17. à nu. 21. cum omnibus sequent.

Septem officia Regni, præcedunt electis in parlamentis Ciuitatis, & quomodo, vide dom. de Franch. in dec. 549. Frece. in tract. de subfeud. lib. 1. tit. 4. de sept. offic. Seq. Regni Neapol.

Sequentia per praecedentia declarantur, l. si ser uus plurium, ff. de leg. 1. in fine.

Sequestrari debent omnia bona stabilia inquisiti de homicidio, vel alio graui delicto statim sequuto maleficio per Curiam illius loci, ne occultentur, & auferantur. l. si quis intra, C. de bon. præscript. vt elapso anno fisco applicantur, Capic. in dec. 131. n. 4.

Sequestra regulariter à lege sunt prohibita fieri, iuris ordine non seruato, l. 1. C. de prohib. sequestr. pec.

Sequestrum fit in re contentiosa per Curiam, ne partes veniant ad arma, & tria sunt necessaria, vt possit fieri sequestrum, primo, quod nesciatur possessor, secundo, ne scandala possint oriri, tertio, ne stetur dicto iudicis, Vrsill. ad Affl. in dec. 351. nu. 5. & officialis hoc non faciens, nec rixas euitans, & rumores, punitur pœna ammissionis officij, si facere potest, & non facit, & hoc fit officio iudicis, & duplex est hoc iudicium, & facta sequestratione per accessum iudicis in loco differentiæ, datur terminus, & prouidetur lite pendente.

Sequestratur iurisdictio baroni contumaci per contumaciam contra ipsum à Regia Curia contractam, & iurisdictio remanet penes ipsam Regiam Curiam, sed non sequestratur fructus, qui percipiuntur per deputatum, à barone, hoc intelligitur de fructibus infra annum tantum debitis, quia baro tedio affectus, comparet personaliter in Curia, soluendo pœnam, purgat contumaciam, Caranit. super Rit. M. C. V. 220. nu. 21.

Sequestrum potest creditor facere in bonis debitoris, & debitoribus debitoris creditoris, dom. de Franch. in dec. 78 n. 8.

Sequestro non est incipiendum, l. vnic. C. de prohib. sequestrat. add. pulchrum cons. Curt. sen. 60. & limita, & declara, vt ibi per eum Guid. Pap. in dec. 246. & Socc. in reg. 371. & seq. add. Parid. de Put. in tract. sind. in verbo negligentia, cap iudex, vt non arguatur, & ad materiam vid. Curt. in tract. de sequestr. vol. 14. tract. vbi multa, & singularia Luc. de Penn. in l. litibus, C. de agric. & cens lib. 11. vbi multa Galiac. in repet. l. 2. §. ex his igitur nu. 6. ff. de verbor. oblig. & limita, vt ibi per eum, Dec. in l. fin. Cod. de edict. diu. Adr. toll. add. ad materiam multa, & singularia per Anchar. in q. 97. nu. 12. & seq. par. 1. & Luc. de Penn. in l. per hanc col. 2. C. de erogat. milit. ann. lib. 12. Add. quod qui soluit, vt pereat superiori, non perdit conditionem indebiti, Caccialup. de debit. suspect. & fugit. q. pen. in fin.

Sermo rei, & non res sermoni subiecta est, cap. intelligitur de verb. signif.

Seruitia probari debent, quando maritus suæ vxori reliquit legatum propter seruitia, Vrsill. ad Affl. in dec. 44. nu. 29. & 32.

Seruitia personalia obligari, & condemnari, potest petere creditor contra suum debitorem, antequam cessionem bonorum petat pro sua cautela, Tessaur. in dec. 37. n. 4. in fi.

Seruitus diuidi non potest, sed commoditas beneuerum potest diuidi, vt in diuisione communis pascui, quæ peti non potest, Tessaur. in dec. 71. Cepoll. in suo tract. de seruit. rust. præd. cap. 9. n. 22. & 38. in princ.

Seruitutes in præiudiciũ domini, sine eius consensu imponi non possunt, & seruitutes sunt iter, actus, via, aqueductus, ius pascendi, & aliæ de quibus per tex. in l. 2. & 3. & l. veluti, ff. de seruit. rust præd. Cepoll. in tract. de seruit. in præfat. Mastrill. in dec. Sicil. 83. nu. 7. par. 1.

Seruitus in re vendita reperta, non licere emptori à contractu recedere, prælertim attenta fide hastæ iudicialis, sed actione quanto minoris arbitrio expertorum æstimanda consulendum ei, & hoc procedit quãdo venditor scit vitium rei venditæ, ac occultat, l. 1. & 2. C. cred. euict. pign. non deb. & diuersæ sunt opiniones æstimationis seruitutis, vt ex generali Italiæ consuetudine per Rip. opinion. est tertia pars, vt dicit in l. naturaliter. §. nil commune de acquir. poss. nu. 9. Merlin. in cap. 46. for. controuers.

Seruus baptizatus non efficitur liber per baptismum, Vrsill. ad Affl. in dec. 191. n. 10.

Serui sunt incapaces eorum, quæ iuris ciuilis, l. secundum fias, ff. de reg. iur.

Seruus, qui cum domina sua carnaliter se com miscerit, punitur pœnà mortis, Clar. in pract. crim.

crim. vers. seruus fol. mihi 184. §. fornicatio, vers. cum domina.

Seruus si deliquit domino præsente, & non cõtradicente, dominus ipse tenetur de delicto serui, Vrsill. ad Affl. in dec. 184. n. 3.

Seruus non potest esse testis pro domino, nec contra dominum, dom. de Franch. in decis. 222. n. 7.

Seruus, vel serua, qui fuerunt in seruitio domini, à quo fuit ingrauidata, si salarium seruitutis consequi non potest, non potest propria sua auctoritate capere bona sui patroni, pro suo salario, Vrsill. ad Affl. in decis. 395. nu. 6.

Se se mouentes appellatione mobilium continentur, dom. de Franch in dec. 641. nu. 1.

Seu, dictio, disiungit verba, sed sensum coniungit, vt declarat Bar. in l. si quis ita, ff. de aur. & argent. legat. vel autem dictio est omnino alternatiua.

Seruire quis inuitus cogitur cum sua professione, videlicet Aduocatus ad aduocandum, Notarius ad instrumenta conficiendum, leniones ad carnes vendendum, caupones ad hospitandum, meretrices lupanari, & similia, Petr. ad Gram. dec. 75. n. 6.

Seruitutis materia plenè tractatur per Reuerendiss. Episc. Ricc. in coll. dec. 2178. vbi de fumo impediente vicinum.

Sigillum Regium à nemine exigi potest, nisi à Gubernatore prouinciæ, & soluitur carolenus vnus pro quolibet sigillo, pragm. 4. de offic. Iustit. sub pœna in dicta Pragmat. contenta.

Sigillum apponens ignoranter in venditione sibi non præiudicat, l. 2. Cod. de rebus alien. non alienan. add. quod concurrente scientia sine alia subscriptione sigillus consensum operatur, Rom. in cons. 303. Barto. in l. quæ dotis in fine, & ibi Alex col. fin. ff. sol. matr. Dec. in cons. 3. loco in princ. extr. de probat. post Feli. ibi, add. Aym. in tract. de antiquit. tempor. par. 1. nu. 44. & limita, vt ibi, & n. 47. an requiratur attestatio, se sigillum illum apposuisse.

Sigillum non potest emparari, nisi semel, & plures prorogari potest, & si semel dicta empara fuit dimissa, seu cassata, amplius non recipiatur, pragm. 11. n. 76. de offic. iudic.

Sigillum, & ipsius ius, non possunt exigere Commissarij, &c. Reg. Pragmat. 2. de Commissar.

Signum testis, & eorum subscriptio ad hoc, vt sufficiat in materia l. scripturas multa requiruntur, sed melius quando Notarius pro testibus se suscribit, Hodiern. ad Surd dec. 137. Gratian. in discept. forens. 186.

Significatoriæ habent executionem paratam, & exequuntur non obstante appellatione, & reclamatione, præstita cautione de restituendo in casu retractationis, & in his summariè proceditur, ommissis sollemnitatibus, quando tractatur de significando debitores Vniuersitatis, & non recipiuntur nisi dubia tantum, & datur reuisio ad instãtiam condemnati, nõ data dilatione, seu termino per Vniuersitatem petito, quia est ad defatigandum significatum, dom. de Franch. in decis. 347. & pragm. 38. de offic. proc. cæs. Tasson. de antifat. obseru. 3. vers. 3. nu. 56. æquiparantur sententiis S.C.

Significati per Vniuersitatem pro eius debito, non potest Vniuersitas ipsa aliquid relaxare, pragm. 5. de administ. Vniuersit.

Simonia probatur per mediatores, quia aliter probari non potest, dum est delictum, & negotium, quod tractatur secreto metu pœnæ; committens simoniam, sic tractent, quod crimen probatur per testes inhabiles, & per mediatores, vtique probari non posset, imò non solum in crimine simoniæ admittuntur testes inhabiles sed etiam in aliis casibus in quibus verisimiliter aliæ probationes nõ reperiuntur, l. cõsensum, C. de repud. Ioseph. Ludou. in decis. Perus. 95. n. 29. par. 2.

Simplicitas est amica legibus, §. sed quia instit. de legit. agnat. succ. §. sed simplicitatem.

Simulationem contractus probare, & contractum esse simulatum tria sufficiunt, videlicet modicitas pretii, datio in solutum, & pactũ de retrouendendo, Vrsill. ad Affl. in dec. 65 & 72. Gram. in dec. 76.

Simulationis materia tractatur, instit. Cod. plus valere, quod agitur, &c. circa quam vltra Bar. Veronens. in suo tract. de simul. cõtract. vid. Bar. in cons. 63. Petr. Nicol. quod tangit etiam in tract. præsumpt. nu. 1. Rom. in cons. 246. Paul. de Castr. in cons. 91. & 328. Angel. in cons. 27. & pulchrè Aret. in cons. 65. Alex. in l. iurisgentium, §. pactorum in fin. ff. de pact. & idem & Ias. in l. pacta nouissima n. 2. Fulgos. in cons. 134. per totum, Cuman. in cons. 155. Rom. in cons. 259. & 146. Feli. in cap. si autem col. 2. extr. de rescrip. & in cap. si cautio extr. de rescript. dico melius col. 24. extr. de fid. instr. Paul. de Montepico post alios in l. post contractum ff. de don. Rip. in l. nemo potest de leg. 1. nu 65. & seq. Abb. in cons. 69. nu. 1. vol. 2. & fusè id nondum, & ordinatè Aret. in §. 1. nu. 28. & seq. instit. de actio. & exceptio. ad quem semper recurras, & maxime in praxim, add. etiam Bar. in l. lucius, ff. depositi, & qualiter probatur instrumentum simulationis, vide eundem in l. ex pretio, ff. si cert. pet. & quando dicitur instrumentum falsum, & quando simulatum, vid. Bald. in l. si ex cautione q. 1. de nõ num. pec. & in l. multum infra, si quis alteri, vel sibi, vbi singul. videbis de modo probandi simulationem, adde etiam singul. consil. Alexan. 112. viso superiore vol. 3. & quid si fuerit iuratum, omnia, & singula in instrumento contenta, vera esse, vide Anto. de Butric. in cap. cum contingat, extr. de iureiur. membro 8. quem

quem sequitur Ruin.in conf.132.nu.2.vol.4 & an constitutum tollat præsumptionem simulationis contractus,vide Bar.in l.sicut, §.superuacuum,ff.quibus mod.pign.vel hypoth.solu.& Ruin.in conf.64.nu.2.vol.4.& in conf.139.vol.1.nu.9.& an si venditor post venditionem per aliquod tempus,steterit in possessione præsumatur simulatio.vide idem Ruin.& DD.in alleg.§. superuacuum, & in l.post contractum de don. & Rom. in conf. 203.& quid si ex interuallo promissum fuerit non apponere simulationem,& iuratum, an petita absolutione,apponi possit,vid.eundem Ruin.in conf 66.nu.1.volum.4. & pro materia præcedentis quæstionis in conf. 32. nu.4.& 5.eod.vol.vbi etiam videbis qualiter debeat apponi, & ad materiam vide etiam Bald.in conf.18.237.& 279 vol.1.Barbat. in conf.51.vol.1. Alex.in conf.109.nu.14.Dec. in conf.167.Alex.in conf.46.volum.3.conf. 109.& 119.vol.4.& conf.18.vol.5. Iacobin. in l.si quis nec causam,§ pignori num.2.ff.si cert.pet.Ias.in conf.150.volum.4.& in conf. 153. eodem vol. & quot modis fit simulatio contractus, & quod non præsumitur nisi probetur,vide Pascal.de vir.patr.pot.cap.8. nu.94.& seq.par.1.

Simulatus contractus est quando apparet modicitas pretij pactum de retrouendendo, & si res datur affictu venditori, siue ad pensionem, Vrsill.ad Afflict.in decisio.39. num.13. & 14.

Simulationis species debet in specie probari, Dec.in conf.463.nu.8.vbi etiam videbis, an simulatio testibus probari possit,& an ex tali contractu contra singularem successorem agi possit,Bald.in l.1.Cod.de pignor.act.Ludou Rom.in conf.304.in fine, Bald.in conf. 18.volum.2. Affl.in cap.1.de feud.dat.in Vim leg. commiss. Gozadin. in repet.l.2. C. de pact.inter empt.& vendit. nu. 183. Paul.in consil.43.& conf.4.vol.1.Bertrand. in consi. 184.& 88.vol.1.& consi 170 num.1.vol.3.& in conf.32.236.& 119.vol.2. & an vnum,vel plura requirantur inditia ad simulationem præsumendam,Dec.in conf.692.vol.4. quid de pacto de retrouendendo, Bald.in consil. 237.& 314.volum.1.Barbat.in consil.8.& 22. vol.4 add. etiam pulchrum conf.Cassan.7.n. 23.& seq & conf.25.nu.2.3 & 8. Add. etiam Ias.in l.non dubium,Cod.de leg. l.nemo potest col.8 de leg.1.& in §.fuerat col.2.& in §. item si quis in fraudem col 2.instit.de actio. add.etiam ad alleg. consil. Cassan. 7. Curt. iun.in conf.108.nu.12.& 13.vol.2.& in cõs. 53.nu.13.& in conf.74.nu.4.vol.1.vide Loffred,in conf.52.nu.49.aduerte tamen, quod dicit Loffred.in d.conf.nu.43. quod adhoc, vt contractus præsumatur simulatus ex coniecturis,oportet,quod appareat ex causa vrgenti,propter quam partes voluerunt simulare,& allegat Bar.in conf.65.& ibi num.48. videbis qualiter debeant deponere testes in probanda simulatione.& an debeant admitti,nu.sequ.vide etiam Calcan.in conf.36. n. 11.& plenissimè per Gram.in decis.76.adde eundem Ruin.in conf.119.nu.1.8. & 9. vol. 1.vbi contractus donationis regulariter non præsumitur simulatus, etiam quod donans in possessione remaneat, quando non subest causa propter quam dicta donatio censeri debeat simulata,vt per Bart. in d. consil. 65. & ad materiam dicti tituli vide Ias.in consi. 170.nu.3.vol.2. Item qualiter probetur contractus simulatus, vide Iacob. in l. pacta nouissima num.19. supra de pact. Coniecturas autem,ex quibus contractus præsumatur simulatus,vide per Cassan.in consuetud. Burgund.titu.des retroictez §.11.Rub.10.nu.3. & sequ. Alciat.in l.si maior supra de probat. dico de transact.& Gram.in d.dec 76. n.27. & seq. Aymod. in cõs.156. & quãto tẽpore præscribatur iuri dicendi contractum simulatum,Bal.in conf.189.vol.5.& in conf. 438. eodem vol.

Simulatio contractus quomodo probatur, & quod testes requirantur, Vrsill. ad Affl. in dec.40.Petr.ad Gram.in dec 76 nu.13.

Simulatio contractus non apponitur post quinquaginta annos, Bald in l. vti frui, ff. si vsusfructus petatur, l. ius speciale. ff. de rei vendicat.

Singula quæ non prosunt, cumulata iuuant, l. excusantur in princ.& ibi glos. ff.de excusat. tut.Corn.in conf.101.vol.2. in fine.

Sindicatur hodie officialis,solum de furtis,pecunia accepta,& de malè ablatis, ac etiam de cæteris baraptarijs, nõ autẽ de decretis, & sententijs, male latis, & iniquè prolatis, secundum leges,vel non secundum leges, & vix pro bono regimine dicti officialis sindicantur,& de negligentia dissoluta tantum, Gram.in consil.crim.54.num.11. & termino elapso, & sindicatores iudicant causam, vel recipiunt querelas, & petitiones ad instantiam petentium contra officialem prædictũ, erit in pœnam decem librarum auri, si per dictum Iudicem sindicatorem stetit facere iustitiam dicto sindicando officiali, eam coram eis petenti,& differunt.

Sindicatu officialis prædecessoris debet interuenire nouus officialis successor,qui contra prædecessorem procedere potest, & sententia lata per sindicatores contra sindicãdum, si ab omnibus non fuit facta,& absque voto est contra formam Regiæ Pragmaticæ est nulla, Vrsill.ad Affl.in dec.1.n.6.

Sindicatores debent recipere querelas pauperum,absque forma, l.libellorum de accusat. & pro minimis causis, & quantitatibus sindicatores debent reddere partes ad concordiam, leuato ordine processus, & in dubijs semper medium diuidere, Carab. de sindic. official.fol.mihi 39.nu.146.

Sindi-

Sindicatu officialium prædecessorum, non debent interuenire officiales successores, & sindicatus potest agitari etiam die feriato, & sunt eligendi sindicatores non inimici, nec odiosi, quia faciliter mētiuntur inimici, Carab. in tract. sindic. official. fol. mihi 6.

Sindicatores etiam si sunt DD. debent habere Consultorem non suspectum, de locis conuicinis, seruata forma Regiæ pragmaticæ, quia non possunt duo officia exercere, Carab. in tract. sindic. official. num. 224. fol. mihi 51. nec possunt esse sindicatores, & Actuarij, nisi in terra absint litterati, qui possunt officium actuarii separatè exercere, idem Auctor fol. mihi 11. n. 53. & prag. incip. Regiæ dignitati.

Sindicatu, quis minans officialem, est iniuria, & officialis, actione iniuriarum non tenetur, si animo corrigendi verbū iniuriosum protulerit, Baiard. ad Clar. in §. iniuriarum n. 25. Bar. in l. si tutor, ff. de auctor. tutor.

Sindicus, vel Electus ab Vniuersitate, non admittitur ad eundem officium, per quinquennium, & ad aliud diuersum per triennium, dom. de Franch. in dec. 210. nu. 2. & in decis. 264. & fallit, quando non reperiuntur alij idonei, l. honor, §. fin. ff. de muner. & honor.

Sindicus, & Electi Vniuersitatis anni præcedētis, non admittuntur ad eundem officium per quinquennium, & ad aliud diuersum per triennium, secus si est officium non concernens Vniuersitati, puta Erarius baronis, qui officium debet exercere, & electio fit congregato consilio, per maiores voces suffragantium, dom. de Franch. in dec. 210. sed per Regiam Pragm. obseruatur solitum fieri per Vniuersitatem, Carab. in 2. par. sui tract. sindicat. official. num. 181. 173. 179. & 180. dom. de Franch. in decis. 65. & non possunt eligi pater, & frater Sindicus, & debitores Vniuersitatis, & vt cæteri Ciues paupcres, contribuant dicti Sindicus, & Electi in hospitiis, Carab. in tract. prædicto par. 2. num. 173.

Sindici Vniuersitatum, & locorum non mandent coniunctas personas Neapolim pro negotijs Vniuersitatis, sub pœna imposita in prag 4. de admin. Vniuersit.

Sindici deposito officio post decem dies reddant computa, & non faciant partitas inexigibiles, & requirant Capitanium loci pro auxilio exactionis, alias si Capitaneus secus facit, ad interesse tenetur, Reg. pragm. 5. de admin. Vniuersit. nu. 9. & 10.

Sindici vltra medium ducatum nō possunt expendere, absque mandato Electorum in scriptis, alias teneatur de proprio, & solutio fit de necessitate, & vtilitate Vniuersitatis prædictæ, sed ipsa reponatur in arca duarum clauium, pragm. 5. de admin. Vniuers. § 1. 2. & 3. & quod fuerit expensum absque ordine non admittatur.

Sindici, & cæteri officiales Vniuersitatis, debent exercere per annum, & annus intelligitur à prima die mensis Septembris, & finitur eorum exercitium administrationis in vltima die mensis Augusti, in quo tempore fit creatio officialium Vniuersitatis, dom. de Franch. in decis. 419. etiam si non exercuit per annum, annus intelligitur completus, vt supra.

Sindicus, & Electi non eliguntur alio tempore, quam in primo die mensis Septembris, finientis eorum officium in vltimo die mēsis Augusti, licet per annum non exercuerint integrum, tenentur depositare in assato tempore, dom de Franch. in dec. 419.

Sindicus, redens computum fideliter in termino à Reg. Pragm. statutum, non incidit in pœnam, Petr. ad Gram. in dec. 103. n. 151.

Sindicus, & Electi, qui ad munera publica vacauerunt vno anno, debent quinquennio vacare ad eundem, & ad aliud officium diuersum per triennium, l. 1. de muner. non conten. nisi quando alij Ciues non essent idonei, l. honor. §. fin. ff. ad municipal. dom. de Frāch. in dec. 210. Capibl. de auctor. baron. super pragm. 10. nu 76. & si sunt alij magis idonei admittuntur, & ditiores, l. 1. C. de potior. ad muner. vacan. ead. pragm. nu. 71.

Sindicus, & Electi non possunt concedere dilationem debitoribus Vniuersitatis, Bart. in l. qui Romæ § callimacus ff. de verb. oblig. Bar. in l. nam & nocere, ff. de pact. Abb. & cæteri in cap. cum olim, de offic. deleg. sed Io. de Platea in l. omnes, Cod. de ann. & tribut. nu. 3. & Bald. in l. præses, Cod. de transact. n. 7. teneat. quod potest concedere dilationem, Io. Paul. Montan super pragm. 5. de administ. Vniuers. incip. perche.

Sindici Vniuersitatis pro debitis vniuersalibus carcerari non possunt, dummodo non sint in mora constituti, culpa, & dolo, dum habent facultatē soluēdi, & non curant, quia tūc in duritiē carcerari pñt, sed si respōdeāt introitus non esse sufficientes, & in promptu bilancium offerunt, tunc cessat dolus, & culpa, & nullo modo possunt inquietari, & ad effugiendum hanc altercationem, sæpius Sindici impetrant, vt pro debitis vniuersalibus molestari nequeant, & sine difficultate, à Collaterali Consilio sic obtinentur, Capiblan. de auctor. baron. par. 2. cap. 67. nu. 20.

Sinodo diocesana tenentur accedere omnes personæ habentes beneficia ecclesiastica, & curam animarum, Montemar. in prax. Cur. Archiep. Neap. in cap. 62.

Socer potest pro dote carcerari, & conueniri, quando est in solidum obligatus, stante cōsuetudine Neapolitana, idem de Franch. in decis. 164.

Societas æqualiter contrahitur, & ita diuiditur inter

inser socios, vt vnus plus quam alius habere non possit, nisi plus ponat in societate, & omnia debent exprimi in societate prædicta, quod sit iusta, equa, & bona fide, & omnia prædicta requiruntur, & nemo debet defraudari & istud habet locum in sciente, non autem in decepto, alias esset societas leonina, vt in epilogo Esopi, qui traxit cum asino Capra, Coruo, & omnia ad se transtulit, fallit quando à principio vnus ponit plus, quam alius, quia plus debet percipere, sed quando est æqualis, æqualiter fit diuisio, Vrsill. ad Afflict. in dec. 58. n. 2. vsque ad nu. 6.

Societas finitur propter egestatem. & inopiam socii, & societas nō debet esse leonina, & contra naturam etiam inter eos, qui non sunt equis facultatibus potest contrahi, dom. de Franch. in dec 249. nu. 5. & 8.

Societate, vnus tenetur laborare pro alio, Bal. in l. fi. § 2. 9. C. de po. lhum. dom. de Franch. in dec. 63. nu. 5.

Societas flagitiosæ rei coita nullam vim habet l. si à reo, § id quod vulgo ff. de fideiussor.

Socius, qui habet animal ad soccidam, tenetur de periculo de communi intentu animalis, morte tantum naturali, secus de furto, vel si Lupus eum deuorat, tenetur soccida, seu custos, & vt probetur, quod casus mortis, fuit culpa soccidæ, dum animal gregatim pascebat, probatur mors per coniecturas, secus in aliis, Vrsill. ad Affl. in dec. 150. nu. 25. & seq. & Pastor tenetur de furto bouis, quam ad soccidam recepit.

Socius criminis, quantumuis sit ei remissa pęna, & publicat delictum potest torqueri ad eruendam veritatem contra socium, licet tortura est plus quam manus amputatio, quia per gratiam sibi factam, est remissa pęna tantum, dom. de Franch. in dec. 459. Carau. super Rit. Mag. Cur, Vic. 269. & 23. vers. imò plus.

Socij criminis depositio in tormētis, non probat, vel facit inditium ad torturam, sed facit tantum aliqualem. aliqualē præsumptionē dumtaxat, Gram. in cons. crim. 21. nu. 6. si aliqua non extant inditia probata contra nominatum, & vnus tantum testis solus de uisu in maleficio non facit inditium ad torturā, absque alijs inditiis, & sic ea, quæ non facit semiplenam probationem in ciuilibus, non facit inditium ad torturam in criminalibus. nu. 12.

Socius criminis in casibus exceptis facit inditium ad torturām, tamen hoc debet intelligi de socio criminis, alias non infamat ob aliud delictum, Gram. in cons. crim. 44. nu. 2. Angel. in l qui in iudicio, ff. de accusat.

Socius expendens pro recuperanda re communi, quantum erat expensurus pro sua parte, an habeat recuperationem à socio, l. ex parte, ff. famil. hercisc. Crauett. in consil. 159. volum. 1.

Socii criminis dictum non probat, nec facit inditium contra socium in casibus à iure non exceptis, maximè quando inculpatus est bonæ famæ, & non habet contra se aliqua inditia præsumptiuè, & de dictis sociorum, plenè vide Gram. in dec. 28. Petr. ibidem nu. 21. Clar. in q. 21. vers. & ex hac conclusione.

Socius criminis nunquam admittitur sine tortura, Petr. ad Gram. in dec. 40. n. 21.

Socii criminis dictū, facit reos torqueri cum aliis adminiculis cumulatis, dom. de Frāch. in dec. 577. Affl. in const. Regn incip. si damna clandestina, vers. vltimo.

Socius criminis, non obstante gratia de pœna promissa, si delictum publicauerit potest torqueri ad eruendam veritatem eius confessionis contra socium, dom. de Franchis in dec. 459. Baiard. ad Clar. in q. 21. nu. 26. de Angel. in add. ad Gizzarel. dec. 78. nu. 18. Capibl. de baron. super pragm. 6. nu. 70. sed socius pro socio in criminalibus non admittitur, & socius criminis, etiam cum tortura non probat ad condemnandū, sed dictum socii criminis absque repetitione est nullum. & quod sint tres socii deponentes in tortura contra socium de actibus diuersis, quia per Regiam prag. primam de exul & per Cap. Regn. incip. frequens, & inaffrenata sufficit ad condemnandum, Rouit. super pragm. 1. de exul. Peguer. in decis. Catalon. 5. Viu. in dec. 216 quia socii criminis de per se non sunt omni exceptione maiores, sociorum trium criminis depositiones faciunt inditium ad torturam contra personam non leuem, & non infamatæ vitæ, & non faciunt contra prædictum plenam probationem. & confessiones receptatorum contra receptantem, faciunt plenam probationē, iuxta citat. decis. 78. vbi add. de Angel.

Socius socii mei, non est meus socius, l. non socius, ff. pro socio.

Societatis materia in ædificando super communi pariete, & quæ solo, & parieti infertur cedit, & quando quis possit eleuare vsque ad cęlum, vide Tessaur. in dec 41.

Societatis materia, & quod prohibetur, capitale saluo remanente, vide Reuerendiss. Episc. Ricc. in coll. dec. 121. Viu. in dec. 180.

Socius criminis in casibus in quibus potest interrogari contra socium. eius dictum facit inditium ad torturam, si alia requisita concurrant, Gram. in cons. crim. 38. nu. 1.

Sodomiæ materia ponitur latè per Reuerendiss. Episc. Ricc. in coll. decis. 184. & quod si subagitatus subagitantem tentatorem occiderit, non punitur, & per Menoch. de arbitr. iud. casu 286. & Pascal de vir. pat. pot. cap 5. par. 1. n. 67. quando puer asserit se esse sodomitatum, an ei credi debet.

Sodomiæ delictum in genere probari debet, semen agentis esse emissum in anum patien-

tis, vel saltem membrũ in partes pudibundas, & in eum impositum, licet semen non emisisset, nã alias non esset in propria specie delictum sodomiæ, sed potius quędã ordinaria pollutio, & mitior pœna de ea tenetur, Clar. in sua pr. crim. in §. sodomiæ, vers. quæro nunquid, Affl in constit. legum asperitatem n. 12. Muscatell. in pr. crim. tit. de adult. & stupr. nu. 8. fol. 47.

Sodomiti puniuntur pęna mortis, l. 3. C. de malefic. §. hæresis, vers. successiuè, quęro Clar. in pr. crim. vers. sortilegi, fol. mihi 184. sed hoc de consuetudine non seruatur.

Sodomitis nemo debet præstare patrocinium, & fit separatio thori inter virũ, & uxorẽ pro hac causa, & sodomiti dantur brutis ad comedendum, & conatus in sodomia, habetur pro actu perfecto, & quomodo ꝓbatur hoc crimen, Boss. in sua pr. crim. in tit. de delicto, & idẽ Boss. in alio suo tit. de stupr. detestab. in Muscatel. n. 4. & seq.

Sodomiticum vitium masculorum habuit ortum à mulieribus, Boss. in sua pr. crim. in tit. de stupr. detestab. cum masc. n. 4. & D. Ambr. in sua epist. dicit ad Romanos, nam fęminę mutauerunt eorum naturalem vsum in eum vsum, qui est contra naturam, & Deus propter huiusmodi delictum adducit pestem humano generi, afflictionem, & tempestatẽ, auth. vt non luxurientur contra naturam

Sollemnitates debet obseruare tutor, & tutrix in tutela, antequam incipiat administrare cum nouem requisitis, Capic. in decis. 50. & decretum Iudicis requiritur etiam in tutore testamentario.

Sollemnitas, quæ est de forma contractus, si amittitur, reddit contractum nullum, Afflic. in constit. Regn. incip. Instrumentorum robur, nu. 25.

Solatium est agnatis, & affinibus, si occidens agnatum, & affinem, furca suspenditur, l. Capitalium. §. fin ff. de pęn.

Solutio census trium annorum pręcedentium continuata, arguit integralem satisfactionem præteritorum, Capibl. in singul. 171. l. quicumque, C. de Apoc. publ. lib. 11. dom. de Frãch. in dec. 137. de Põt. in cons. 138. vol. 2.

Soluere paratus, non cogitur iudicium suscipere, imo euitatur vt litis contestatio, vide retro in verbo litis contestatio.

Solutum absque causa datur repetitio, l. 2. §. circa, ff. de dol. except. Castrens. in cons. 102. viso, & ponderato in antiquis, Phanut. in trac. de inuent. par. 5. nu. 110.

Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, & potius datur retentio, quam actio, dom. de Franch in dec. 134 n. 5. & 6.

Soluens quis per suum creditorem alicui creditori creditoris sui, habet ius reemptionis debiti, quod debet soluere suo creditori, quã do ipse à dicto creditore molestatur, vel negotiorũ gestorum potest se defendere, dom. de Franch. in dec. 134. nu. 8.

Solutio cẽsus, siue redditus, probatur per duos testes, Vrsill. ad Affl. in dec. 13. n. 44.

Solui aliud pro alio non potest, l. 2. §. mutui datio, ad quod semper alleg. ff. si cert. pet.

Solutio in duriorẽ partem, quando, & quomodo fit, dom. de Franch. in dec. 164. nu. 15. l. in his vero ff. de solut. l. 1. eod. tit.

Solutio vsurarum, siue tertiarum, pro indebito, vel plus debito solutio ipsa vsurarum, sortẽ principalem abstinuat. l. post rem iudicatam §. 1. vers. si tamen, & vers. vsque adeo, ff. de transf. Bar. in l. creditor §. fin. ff. de solut. Castrens. in l. si non sortem §. libertus col. 2. nu. 7. ff. de condit. indeb.

Soluens aliquam quantitatem pecuniæ latronibus, vel aliis, pro alio saluãdo, & quod soluat, inuito ipso soluto, etiam potest ipsum cogere ad sibi soluendum, dum soluit pro salute, saluatione, & beneficio ipsius, Vrsill. ad Affl. in dec. 149. nu. 7.

Soluens aliquid aliquo Aduocato, &c. causa redimendi falsas vexationes, vel calumnias, potest repeti omni futuro tempore, tanquã extortum causa redimendæ calumniæ, & datum ex turpi causa, & cum mala conscientia soluitur, Vrsill. ad Affl. in dec. 149. nu. 15. dec. 235. Capic. in dec. 95. & multa exempla ponit pro litigantibus, & Aduocatis, qui concordiam Clientibus suis non cõsulunt, d. dec. 149. n. 12. & seq.

Solutio functionum fiscalium debet fieri per æs, & libram, vt iuris, Vrsill. ad Affl. in dec. 290. nu. 8. glos. in l. 1. § quod si nemo, in verbo proconsul, ff. quod quisque iur. l. 4. §. actor de re iurt.

Solutio dotis quando maritus accipiendo dotem, sibi præiudicat, vid. per me latè retro in verbo Interesse.

Solutio facta per debitorem creditori suo, in quam causam facta censetur. & quæ dicitur causa grauior, & quando fit in electione creditoris, vel debitoris, Hodiern. ad Surd. in dec. 186. Gratian. in cap. 105. par. 1. nu. 15. & par. 2. n. 214. dom. de Frãch. in dec. 164. n. 15.

Solutum indebitũ pro vsuris solutis extinguit ipsam sortem, & cedit in causam electam à debitore, & non potest creditor pro alio credito retinere, sed illud tenetur restituere, alias furtum committit, Hodiern. ad Surd. dec. 290. par tot.

Solutio per Patrem pro delicto sui filij, an in partem ipsius filij computetur, vid. Clar. in pr. crim. § fi. q. 68. n. 3. vers. 2. quęro, & ibi Baiard. late nu. 32. super q. prædicta, quod cõputatur in partem, & legitimam filij prædicti, si soluit causa pietatis per statutum, vel si fideiusserit pro filio, alias secus, etiam si in testamento pater ipse declarasset, quia tenetur pater protestari, tẽpore solutionis, quod soluit animo repetendi tantum à filio, & nõ aliter, nec alio modo.

Soro

Soror non censetur exclusa à successione fratris, nisi facta renunciatione cum iuramento, & ipsa exclusa à successione patris, dicitur exclusa à successione matris, Thesaur.in dec.62.

Soror excluditur à successione fratruum, per constit. Regn. incip. in aliquibus, stantibus masculis fœminæ non succedunt, domin.de Franch.in dec.24.nu.13. & appellatione fratrum, non continentur sorores.

Sorores excluduntur per masculos, quando cũ eis concurrunt, quia fratres solum tenentur eas maritare, & vt prius erat maternum maritare filias, per ipsius mortem efficitur fraternum, dom.de Franch.in decis.157.num.6. & 7.

Soror si non dotatur à fratre, siue maritetur, excedens decimum sextum annum masculiatur, & ipsi competit portio, vt cæteris fratribus per consuetu. Neapol. Vrsill.ad Affl. in dec.159.

Soror non excluditur à successione fraterna, quæ renunciauit Paterna, & Materna bona, quia hæreditas ipsa paterna, vel materna per filium adita, bona ipsa sunt effecta fraterna, & si soror ipsa non renunciauit fraternis, eis succedit, & seruabitur in successione fratris, Auth defuncto, Cod. de legit. hæred. & etiam succedit bonis de nouo quæsitis per ipsum fratrem, l.& si plures §. si filio, ff.de vulg.& pupill.dom.de Franch.in decis.171. nu.3.Vrsill.ad Affl.in dec.178.nu.3.

Soror non excluditur ab hæreditate matris, & ab eius successione, licet non sit de agnatione filiorum, ex quo per statutum, & constit. Regn. prædictam in aliquibus est exclusa, quia non intelligitur de hæreditate matris, sed patris tantum, dum masculinum non concipit fœmininum, Hodiern. ad Surd. in dec.9.nu.12.Gratian in discept. forens. 449. par.3.

Soror non excluditur ab hæreditate matris, & ab eius successione, per constit. Regn, incip. in aliquibus, & per statutum contrarium, quod stantibus masculis fœminæ non succedunt, hoc intelligitur de successione patris, non matris, quia quamuis masculus excludit sororem, non tamen eam excludit ab hæreditate matris, quæ non est de agnatione filiorum, quia masculinum non concipit fœmininum, Mart.de success.legal.par.3.quæst. 6.art.5.per totum, Hodiern.ad Surd. dec.9. nu. 12.

Soror etiam maritata, si renunciauit succedit fratri ab intestato, qui eam dotare tenetur. quando est egena, Viu.in dec.187.

Species non recipiunt duplicationem, l.lutius, §.impuberem, ff.de leg.3.& l.plane §.1. de leg. 1.

Specialia duo non possunt concurrere circa idem, l.1.ad quod semper, allegat.53. Salyc. Cod.de dot.promiss.quod procedit, quando duo specialia ad idem competunt, eque principaliter, quando vnum esset accessorium ad alterum, l.1.citata, vbi DD.

Specialitatem allegare, & non dicere rationẽ specialitatis refugium est miserorum, ita glo. in l. filium quem habentem, Cod. famil. hercisc.

Sponsa, sponsum absentem expectare tenetur, quo termino elapso, alteri impune potest nubere, sine metu arrarum, l. 2. C.de spons. & arr.

Sponsio, seu scommessa facta à duobus de currendo, recusans currere, habetur, ac si in eo esset victus, Petr.ad Gram.in dec.76.nu.12.

Sponte comparens, præsumitur innocens, & nocens præsumitur quando fugit iudicium, & spontanea comparitio coram iudice purgat moram, dico fugam, Vrsill.ad Afflict. in dec.13.nu.31.Gram.in cons.42.nu.21.

Spontanea præsentatio tollit omnem suspitionem delicti, & præsumuntur innocentes, & debent absolui, Gramm.in consil. crim. 29. nu.32.

Spolia Prælatorum, & personarum Ecclesiasticarum, sine testamento decedentium, quæ ad Reuercadam Cameram Apostolicã spectant, vid.constit. Pauli III.31.fol.mihi 420.

Spoliatus ante omnia, debet vestiri, & est ad pristinum restituendus, & hoc intelligitur, dummodo à Iudice non sit spoliatus, & in causa spolij, & possessorij, non datur appellatio, in tit.Cod.ad l.Iul.de vi publ.Isern.in glos.constit. Regn.incip. intentionis nostræ, vers. de aliis circa medium, l. si quis ad se fundum eodem tit.Niger in cap. subditorũ, nu.106.& seq.Dec.in cons.191. nu 9. & 10. Plot in repet.l.si quando, Cod.vnd.vi, n.732. Arn. epit. 4. & quando dolus non interuenit, non tenetur directè interdicto vn. vi. L Iulia de vi publ.& priuat. Boss. in sua pract. crim.in tit.de plur.vident.n.37.& ante omnia spoliatus, etiam ad vnum quadrantem est restituendus, Capic.in dec.28.

Spoliatus non reducitur ad pristinum, quando constat per publicum instrumentum de dominio spoliantis, Petr.ad Gram.in decis. 45.nu.5.

Spoliatus conuentus iudicio petitorio à spoliante, potest vsque ad conclusionem in causa, & non vlterius agere spolio, cap.1.de rest. spol.Socc.in reg 30.verbo spoliatus, 4.limit. Abb.in cap.ex conquestione col.4. de restit. spol. Affl.in dec.193.vbi Vrsill.imò post litem contestatam, non potest opponi spoliũ, Viu.in silu.com.opin.opin.789.

Spoliorum possessionum materia, vid.constit. Regn.incip.violentias, in tit.de violent. circa poss.& cap. Regn.incip.peruersorũ, quod spoliatus de facto, debet prius sua possessione restitui, & soluere pro violentia medietatem valoris possessionis.

Spoliato sufficit conqueri de spoliatione, licet

expressè non petatur restitutio 2. q. 1. cap. votum.

Spoliatus ante omnia debet restitui vsque ad vnum quadrantem, tam possessionis, quam fructuum, antequam spolians audiatur, & debet stare in possessione spoliatus pacificè, tanto tempore, quantum stetit spolians ipsius, vt possit postea audiri, & quando Iudex sequestrauit possessionem ob causam, eam non admittit possidens, Vrsil. ad Affl. in dec. 98. nu. 1. 2. & 6. & potest agi pro spolio ciuiliter, & criminaliter, Capic. in dec. 77. l. si quis ad secundum, C. ad l. Iul. de vi publ.

Spoliatus sua possessione, in eadem est restituturus, & potest opponi exceptio dominii, vel contraria possessio, & non dicitur spoliare, qui possessionem suam continuat, & dolo facit petere, quod restituturus est, Boer. in dec. 238.

Spoliatus ante omnia, est ad pristinũ restituẽdus in sua libertate, l. 2. C. si per vim, vel alio modo.

Spiritus vitæ insufflatur à patre, in causis, vbi instantia est perẽpta, idest quãdo est elapsus tertius annus à die motæ litis, seu primi actus, & datur supplicatio Præsidenti S. Reg. Cons. & de nouo agitur causa in illis terminis in quibus reperitur, & sententia lata in instantia perempta, & non exequuta, non potest confirmari, nec refirmari, sed est nulla, & sic declaratur, est exemplum Dei, qui morsuos resuscitauit, sic causa reuiuiscitur per vitæ spiritum, & insufflationem, Vrsill. ad Affl. in dec. 346. Gram. in dec. 69. Capic. in dec. 165. & non restituitur, nisi refectis expẽsis, Arn. in sua pr. iudic. cap. 66.

Spiritus vitæ potest millies in causa insufflati, Petr. ad Gram. in dec. 69. nu. 1. Vrsill. ad Affl. in dec. 346. nu. 5.

Spiritus vitæ insufflatio, non habet locum, vbi sunt personæ priuilegiatæ, vt minores, &c. perempta instantia, Reg. Pragm. 1. de instan. caus.

Spretum mandatum, est pęna vnius tareni pro qualibet vncia, & latissimè docet Tor. in suo Compend. dec. Regn. par. 1. fol. mihi 291. in verbo pęnas, & barones possunt vltra damnum pęnam exigere ratione contemptus, & quando inobedientia habet qualitates grauantes.

Spurii qui ignorant patrem, matris originem sequũtur, Affl. in dec. 384. Capibl. de auctor. baron. vol. 2. cap. 57. nu. 5.

Spurii, qui sunt filii presbyterorum, qui non sunt, nec esse debent in potestate ipsorum, quia filii nostri tantum sunt in potestate nostra, ex quo sunt legitimi, & naturales, & ex iustis nuptiis procreamus, & tales spurii nullum participium, nec beneficium habent, ex persona, nec familia parentum, auth. quibus mod. natural. effic. sui. § si.

Spuriam filiam pater dotare tenetur, ne ipsa patris dedecore cogatur meretricari, licet mortua filiis relictis, vel non, dos reuertatur ad patrem dotantem, & filii debent habere alimenta ab Auo, per cap. cum haberet in fin. & dom. de Franch. in dec. 282. nu. 15. quia hodie in hoc Regno istæ spuriæ, etiam auro oneratæ, vix virum reperiunt, & præsumitur spuria ipsa viuere triginta annis, vel ad minus quindecim, quando per patrem in eius morte relinquitur tot pro dote, vel alimentis, dom. de Franch. in dec. 282.

Spurii, qui sunt filii Presbyterorum, & Monacorum, si moriuntur, inter se succedunt in linea collaterali, dom. de Franch. in dec. 238. Vrsill. ad Affl. in dec. 96.

Spurius etiam vulgo quæsitus, matri succedit, dummodo mater non sit illustris persona, non habeat filios legitimos, & quod non sint nati ex damnato coitu, dom. de Franch. in dec. 47.

Spurius institutus hæres à patre Clerico, habet solum vsumfructum, idest alimenta tantum, & si dicitur, quod casu quo dicta institutio non valeret, sit eius filius legitimus, & naturalis hæres, dictus filius legitimus, est hæres in proprietate, & pater in alimentis, dom. de Franch. in dec. 27.

Spurii legitimati possunt à patre hæredes instituì, & iniuria verbalis sufficit ad exhæredandum, quando filius dicit patri suo, tu es spurius, & potest spurius, hæres à patre institui vterino, Vrsill. ad Affl. in dec. 99.

Spurius, seu filius Clerici non succedit patri, matri, parentibus, & fratribus, & nati ex vilissimis concubinis, sunt incapaces relictorum, & sunt insuccessibiles, Vrsill. ad Affl. in dec. 96. nu. 6. vsque ad nu. 14.

Spurius dicitur vilis persona, quia est infamis, infamia facti, Affl. in constit. regn. incip. prosequentes lib. 2. rub. 31. n. 7. cum allegatis ad literam add. litera F.

Statutum, siue lex Imperialis an & quando liget, vel includat Ecclesias, personas ecclesiasticas, vel eorum bona, & quid si concernat eorum commodum, & fauorem, vide plenè per Abb. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. & aliqua in cap. non minus, extra de immun. eccles. & an ad murorum refectionem, Ecclesia, & personæ ecclesiasticæ teneãtur, vide quæ late congerit Boer. in tract. de custod. Clau. nu. 48. in 5. vol. tract. fo. mihi 272. add. Bertrãd. in cons. 323. vol. 1. & Abb. in cons. 3. & in cons. 6. vol. 1. & in consil. 13. vol. 2. Abb. in cap. quod clericis, extr. de for. compet. nu. 33. & 34. Hostien. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. Abb. Felin. & alii in cap. nouerint, de sent. excom. Natta in repet. cap. quamuis de pact. in 6. num. 134. & sequen.

Statuta debent interpetrari, vt superflua non sint, Bar. & ibi latè Moderni in l. 4. §. prætor ait, ff. de damn. infect.

Statu-

Statutum, vel lex quamuis, taxatiua loquatur, puta per verbum solus, tamen non excluduntur similes casus, glos. in l. illud, in verbo alia causa, Cod. de sacrosan. eccles. vide ad hanc glos. Dec. in cons. 120. col. 2. add. aliam glos. in l. si prius in verb. absentes, ff. de no. opc. nunc. & glos. & Bart. in l. ita pudor, Cod. de adulter, vbi vide, & quæ dicantur acta, vltra glos. in d. l. illud, in verbo actorum, vid. Dec. in l. 2. in princ. C. de eden.

Statutum odiosum in pęnalibus non extenditur de vno ad aliud, cap. odia de regul. iur. in sexto.

Statutum contra libertatem ecclesiasticam est nullum, & illud dicitur contra libertatem ecclesiæ, ex quibus tolluntur, vel diminuuntur priuilegia concessa Ecclesiæ, vel personis ecclesiasticis à Papa, vel à Principe, auth. cassa, & irrita, Cod de sacros. eccles. & quando Clerici efficiuntur timidiores, vel quando impediuntur facere, quæ sunt sibi concessa à iure Canonico, & Com Abb. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ in constit. vbi Abb. in gl. litera C. n. 24. vide retro in verbo Consuetudo, vbi latissimè.

Statuta laicorum non ligant Clericos, & ecclesiasticas personas, nisi sint Ecclesię fauorabile, & cũ approbatione Sũmi Pontificis, tex. est clarus in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. Cauens. in Rit. 67. Capic. in dec. 66.

Statutum est stricti iuris, & tantum disponit, quantum loquitur, l. constitutionibus, ff. ad municipal.

Statutum loci interpetratur contra exteros, & alios, non contra Ciues, Alex. in Rub. ff. sol. matr. & in l. vlt. §. idem autem, eod. tit. & per me ante in add. ad l. locatio. §. fiscus. ff. de publ. & vectigal.

Statutum ligat forenses delinquentes in territorio statuentis, quãdo agunt id, quod vbiq; est delictum, etiam illud ignorantes, Petr. ad Gram. in dec. 103. n. 126.

Statim dictio, quandoque capitur pro triduo, iux. tex. in l. 3. Cod. de err. aduoc. tamen communiter arbitrio Iudicis capitur, iuxta tex. in l. si quis ita §. scriptum, ff. de verb. obligat. Vrsill. ad Affl. in dec. 306. nu. 2.

Sterilitas à Conductore, debet affittatori infra annum denunciari, vt remittatur merces, & affictus, alias secus, & quomodo probatur sterilitas, Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1334. Tessaur. in dec. 108. n. 1.

Testamentum imperfectũ inter naturales tantum, an valeat? quando Pater non haberet filios legitimos,& an intelligitur priuilegiatum testamentum inter liberos, quando fit odio vnius, & fauore alterius, vide Boer.in dec.240.par.2.& seq. vbi quod testamentum inter liberos imperfectum, annullatur,si extraneus sit admissus etiam in tutoris datione,& in substitutione. Quid autem si pater fecit testamentum inter liberos naturales, cum duobus testibus,an reconualescat, si postea legitimantur, Bald.in cap. de causis de offic.deleg.firmat §. ex imperfecto habere locum in filiis postea legitimatis, quia subsequẽs legitimatio trahitur retro,cum nulli præiuditium inferatur. Crot. in §.& quid si tanuum,l.gallus car.2. col.1. & de materia dicti §. ex imperfecto, idem Crot. in cap. 1. extr. de constit. col. 8. vbi numquid testamentum factum coram duobus testibus à patre, inter liberos coram septem testibus, & nunquid testamẽtum secundum, in quo pia causa fuit hæres instituta,habet clausulam derogatoriam,sicut testamentum conditum à patre inter liberos? & quid si notarius scripserit testamentum, & antequam stipuletur mortuus fuerit testator, an valeat inter liberos? dic quod sic,vid.decis. Delphin. 538. & q aliter dicatur testamẽtum imperfectum, alia ad materiam,vid.Paris.in cons.147. vol. 4.& Gozad.in cons.5.& Ias.in cons. 13. col. 4.vol.4. & quid de testamento scripto manu testatoris,non tamen stipulato,vide Alex.in cons. 107. & cons. 14. sed quid si testator nesciat,vel non possit se subscribere, an valeat testamentum, vid.Affl.in dec. 144. vbi dicit sustineri per clausulam omisi meliori modo, & an dispositio d. §. ex imperfecto, habeat locum in ceco, vid.pulchre per Fulgos. in cons.41.col.2. & in cons. 91. & an habeat locum in testamento nuncupatiuo? Idem in allegato consil. 41.vbi de ratione videbis col. 3. Item an testamentum imperfectum ratione voluntatis valeat inter liberos? vide Fulgos.in cons.29.in fin. & de intellectu d.§. ex imperfecto,vide Dec.in consil.105. nu.6. lib.1.

Testamentum dictantibus,testator potest relinquere,quod voluerit, l.dictantibus, C. eod. sed an isti tales admittantur ad testificandũ pro ipso testamento, vid. Angel.instit.eod.§. legatariis. Item Petr. de Rauenn. in suo Alphab.in vers.legatarius,Alex.in cons.14.nu. 17 vol.6.& Bald.in l.dictantibus,vbi ad probandum,quem esse vsurarium,admittuntur ad testificandum,qui mutuum sub vsuris ab illo acceperunt, cum temperamento tamen si solutas vsuras declarant se nolle recuperare,vid Ferrar.in cautel.40. Paul. de Castr. in cons.141. vbi ponit, quod Coloni non sunt idonei ad probandum,quod recipiebat dominus tot fructus, quos ipsi soluebant,de quo Bart.in cons. suo 77. & plene Aymonus in cons.73.

Testamentum primum factum, quando reuocatur coram tribus testibus, nam tunc est necesse, quod sit elapsum decennium à die primi testamenti vsque ad mortem testatoris, secundum communem opinionem, & vid.Paul.de Castr.in cons.366.vbi si quis dicat velle se reuocare testamentum, non ideo censetur reuocatum, & ad materiam l.sancimus,Cod.eodem,add. Paul.de Castr.in cõs. 155.par.1.viso puncto, Alex.in cons.33.col. 1.vol.3.Socc.in cons.28.nu. 13. vol. 3. Socc. in cons.28.nu.13.vol.3.Corn.in cons.39.per totum,& in cons.174.& 149.nu.6.vol.2.add. singul.cons.Ru.in.6.vol.2.& cons.9.nu.11.& cons.10.cum seq.add.singul.consil. Alexan. 104.vol.2.secundum vnum numerum,secundum alium 245.& incipit paucis vtar, adde Ant.Rub.Alex.in cons.41.add.Guid.Pap.in decis.200.& Ias.in cons.131.col.3. vol.1.vbi singularis limitatio ad d. l. sancimus, & de eius intellectu vide eundem Guid.ibidem 3. col.ibi, & pro breui concordia, vbi procedit iste tex.vide etiam Aret.instit. quibus mod. testamen infirmentur,§.ea autem, vbi multa, & debent esse rogati ad hoc, vt procedat d.lex,& Ias.in alleg-consil.139.vol.1.& quid si condito primo testamento, faciat secundum, tunc illa clausula cassans,& irritans, an primum intelligatur sublatum? vid. Pau. in l.sancimus in fin.& Ioan. de Anan. in suo singul. 55. incip. quidam fecit, & an testamentum minus sollemne possit reuocari in minus sollemne voluntate? vid dec.Delph. 200. an primum testamẽtum rumpatur per secundum, non habentem clausulam derogatoriam,sed tantum iuramentum.vid.Gui. Pap.in dec. 127.& 121. Gulielm.de Bened. in cap.Raynutius,in verbo testamentum, il secondo,nu.17.& 18.add.Guid.Pap.in cons. 147.nu.3.vbi an primum testamẽtum per donationem postea factam reuocatur? & pro materia add. viden. Cum. in repet.l.si filius qui in potestate nu.30. ff.de lib. & posthum. latissime Fulgos. in cons.57.incip.quæritur, testator condidit,Io. Faber in §.ex eo autem Inst.quib.mod.testam. infirm. & quod primum testamentum non tollitur per secundum,quando testator erat extra se,Mantua. in cõns.324.& not.quod vbi requiritur subscriptio alicuius,sufficere scriptum esse manu illius, sine alia subscriptione, l.cum antiquitas.§.cum autem C. de testam. vbi adde Aret.in cons.64.col.4.post medium, vers.nec potest dicere.

Testamentum imperfectum ratione sollemnitatis,tamen volũtas perfecta fuit,si in eo adsunt legata ad pias causas valet, Barto.in l.si quis legatum.ff.ad l.Cornel. de fal.nu.1.

Testamentum factum à persona priuata, corã septem testibus valet, si coram Iudice testes decla-

declarant, & deponunt de voluntate, & sollemnitate testatoris, l.hac consultissima, & l.testamentum, C.de testam.

Testamentum falsum allegatum, debet fieri mandatum notario, quod eum non reassumat, & donec falsitas discutiatur, ponitur apud ędem sacram, vel virum honestum, Vrsill.ad Affl.in dec.113.nu.1.

Testamentum fratris ruitur in totum, instituta turpi persona, & sic legata non conseruantur, sed quando fuit sibi aliquid relictum, ille frater succedit in parte, non in tertia totius, sed quando nihil, & fuit præteritus, succedit in totum, & legata, & fideicōmissa debentur, & rumpitur testamentum per auth. ex causa Cod.de liber.præter.& sic succedit in totum hęres ab intestato, quia clausula codicillaris, legata conseruat, Vrsill. ad Afflict.in decis. 125.

Testamentum vltra sex sollemnitates, quas Afflict.enumerat, est necesse, quod publicetur testamentum prædictum, coram Iudice, Notario, & testibus, & testes deponant, quod cognoscunt eorum signa, citatis his, quorum interest, & ante factam dictam publicationē testamenti, dicitur scriptura priuata, Vrsill. ad Affl.in dec.143.nu.1.

Testamentum nullum dicitur, si nomen hæredis ibi non exprimitur, l.iubemus, §. quod si non fuerit Cod.de testam. & quando mater est præterita in testamento est nullum, Paschal.de vir.patr.pot.cap.4.nu.34.par.2.

Testamento nullo, & reuocato, ad executionē piorum legatorum, Tribunal Reuer. Fabricæ procedere non potest, dum primum testamentum, per secundum legitimum est reuocatum, & quando legatum est factum personæ coniunctæ, Iudices Reuerendæ Fabricæ habentes iurisdictionem, ad executionem piorum legatorum non procedunt, & pium legatum dicitur, quando est factum pauperi, pro anima, vel amore Dei, Reuerendiss. Episc. Ricc.in prax var. resol.resol. 380. & 381.par.2.

Testamentum nuncupatiuum debet constare ex tribus testibus, & septem debent interuenire testes in testamento sollemni, quod se subscribant, alias non valet, quia testis subscriptus videtur testificari, & hoc est de iure Regni, secus de iure ciuili, & testamentum, & instrumentum, vnum & idem est, Vrsill. ad Affl.in dec.166. nu. 4. excipitur in materia pascuorum nemoris, &c quia nō possunt esse Ciues testes, quia testis repellitur quando consecutiuè commodum sentit, non principaliter.

Testamentum clausum, & sigillatum, si non apparet fuisse apertum sollemnitatibus in eo adhibitis, cum testibus in eo testatis, & si abiunt, coram optimis viris, ad falsitatem euitandam, testamentum est nullum, & non possunt peti contenta in eo, & dictum per testatorem, quod priuatè per Notarium aperiatur sollemnitatibus remotis, dom. de Franch.in dec.429.

Testamentum scribens notarius, & antequam stipulatur, mortuus fuerit testator, an valeat testamentum prædictum inter liberos, dic quod sic, vid.decis. Delphin.538. & qualiter dicatur testamentum imperfectum, & de hac materia latè vide ante in verbo testamentum.

Testamentum conditum à deportato, est validum, appellatione pendente, & legata in eo contenta debentur, dom.de Franch in decis. 501.

Testamentum primum reuocatur per secundū per clausulas generales in eo, reuocans cassans, & annullans, & non reuocantur legata pia, sed semper illa debentur fauore piæ causæ, nisi expresse fiat mentio de reuocatione ipsorum piorum legatorum, sistentium in tali testamento condito, Tor. in compendio dec. Regn. in verbo testamentum, fol.mihi 693.vol.2.col.1.auth.hoc inter C.de testam. Farinac.in dec.721. Vrsill. ad Affl. in decis. 111.nu.15.& 16.

Testamentum inceptum per testatorem, & Notarium, sed non completum, est nullum, etiam quo ad legata ad pias causas, Petr.ad Gram.in dec.62.nu.7.& septem testes in eo requiruntur, vltra Iudicem ad Contractus, quod non sint mulieres.

Testamentum, & donatio causa mortis æquiparantur, l.qui pretio accepto, vers.nā quicquid eod. tit. l. Marcellus §.Paulus, & rationem præstat, quare filius non potest testari, & mortis causa donare, Petr. de Bellapert. in l. senium Cod. qui testam. fac. poss. Gomes.in cap.si pater de testam.in 6. & per me ante in add.ad l.1.ff.de mort.caus.don.

Testamentum ad pias causas iux.cap. relatum, & cap.cum esses, quomodo fit, & quando valet, vid.Gizzarel.in decis.45.& ibi adde de Angel.

Testamentum non debet dependere ex alieno arbitrio, & voluntate, Tessaur.in decis.150. nu.10.

Testamentum est nullum, cum querelam inofficiosi, si quis est institutus in legitima, vel grauatus in ea, & sic non potest super legitima onus imponi, & annullato testamento, etiam legata pia sunt nulla, non obstante clausula codicillari, quæ posita censetur potius de natura contractus, quam de mandato testatoris, Affl.in dec.125.& 204. Tessau. in dec.128.& 141. & est nullum testamentū, quādo in eo iura Episcopalia prohibet, Tor. in compend.dec.Regn.super pract. Cur. Archiepiscop.Neapol.par.1. vers. iura Episcopalia.

Testamenta duo eodem die, & tempore confecta non valent, si non apparet de prioritate alicuius, Boer.in dec.311.nu.3.

Testa-

Testamentis duobus, quis decedere non potest, l. posthumus §. paganus, de iniust. rupt. testam. Boer. in dec. 240. nu. 6. in fin.

Testamentum ex quibus causis est nullum, & quando voluntas testatoris est imperfecta, quia testator non habuit testamentum pro completo, & absoluto, sed cum plus vellet disponere, fuit impeditus, illa dispositio sic facta non valet, etiam ad pias causas, vel inter liberos, & iura, quæ videntur dicere voluntatem imperfectam, valere inter liberos, intelliguntur de imperfectione sollemnitatis, & non perfecto, de imperfectione voluntatis, Boer. in dec. 240. nu. 5.

Testamentum nulliter confectum est, quando in eo nepotes, vel alij successori ab intestato non sunt instituti, vel exhæredati. sed prateriti contra formam tex. in auth. vt cum de appell. cognoscim. §. aliudquoque cap. Guid. Pap. in dec. 426.

Testamentum rumpitur ex capitis diminutione per ingressum religionis, & status mutationem, & indistinctè omnia cōpetunt Monasterio, si fuit primo institutus extraneus, & Monasterium venit loco filij, & per ingressum religionis censetur confusa actio, auth. si qua mulier, & auth. ingressi, Cod. de sacrosanct. eccles. & l. 2. C. de capit. dimin. instit. quib. mod. testam. infirm. §. posteriore, & tit. de testam. imperfect.

Testamentum factum ad pias causas, per solam testatoris declarationem coram parocho, & duobus testibus, quomodo proceditur, vide retro in præsenti libello in verbo declaratio, vbi latè.

Testamentum filij, quando est nullum per matris præteritionem à filiis suis, vel filiorum à parentibus, non instituta turpi persona, testamentum prædictum per clausulam codicillarem est validum, & perfectum, & valet, quò ad hæredem institutum, sed tantum annullatur per legitimam ad matrem, vel filium præteritum spectantem, Viu. in dec. 420. & 29.

Testator quando instituit aliquem post mortem instituti, vel substituti, qui vult esse hæres, vel quia disponit aliquem admittendū, post mortem instituti hæredis, si moritur institutus, vel substitutus ante testatorem, qui ideo hæres esse non potest, & substitutio non admittitur, nec substitutio secunda admittitur, prima defecta, & primo gradu perempto, l. qnamdiu vbi Rom. col. 7. de acquiren. hæred. Gratian. in decis. March. 140. nu. 1.

Testator præsumitur magis dilexisse suos agnatos, quam extraneos, Affl. in dec. 44. nu. 21. l. generaliter, §. cum autem, Cod. de instit. & substit. l. cum auus de condition. & demonstration.

Testator prohibens filium suum testari, vel contrahi, ante tale tempus absque consensu propinquorum, tenetur solum proximior consanguineus præstare consensum, qui venit successurus ab intestato, non possunt aliqui propinqui, & consanguinei prætendere eorum interuentum, & consensum, Gizzar. in dec. 60. vbi de Angel.

Testari aliquem prohibens, siue testamentum fieri prohibet, siue factum mutari vetet, siue codicillari, vel donationem causa mortis celebrari prohibet, debet puniri pœna extraordinaria, & hæreditas ab eo, qui prohibuit testari tanquam ab indigno aufertur, & fisco applicatur, l. 1. in ptinc. & ibi Bar. nu. 3. vers. quæro qualiter. ff. si quis aliqu. test. prohib. & testari prohibitus habetur, ac si testatus fuisset, quando constat de voluntate testatoris, qui fuit prohibitum, & quod de ipsa voluntate constaret solum per duos testes, contra prohibentem testari, potest iurari in litem, maxime vbi prohibuit Notarium, vel testes accedere ad conficiendum testamentum, Ancharan. in cons. 337. de efficacia, colum. penult. vers. & forte etiam. l. & si quando Cod. vn. vi. Imò probata prohibitione testandi, standum est iuramento in litem, per partem præstando, contra testari prohibentem, quia ex ipso solo iuramento probantur voluntas testatoris, damnum, expensæ, & interesse ipsius partis iurantis, Abb. in cons. 109. circa fin. vol. 1.

Testator prohibens in suo testamento, quod Tribunal Reueren. Fabricæ suis dispositionibus non se intromittatur, hæc prohibitio non tenet, auth licet Cod. de episc. & cleric. Tasson. in pragma. de antifat. vers. 3. obserua. 3. nu. 395. & in isto tribunali incepto in anno 1540. sunt Iudices sectatores prim. secundum, & tertium causarum, & remanet talis commissio, etiam si ad officium sublimiorem Regentatus, vel Præsidentatus fuerint assumpti.

Testator, qui habet potestatem disponendi, & non disponit, videtur disponere in fauorem venientium ab intestato, vt est in donatore, reseruando facultatem donatario donandi, tot inuita, si non donauit, succedit veniens ab intestatò, dom. de Franch. in decisio. 45. & 600.

Testator potest dare auctoritatem legatario, rē capiendi propria eius auctoritate, Vrsill. ad Affl. in dec. 335. nu. 4.

Testator potest relinquere quod vult dictantibus testamentum, l. dictantibus, Cod. eodem & an isti tales admittuntur ad testificandum pro ipso testamento, Angel. Aret. instit. cod. §. legatariis.

Testator relinquens aliquod in testamento, & confessio sua, ad liberandum, pro exoneratione suæ conscientiæ tenet, ad obligandum verò nequaquam, Reuerendiss. Episc. Ricc. in sua coll. decis. 2184. & 193. Viu. in decis. 183. l. nostra, & l. vni. Cod. de confess. l. capite

quinto

quinto in fin.ff.de adulter. auth.de test. §.& licet vers pro solutione, vbi tex. hoc probat coll.7.Guid.Pap.in dec.176.Merlin. in cap. 85.forens.controuers.

Testator si declarat, & confitetur debitum in suo testamento pro exoneratione suæ conscientiæ, & fauore piæ causæ, agi non posse, nisi mortuo testatore, Merlin. in cap.85.forens.controuers.

Testator committens alicui secreto, quod de bonis suis hæreditariis, soluat tali personæ talem quantitatem, sibi secreto nominatur persona, non potest cogi ad declarationem personæ prædictæ, quam testator ipsi nominauit, dom.de Franch.in dec.484. Anchara. in cons.436.in his dubiis col.2.vers.præterea probabiliter.

Testator potest vnum suum hęredem grauare, quod soluat omnia sua debita, Vrsill.ad Afflict.in decis.213.num.12. Rom.in cons.149. Aymod.in cons. 174. Guid.Pap.in dec.240. in 3.dubio.

Testatoris voluntas sequenda est à Iudice, sicut à Venatore lepus, Bald. in l. cum quidem, Cod.de hæred.instit.Corn.in cons.66. nu.5. volum.2.

Testator præsumitur minus grauare hæredem, quam sit possibile, l.Iulianus, § Seio, ff ad l. Falcid. & ideo in vltimis voluntatibus interpetratio fit in fauorem hæredis, contra legatarium, Ias.in l.Stichum, aut Pamphilo, de verb.oblig.nu.12.

Testator declarando in mortis articulo, & confitetur recepisse pecuniam ab aliquo hæres dicti testatoris post mortem, non potest apponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, contra declarationem defuncti factam, & illam reuocare, quia defunctus non sperat numerationem, nisi forte, &c. Vrsill.ad Affl. in dec.110.nu.5.

Testes qui se referunt instrumento, non probant, nisi quatenus ex instrumento apparet, Vrsill.ad Affl.in dec.72.nu.6.

Testes debent integrè examinari, & respondere, & sua depositio debet integrè ab actuario recipi, vt testis dicit, & deponit, etiam contra fiscum, Carau.super Rit.M.C.V.235. num.3.pragma.21.§.8.fol. mihi 433. & 627. pragm.6.fol.17.& 6.nu.4.fol.4.& 22.

Testes singulares in crimine hæresis an probent? vide Abb.in cons.42.in 1.par.& an ille, quidquam libri hæresis reperiuntur, sit hæreticus iudicandus, vide Rom.in singul. 323.& Grat.in cons.151.vol. 2.& quis dicatur hæreticus, vid.Io.Lup.in tract. de liber. eccles q.4.nu.12. vol.2. Grillan.in tract. de hæretic.quæst.2.num.1.vol.15.& quis dicatur manifestus hæreticus, Franc.Squill.in tract.de fid.cathol.cap.13.nu.1.volum.3. & sequen. cap. quot modis quis dicatur hæreticus, & Hondisl.in tract.de hæret.9.p.nu.1. vol.15.Grill.in eod.tract.q.2.nu.5.eod. vol. Ant.Rosell.in tract. de pot.Imperial. & Papal.quæst.3.num. 41. volum.5. adde à quo puniri debeat hæreticus, Prosdoc. in tract. de differ.iur.ciuil.& canon.nu.164.volum.1. & ibid.Hierony.Zanett.nu.345.& an à pluribus inquiri, Franc.Ponc.in suo tract. de lamijs,num.74. volum.15. adde, quod hæreticus dicitur præcisus ab Ecclesia, Anton Rosell.in tract. de pot.Imper.& Papal. q.3. princ.nu.39.vol. 5. vide quæ latè scripsit Io. Lup. in sua allegat. in materia hæresis post repetitionem cap.per vestras. & quæ probationes requiruntur contra hæreticum, idem Ioan.Lup.in eodem alleg. loco §.12.& qua pœna puniantur hæretici, & eorum raptores, habes in constit.credentes, Cod.de hęret. & Manich.ex qua nota, quod hæreticorum raptores, post annum sunt incapaces successionum ex testamẽto, vel ab intestato, Matthesil.in tract.de success. ab intest. 3. principali artic.nu.39.fol.170. in 11. volum. tract. & qui dicantur receptatores hæreticorum, vide Franc.de Plat.in tract.de excom. §.22. nu.10.in 3.vol.tract. & Beat.Ant.in eodem tract.eod.vol.cap.4.& 5.

Testes hæretici, vel Iudæi, non admittuntur ad ferendum testimonium contra Christianos, tex.est in l. quoniam, Cod. de hæret. & Manich.adde Imol.in consil.2.nu.20.vbi etiam videbis, an debeat credi sacramento Iudæi, contra Christianum in causa ipsius Iudęi, adde etiam Par. de Put. in tract. syndic. in verbo testis, vers. fui semel rogatus, vbi plenissimè, add.quod Iudęi possunt procuratores Christianorum esse, & contra Christianos, ita Roch. de Curt. in tract. de consuet. nu.752.in princ. in 1. vol. tract. add. in d.l. quoniam vidend.Purpur.in l.cunctos populos nu.69.& seq.C.de sum.trin.

Testes inimici statim reprobati dicuntur, dum inimicitia probatur, vel causa ipsius, Gram. in dec.34. nu.21. & quod inimicitia sit capitalis, alias, &c. & testes carcerati non sunt idonei, nisi sint detempti pro delicto ordinario, pro quo debent ante eorum depositionem liberari, Merlin.in cap.98.nu.1. forens. controuers.

Testes potest Iudex recipere iuris ordine non seruato, ex suo arbitrio, Gram.in decisio. 34. num.6.

Testes domestici, à testimonio repelluntur, l. 2.Cod.de tęst.Limita, vt non procedat regula huius l. quando est receptus ignorante aduersario, eum esse domesticum, nam Speculator in tit.de test.§.1.vers.quod si testis dicit domesticum receptum ignorante aduersario, non facere talem præsumptionem, ex quo possit deferri iuramentum in supplementum probationis, hæc tamen regula plenè tractatur per Alberic. de Rosat. in tract.de test.par.1.vol.1.tract.vide Boer. in decis.321.num.4.adde pro hac materia pulchrum

chrum consil. Socc. 17. col. 2. vol.1.& not. illud diligenter, & eius distinctionem, & Bertran.in cons.217.num.9. volum. 2. Hyppol.in sua pract.crim.in princ. nu.10. & 11. An autem amicus admittatur ad testimoniũ ferendum pro amico,dic quod sic,in amicitia caritatiua,secus verò in amicitia carnali, vt per Andr. Barbat. in cons. 3. & quidam col. 5.& sequen.volum. 2.& ibi latè, an amicus pro amico possit testificari, adde, quod regulariter testis in sua depositione non tenetur reddere causam dicti glos.in cap.cum causam,de test & glos.2. in cap.sicut, extra de re iudic.& multa ad materiam, vide latè per Corsett. in repert. Felin. in verbo testis regulariter non tenetur, & adde circa dicta testium, quoties tibi aliqua dubitatio occurrit, vidend. Bald.in l.data opera,Cod. qui accus.non poss.& raro est,quod tibi nõ inuenies, quod scire desiderabis,vide multa per Cassan.in consuetud. Burgund.Rub.1.§. 2.nu. 26.& sequen.vbi dat 13. limitationes, & amplia etiam,vt ibi num.20. Sed Zas.in 2, lib.responsorum cap.6.add.quod affines,& domestici,si contra eos non apponatur,sunt idonei testes,quia videtur approbati, Gram. in consil.32.num.11.& sequen. in criminal. vbi multa,& notab.& ibi quid in repulsa, & consil. 12. num. 19. Plot. in l. si quando Cod.vnd.vi,num. 149. Limita nisi ab ipsis partibus sint adhibiti, vt latè per Socc. in reg.427.Secundo limita,quando dubitatur, an filius sit ingressus religionem, animo profitendi,tunc enim pater admittitur,cap. patris,20.quæst. 3. Tertio fallit,cum quæritur de ætate,vel cognitione filii,l.etiam ff.de probation.non tamen facit plenam probationem,sed præsumptionem, vt tenet Ioan. Andr.in add.Spec.in tit.de test.§.1. Quarto fallit,cum quæritur,an possit consistere matrimonium propter affinitatem, vel consanguinitatem 35.quæst.6.cap.1.& cap.videtur qui matrim.accus. poss. de quo plenius per Specul.in titu.prædicto,& †.col.1.Quinto,& vltimo fallit in filio milite, & testante de castrensi peculio, tunc enim pater potest esse testis in testamento, l. qui testamento, §. contrarium, ff. de testamen. quod intellige ipso existente in expeditione, vt Specul.in d. §.1.& Alberic.de Rosat.in suo tract. de testam in par.1.tract.vol.1.

Testis si vnus alteri contradicit, neutri creditur, Gram.in cons.crim.38.n.28.

Testis in criminalib is non admittitur ante vigesimum annum ratione timoris,& metus, & pueri non admittuntur in testimonium, Gram.in dec.40.nu 16.& 17.

Testes debent iurare infra terminum de iure communi,& Regni, infra tres dies post terminum prædictum recipi, Arn.in differ.vlt. Carau. super Rit.M.C.V.incip Item,quod in quibuscumque causis, sub Rubric. quod citati infra terminum.

Testis vnus de visu facit inditium, & ex homicidio clandestino, quis non potest cum eo solo torqueri,nisi sint plura indicia,& non vnum per Cap.Reg. Caroli Secundi incip. Tormenta,& dicit, quod duo saltim requiruntur indicia,non vnum,sed hodie contrarium seruatur, Affl.in const.Regn. incip. Si damna clandestina n.4.fol.mihi 111.

Testis vacillans torquetur, & proceditur contra eum ex officio,& est cautela pro eo, ne in falsitatem incurrat, & ad primum examẽ se referat, Arn.in comment.161. l.nullum, Cod.de test.

Testes septem pro quolibet articulo possunt examinari,non autem plus nisi in factis antiquis,& confinium, solum quando erat penes partem aduersarii, & in dictis factis antiquis, decem examinentur testes,pragm.1. de test.refren.late,& pragm.1.de procur.vbi memoria hominum non extat in contrarium.

Testis vnicus facit solum indicium ad torturam, de aliis indiciis cum Aduocatis non disputatur, sed Iudicis arbitrio remittitur omne totum circa hoc,Bar.in l.2.§ Iudex, fol.mihi 200. l.proximi Auth. de testam. §. si vero ignoti C.de testam.l.nullum.

Testes tres in instrumento vltra vnciam requiruntur,duo vero citra vnciam,Carau.super Rit.M.C.V.166. nu 9.

Testes examinati non citata parte nullam fidẽ faciunt,Vrsill. ad Affl.in dec.39. l.si quando C.de test.

Testis falsus in causa capitali, punitur pœna mortis,si fuit condemnatus pro depositione inquisitus prædictus,vel non,Vrsill.ad Affl. in dec. 230.

Testi non iurato nullam fidem esse adhibendam, probat tex. in l. iusiurandi Cod. de test. an autem iurare debeat tactis euangeliis, tex. in cap.hortamur 3. quæst 9. dicit, quod sic,glos. vero in Clem.1.de hæretic.in verbo tacta,dicit,quod consuetudo induxit, quod sufficiat tangere quamlibet scripturam, sequitur Abb. in cap.fraternitatis,col. vlt.de test.Ancharan.in cap. vt circa de electione.in 6 colum.3. & aduerte,quod si testis iurat nuda voce, non tangendo corporalia euangelia, seu scripturam, eius dictum est nullum,ita Bald.in repet.l. 2.colum.11. vers. sed numquid,ff.de iureiuran. adde in materia ista Felin. in cap. fraternitatis num. 23. Alexan.in l.ait prætor,§.fin.ff. de iureiuran. & an testis, qui in causa principali iurauit semel, si reproducatur, debeat iterum iurare? dicit Abb.in d.cap fraternitatis, quod si iurauit super tota causa,non debet iterum iurare,& ibi per Felin.videbis,an hoc locum habeat in causa appellationis. Item an iuramentum possit partium consensu remitti,& an requiratur Iudicis authoritas, & in qui-

bus casibus valeat sine iuramento, & quid si deposuit, & postea iurauit, & quid si simpliciter iurauit, an intelligatur super tota causa, & quid si deponat super non articulatis, vide latè per Corsett. in repet. Felin. in verbo testis, an autem testium iuramentum & eorum citatio possit partium consensu remitti, vide Affl. in prælud. constit. Regn. q. 9. & 12. & eundem in decis. 191. Ias. in §. in bonæ fidei, instit. de action. Bald. in l. 2. col. 2. Cod. de annal. except. Itali add. quod dictum testis vltra articulum non valet, quia in eo deponit non iuratus, secus si iurasset dicere veritatem in tota causa, ita Bar. in l. si duo patroni, §. item Iulianus, num. 8. ff. de iureiuran. qui allegat d. l. iusiurandi, tu vide Bald. in l. peremptorias, Cod. sent. rescin. non poss. & quando testis dicitur deponere extr. articulum, vel non, vide Bald. in l. 2. Cod. de iuramen. calumn. tex. in cap. 3. & ibi Bald. extr. de test. & Bald. in cap. licet causam extr. de probat. adde, quod testis, qui deponit in iudicio, in dubio præsumitur non iuratus, nisi appareat, etiam si notarius talis testis iuratus scripsisset, & examinatus deposuit, ita Abb. in cap. tuis, vlt. colum. extra de test. Idem tenet Bar. in l. Teopompus, ff. de dot. præleg. in princ. Felin. in d. cap. tuis, vers. item in quantum, & an in dubio præsumatur, quod iurauerit tactis scripturis, Abb. in cap. fraternitatis de test. dicit, quod sic, & ibi Felin. num. 25. Ioan. And. in add. Specul. in tit. de test. § sequitur vers. si non.

Testimonio vnius non creditur, per tex. in d. l. iusiurandi, tu limita, vt plenè per Ias. in l. admonendi, ff. de iureiuran. & vide similem tex. in cap. licet vniuersis, extr. de test. & in l. maritus, ff. de quæst. & per Abb. in cap. sicut num. 7. extra de probat. Vnicus testis si partes consenserunt, & stetur dicto vnius, ita Bar. in l. Teopompus in fin. Rom. in l. 1. §. fi. ff. de verbor. oblig. Bald. in l. directas, Cod. de testam. ma. Bald. in l. Iudices, Cod. de senten. vbi dicit, quod hoc ignotum est illis, quibus puluis iacet super libris, Felin. in cap. veniens lo secundo, nu. 25. de test. id tamen tempera, dummodo partes consenserint in persona, & dicto, quia si in persona tantum possunt apponere contra dictum, ita eleganter dixit Bald. in l. bonæ fidei, Cod. de rebus cred. colum. 7. vers. sed dubitatur, sequitur Felin. in d. cap. veniens lo primo, adde an & quando vnius testimonio credatur, videndũ Cassan in consuet. Burgund. Rub. 1. §. 6. nu. 5. & 6. & sequen. & latè per Nell. de Sancto Gemin in tract. de test. num 85. adde Rom. in singul. 622. vbi quod vnius testimonio creditur, circa impedimentum matrimonij, quod tamen declara, vt per Couarr. in sua epit. ad 4. decretal. de sponsal. in par. 2. cap. 6. num. 20. & sequen. & Crot. de test. par. 0. nu. 9. vbi alias quamplures limitationes ad d. l. iusiurandi cumulat, & latè Gabriel. in suis conclus.

Testis de auditu, an & quando probet? vide Hyppol. in singul. 171 & 557. & in sua pract. in §. examinanda num. 29. adde pulchrum consil. Nattæ 170. per totum, vbi docet qualiter debeat deponere testis de auditu, ad hoc vt probet, vide Canonistas in cap. cum olim essemus, extra de priuileg. Affl. in dec. 274. & 302. & quandoque testis de credulitate auditur, quod vide per Abb in cap. 1. nu. 1. extra de summ. trin & fid. cathol. ibique in add. firmiter credit, cum sequen. latissimè, licet in contrarium sit regula, & ideò aduerte, quia vers. vti causarum patroni, ad infrigenda dicta testium, solent in fine interrogari facere testem, an credat omnia, quæ quæ supra dicta sunt, quo casu si respondeat, quod sic, videtur tunc credere de omnibus prædictis, vnde non valeret dictum ipsius, quia deponeret de credulitate, & ideò Iudices debent remouere tales interrogationes calumniosas, & impedientes cognitionem veritatis, Alberic. in tract. de test. par. 4 cap. de interrogator. volum. 1. tractat. num. 7. adde, quod testis deponens de credulitate, auditur vbi agitur de peritia suæ artis Felin. in cap. quoties, num. 15. extr. de test. & in cap. inquisitionis, § quæsiuisti num 17. extra de accusat. adde, quod licet testis in fine suæ depositionis, dicat se credere, non vitiatur eius dictum, quando reduit bo, nam rationem, Im. & Abb. in cap conuentum, extr. de test. Bald. in l conuenticulam extr de episcop. & cler. & alij allegati per Riminald. in consil. 491, num. 20. & 23. vol. 3. & vide Dec. in consil. 363. & in consil. 489. num. 12. adde, quod testis quando agitur de defensione alicuius accusati probat, licet deponat per verbum credo, Crot latè in tract. de test. par. 7. num. 25 cum præcedenti, & sequen. latissimè Campagn. de test. reg. 209 vbi cumulat 25 limitationes, Viu. in comm. opin. in vers. testis fol. 271. not. Arn. in sing. l. 24.

Testes debent esse rogati, vt in auth. rogati, C. eodem titulo, qui enim vltra se offerunt, & non citati suspecti sunt, & ideo repellendi, Barto. in l. post legatum. §. is verò, ff. de his quibus vt indign. & in l. vxori, ff. de fals. Specul & ibi Andr. in tit. de teste, § qualiter, vers. volens ergo, Felin. in cap. in nomine domini de test. num. 22. Limita nisi essemus in causa peccati, quia pro eo vitando, creditur testi se vltro offerenti, Imol. in cap iurauit in princip de probat. & Felin. in d. cap. Limita secundo, nisi Iudex vltro se offerenti, iuramentum detulerit, & eum examinauerit, nam tunc valet eius dictum, ita Bald. in cap. 1. §. porro col. 3. quæ fuere primæ caus. benefic. amitten. Felin latè in d. cap. in nomine domini, sit ergo cautus ille, contra quem talis exami-

examinatur à Iudice, vt protestetur secundum formam auth. si testis sup. eodem tit. & in examinatione testium requiritur citatio, vt notatur ex l. si quando, Cod. eodem, quod tamen limita, vt per Rom. in singul. 364. vide Afflict. in decis. 47. Corsett. in suis singul. in verbo testis, & præsertim in crimine assassinii, vt per Plac. in epitom. delict. lib. 1. cap. 19. num. 17. & quid in scripturis, quæ præsentantur, vide Roman. in consil. 519. & in consil. 156. & 176. adde, quod si confessio fuerit facta in vno iuditio, an præiudicet in alio, vide per Abb. in cap. at si clerici de iudic. & in cap. causam quæ lo primo, extra de test. per Innocen. & alios in cap. per inquisitionem de election. DD. in l. magistratus ff. de iurisdict. omn. iudic. Paul. de Castr. in l. à diuo pio, §. sententiam num. 5. ff. de re iudic. & in l. liberorum, §. ex compromisso num. 5. ff. de infam. & melius in l. interdum num. 9. ff. de publ. & vectigal. Barto. in l. diuus, ff. de cust. exhib. reor. & in l. fin. num. 12. Cod. si à non compet. iudic. Item Abb. in cap. cum super num. 5. de confess. vt in cap. qualiter, & quando lo secundo, de accusat. cap. præsentata num. 5. de test. cap. compromissum num. 7. de arbitr. & in cap. 2. num. 26. extr. de ord. cogn. & an receptio testium possit committi, tex. in auth. apud eloquentissimum, Cod. de fid. instrum. dicit, quod sic in ciuil. secus est in criminalibus, tu vide latè per Afflict. in const. Regn. incip. In pecuniarijs, Angel. in tract. maleficiorum in verbo, qui Iudex statuit, an autem persona debeat moneri, postquam causa est commissa, vide Cuman. in cons. 6. testamentum.

Testis respondeat per verbum credo, vel non credo, alias habeatur pro confesso, & per tres dies post negationem, vel confessionem possit comparere, & eam reuocare, pragm. 8. de ordin. iudic.

Testes negantes factum proprium, matrimonium, filiationem, affinitatem, consanguinitatem, vel notariatum, incurrant in pœnam Iudicis arbitrio, & si probant hoc negasse, ex Aduocati, vel procuratoris consilio dicti consulentes incurrant in pœnam pragm. 8. §. 1. de ord. iudic.

Testes post publicationem nõ recipiantur, nisi nominati ante publicationem, & per impedimentum non examinati, pragm. 3. in antiq. de test. refren.

Testibus non citatis, nec iuratis, fides non est adhibenda, l. iusiurandi, & l. si quando, Cod. de test, dom. de Franch. in dec. 60. nu. 11.

Testi vnico non creditur contra tertium, quia dictum vnius dictũ nullius reputatur, dom. de Franch. in dec. 60.

Testes de auditu, ad probandum parentelam admittuntur, Vrsill. ad Afflict. in decis. 5. num. 7.

Testis non potest esse vxor pro marito, nec maritus pro vxore, Pater pro filio, & filius pro patre, propter mutuam affectionem, nec cõtra, Gram. in dec. 45. & 48. nu. 15.

Testes suos quis semel approbans, eos non potest amplius reprobare, l si quis testibus, C. de test. l. Pomponius, ff. de neg. gest. cap. si quis testibus, 4. q. 3.

Testes possunt recipi, etiam post publicatum in causa, & conclusum, quando non potuit habere copiam capitulorum, dico articulorum, vel si fuit absens, vel si non fuit in primo termino pars aduersa ad probandum, & multos alios casus enumerat circa 60. firmian. vt ait Vrsill ad Affl. in dec. 216. nu. 3. per totum, & dec. 33. & 272.

Testes examinati non citata parte, non faciunt fidem, sed in duobus tantum casibus fidem faciunt, non citata parte, Vrsill. ad Affl. in dec. 39. nu. 5. & dec. 951. & 54.

Testes duo deponentes testamentum sollemniter confectum, cum quinque testibus, valet probatio, dummodo testamentum non negetur, sed dicatur, testamentum non esse sollemniter factum, Vrsill. ad Afflict. in dec. 25. nu. 9.

Testis consanguineus, qui non admittitur per affinitatem, debet esse affinis per lineam ascendendentem, & descendentem, alias ex transuersali admittitur, Hyppol. in singul. 133. affinis.

Testes de falsitate suspectos, si habet Iudex, potest eos non solum interrogare, sed illaqueare, Vrsill. ad Affl. in dec. 113. nu. 4.

Testes compelluntur captis pignoribus, & efficiuntur contumaces, Foller. in pract. crim. capiat informationem, fol. mihi 32. col. 2. in fin. Affl. in const. Regn. in pecuniariis.

Testes falsitatem committentes in Curia Iudicis ciuilis, & illius Iudicis aures offendentes, puniuntur per Iudicem criminalem, & ita hodie seruatur in M. C. V. dom. de Franchis in dec. 147. Vrsill. in dec. 219.

Testes falsum committentes coram Iudice ecclesiastico, non potest ille eos in suo Tribunali puniri, sed puniuntur ab eorum Iudice laico, dom. de Franch. in dec. 147. nu. 4. Vrsill. ad Affl. in dec. 219.

Testes in testamento debent esse septem, vltra Notarium, & in codicillo, & omni alio contractu vltimæ voluntatis, & donationis causa mortis, quinque tantum testes sunt necessarij, Vrsill. ad Affl. in dec. 134. nu. 2.

Testes potest Iudex cogere in causis magnæ importantiæ, quod veniant coram eo ad deponẽdũ, dummodo non sint senes, & valetudinarij, & hoc sumptibus petentis, & testes nobiles veniant equestres, ignobiles verò veniant pedestres, Vrsill. ad Affl. in dec. 137.

Testis citatus ab vna parte, potest ab aduersario examinari, etiam non citatus, Ann. in singul. 510.

Testes examinati de ordine Iudicis oretenus dati,sine commissione in actis probant, Afflict. in constit. Regn. incip. in pecuniarijs lib.2.num.4. facit, quod dicit idem Affl. in constit. Magistri Camerarij num. 14. quod dicitur apud acta fieri, quod apud Iudicem fit.

Testes de iure prohibiti, & qui non admittuntur ad probandum sunt, videlicet, testis domesticus repellitur à testimonio, cap. extra de test. in fin. Parentes, omnesque propinqui, familiares, liberi, serui, nurus, l. fin. Cod. de verbor. signific. familiares, quibus Pater imperat ratione patriæ potestatis, obedientiam, vel iurisdictionem, l.3. ff. de test. affinis, & mercenarius, l. seruos, Cod. de quæst. l. respiciendum §: furta, ff. de pœn. Consanguineus, vir, & vxor, l. interdum, ff. de iudic. Priuigna, & nurus, §. affinitates, instit. de nupt. Pater filio, & filius patri, instit. de test. §. interest. Coloni, vel abscriptitii dicuntur domestici, l. pridem, Cod de quæst. Testis infamis, qui lenocinium fecit, ff. de his, qui not. infam. qui frequentant tabernas, luxores, Gram. in dec. 50. donator venditor, & cedēs pro venditore, & donatore, & cessionario, Vrsill. ad Afflict. in decis. 163. num. 8. domesticus, & e contra, vide dom. de Franch. in dec. 221.

Testes consanguinei non compelluntur ad testificandum, l. Iulia, ff. de test. nisi quando possunt compelli in aliorum defectum, Montem. in pr. Curiæ Archiepisc. fol. mihi 29. nu. 3.

Testes inhabiles faciunt ad minus præsumptionem, & eorum depositio non est in totum vacua, Montem. in pract. Curiæ Archiepisc. fol. mihi 34. num. 9 & 10. glos. in cap. 1. verbo testium de test. & testes de auditu faciunt ad minus adminiculum, Boss. in tit. de iudic. nu. 177.

Testes debent coram Iudice examinari, excipiuntur personæ egregiæ, idest mulieres honestæ, infirmi, & similes, & mittitur actuarius ad eas examinandum. Carau. super Rit. M.C.V. 155. Clar. in pract. crim. quæst. 26. num. 2.

Testes compelluntur censuris ecclesiasticis ad perhibendum testimoniū veritatis per Episcopum, & si sunt renitentes possunt excommunicari, & ad hoc imploratur brachium Iudicis secularis, hoc refert Montem. in cap. 10. suæ pract. fol. mihi 82.

Testes possunt carcerari, puniri, & torqueri, si falsum committunt, vel fraude, vtuntur depositione, si veritatem tacent, l. nullum, Cod. de test. Afflict. in decis. 219. & si conuenitur ab alio teste digniore, quod interfuit ratione mendacii, potest torqueri, & si vacillans, aut varius reperitur, potest etiam torqueri, l. ex libero, ff. de quæst. vel si spontè examini se offert, Boss. in sua pract. crim. in titu. de tortura test. Montem. in cap. 10. fol. mihi 85. & Curia Archiepiscopalis solet testes torqueri, & si falsos reperit commisisse, eos ad triremes condemnat, & fustigat per Ciuitatem, etiam laicos, & socios criminis in præsentia criminosi ad validandum confessionem.

Testes producens, possunt per producentem reprobari, quo ad dicta, secus verò quo ad personam, & sic in instrumento, quod potest reprobari in alia causa in vna productus, Vrsill. ad Affl. in dec. 216. n. 10.

Testes etiam non admittendi omnes admittuntur pro reorum defensione, indistinctè pro eorum absolutione, quia adeo sunt fauorabiles, Gram. in dec. 100. nu. 16.

Testis de iure diuino iurare tenetur, & si non iurauerit in eius depositione, depositio est nulla, & non nocet, etiam si est Religiosus, & Episcopus, licet postea iurent, non probant, & potest præstare iuramentum per suum procuratorem habentem speciale mandatum, non tamen suum dictum deponere, Baiard. ad Clar. in sua pr. crim. §. falsum nu. 59. cum seq. & nu. 58.

Testes de Vniuersitate non sunt idonei testes in materia pascuorum, dom. de Franch. in dec. 301.

Testes recipiuntur post publicatum in causa, quando culpa examinatoris, vel Iudicis, malitia fuit omissum illos recipi, dom. de Franchis in dec. 371.

Testi præsumitur obliuio, si per biennium, vel decenniū omnino inducitur, Petr. ad Gram. in dec. 34. nu. 19.

Testium numerus quandoque æquiparatur instrumento publico, dom. de Frāch. in dec. 384. nu. 7.

Testis iurans dicere veritatem super tota causa, non potest se emendare, nec adere, nec minuere, quia videtur arguere de facto, & simpliciter examinatus, videtur super tota causa deponere, Vrsill. ad Affl. in dec. 216. n. 7. & 8. Guid. Pap. in dec. 546.

Testes deponentes eodem præmeditato sermone, tanquam de subornatione suspecti nihil probant, Petr. ad Gramm. in decisio. 44. num. 5.

Testis inhabilis sufficit ad probandum innocētiam, & defensionem, & admittitur, Crau. in cons. 2. num. 12.

Testis examinatus, tanquam principalis in se, & testis in alios facit inditium ad torturam contra illum, quem deposuit, Gram. in cōs. crim. 14. nu. 6.

Testi spontè se offerenti examinare, non creditur, & redditur suspectus, glo. & Bar. in l. post legatum, §. his verbis, ff. de his quib. vt indig. Gram. in cons. crim. 21. n. 6. & vnus testis solus de visu in maleficio absque alijs inditiis, non facit inditium ad torturam, & ea quæ non facit semiplenam probationem in ciuilibus,

libus,non facit inditium ad torturam in criminalibus,idem Gram.nu.12.

Testis pro amico omnis persona esse potest, dummodo non sit carnalis amicitia,& affines,& domestici sunt idonei testes, si contra eum contrarium ab Aduersario non opponitur, Andr.Barbat.in cons.3. & quidam col.5.& sequen.volum.2. Gramm.in consil. 31.num.11.& sequen.in crim.& cons.12.nu. 19.Plot.in l.si quando, Cod.vnd.vi, nu.149. & dictum testis vltra articulum non valet, quia in eo deponit non iuratus, secus si iurasset dicere veritatem in tota causa, Barto. in l.si duo patroni,§.idem Iulianus num.8. ff.de iureiuran.qui allegat d.l. iusiurandi, & l. peremptorias, Cod. senten. rescind. non posse, & testi deponenti secundum suum iuditium,& videre,non probat,& animosè deponenti non est credendum, & ista materia testium, & de eorum probationibus, plenè Gram.in consil.crim.12.loquitur,& quando mulieres probant, & sunt testes sufficientes in criminalibus.

Testes licet cogi possint ad ferendum testimonium, & deponendum,attamen si operibus suis parat sibi victum, & familiæ, recusare posset, nisi sibi satisfiat pro operibus à quibus propter testimonium ferendum vacare cogitur, ita scribit Florianus in l.testium,§. Sabino,ff.de test. l. sed & si hæreditas, § plane,ff.ad exhib.Cacheran.in dec. Pedem. 45. num. 10. & testis alterius contradicens, nemini creditur,Gram. in consil. crim.26. nu. 20. & testes singulares tantum probant mille,quantum vnus, & omnis probatio debet constari,seu probari per duos testes, l.fi. C.famil.hercisc.nu.21.prædicti consil.26.

Testis negans eius examen, creditur actuario in ciuilibus,secus verò in criminalibus,quia creditur testi, dum in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores, Gram.in cons.crim.30.num.11.& depositio per testem non confirmata, erit nulla,idem Gram.in cons.31.nu.8.

Testis non allegans causam scientiæ non probat, quia causa scientiæ debet esse diuersa à dicto suo,idest si dicit vidisse Titium, Seiũ occidisse,cur,quia, scio,non valet, quia debet reddere causam scientiæ,Marant. in suo spec.pract.ciuil.fol.mihi 6.nu. 7. tela iudicij aggrediatur.

Testibus de visu, & auditu plus creditur duobus affirmantibus, quam mille negantibus, vt per DD.relatos à Ioan.Bapt. Costa de remed.subsid.remed.58.

Testis efficitur de foro eius, coram quo deliquit,dom.de Franch.in dec.582.nu.2.l.nullum C.de test.

Testis iterum examinatus si denuo cogitur per extensum deponere, cautela est, quod respondeat, & deinde protestetur, quod casu quo in primo examine reperiatur aliquod varium,vel contrarium illi, hoc secundum relationem habeat,Petr.ad Gram in dec.60. num.29.

Testibus duobus super affirmatiuam deponẽtibus,potius stetur,quam decem super negatiuam,& quem esse malæ conditionis,Vrsil. ad Affl.in dec.324.nu.6.

Testes possunt examinari etiam post publicatũ in causa, quando cum testibus producitur instrumentum publicum, dom. de Franch. in dec 631.nu.vlt.

Testes in causa criminali, admittuntur etiam post publicatum in causa, ad Rei defensionem,Rouit.in pragm.1. nu.4 de test.refren. Thesaur. in decis. 262. Ann. in singul. 332. & 423.

Testes non repetuntur facta conclusione in causa,dom.de Franch.in dec.668. num.1. & sic non ritè recepti possunt iterum examinari nu.6.

Testis idoneus est frater pro fratre, & consanguineus pro consanguineo,in ciuilibus,glos. ordinaria in cap.consanguinei, 3.quæst.5.& alii post glos. in l.parentes Cod de test.& si in vna, & eadem domo ducũt domicilium, soror pro sorore, & frater pro fratre, non est idoneus testis,Felin.in cap.cum oporteat còl.2.vers.item si simul habitent, de accusat. Bald.in l.1.n.3.vers.coniuncto operatur ibi, C.de episc.& cler.

Testi in dubio præsupponitur potius ignorantia,quã dolus,vt falsitas excludatur, Gram. in cons.33.num. 1.& testis non potest à suo primo dicto variare ex temporis interuallo, sed incontinenti hoc facere potest num.3.& testes consanguinei, & fratres admittuntur in defensionibus inquisiti,quando ex officio tantum proceditur,idem Gramm. in consil. crim.32.nu.12.

Testis omni exceptione maior est ille, contra quem nulla potest opponi exceptio friuola, quam superat Gram.in cons.crim.35. n.3. Bald.in l.optimam Cod.de contrah.& committen.stipul.

Testes omni exceptione maiores dicuntur illi, contra quos nulla potest exceptio opponi, cap.1. vbi glos. de consanguin.& affin. vbi Abb.& in cap at si clerici, Alex.in cons.146. col.pen.vol.1. cons. 18. viso processu causæ colum.penul.eodem volum.Angel. in cons. 14.col.3.Ancharan.in cons.227. ad corroborationem col.fin.Gramm. in cons. crim. 35. glos.in cap.de præsump. lo primo,l.cum de indebito,ff.de probat.& hoc habet locum in criminalibus tantum.

Testimonium quibus interdicitur, vide Dec. in cons.459.nu.7.vbi de domesticis, Alex.in cons.161 num.14.volum.2.& consil.120.nu. 23.volum.4.& quid in matre,quid in affinibus,quid in agnatis,quid in fratre,quid in meretrice,quid in infame, quid in muliere, quid in stipulante ad ipsius commodum, vt

similes

similes à iure reprobati, vide per me ante in add. ad l. 1. ff. de test. vbi latè.

Testes ad pias causas possunt esse impuberes, quia ibi testes non adhibentur ad sollemnitatem, sed ad solam veritatis probationem, cap. cum esses extr. de testam. Bal. in repet. l. 1. C. de sacrosf. eccl. col. 12. vers. de 2. q.

Testibus, & pluribus singularibus, an possit sequi integra, & perfecta probatio, Alex. in conf. 20. volum. 4. add. Bald. circa singularitatem testium in consil. 455. num. 2. volum. 2. & quando dicuntur varij, & quando singulares, Bald. in consil. 34. volum. 1. consil. 270. & 39. volum 3. num. 4. & quid in probando furore, Dec. in conf. 448. num. 8. & quando admittuntur testes domestici, ad faciendum probationem, vide Hyppol. in sua pr. crim. in princ. nu. 10.

Testi dicēti aliter deposuisse, quā in sua depositione scriptū reperitur per actuariū, an ipsi vel actuario credatur, dicitur quod potius actuario creditur, quando Iudex interuenit in testium examine, secus verò quando non interuenit, vt latè tractatur per me ante in add. ad l. 1. §. si quis, ff. queādm. testam. aper. Riminal. in conf. 56. vol. 1. in princ. & consil. 1. nu. 25.

Testis de auditu probat in antiquis, & sic testis de fama publica, Alex. in conf. 89. col. 1. vol. 5. & quod tempus dicitur antiquum, per eundem in conf. 159. eodem volum. in quibus dicit, quod tempus antiquum dicitur centum annorum, conf. 146. 2. vol. nu. 14. & conf. 70. vol. 3. num. 15. & ante per me in add. ad l. 1. §. ijdem aiunt in glos. in verbo habere, ff. de aqu. pluu. arcen.

Testes quomodo, & quando à testimonio repelluntur, & testis inimicus repellitur à testimonio, quod etiam si infirmus ad mortem existens, & reciperet corpus Christi, sibi non crederetur, vt inimicus testificando contra inimicum suum, Gram. in conf crim. 46. nu. 7. & testium discordia in minimis, non in substantialibus esse debet, quia si testes vnanimiter concordarentur, videretur præmeditato sermone deponere, Specul. in tit. de test. §. 1. vers. item quod addit, Gram. in conf. crim. 47. nu. 8.

Testes non sint faciles ad deponendum in diuturnis negotiis, ex quo memoria hominis est labilis, & non de facili diuturna recordare potest, l. si arbiter, ff. de probat. Gram. in cōs. 47. num. 13. in crim. & quod de facili potest obliuisci de præterito, etiam de eo, quod ipsemet fecit, & in testibus potius obliuio præsumitur in termino duorum annorum, l. 2. C. de veter. iur. enuclean.

Testes, qui non reddunt causam scientiæ, non probant, l. solum, C. de test. Capibl. de aucto. baron. vol. 2. cap. 31. nu. 45.

Testis ætas perfecta dicitur in 18. anno, dum de iure communi quisque non sit idoneus testis, nisi sit ætatis annorum viginti, quando in causa criminali deponit, l. in testimonium, ff. de test. Gram. in dec. 40. Viu. in dec. 86. Farinac. de test. q. 58.

Testis falsitatem committens, punitur ab eo Iudice, coram quo deliquit, quia sunt offensæ aures illius Tribunalis, siue Iudicis, & ratione delicti ab eo puniri potest, l. nullum, C. de test. Capibl. de auctor. baron. vol. 2. cap. 37. nu. 8.

Testes examinati in causa criminali, quæ fuit ciuiliter declarata, non probant in causa ciuili, nisi parte citata repetantur, & ista repetitio non fit omni tempore, sed solum vsq; ad citationem ad sententiam, postea vero secus, & testes mortui ante repetitionem probant, ac si essent repetiti, quia mors habet vim iuramenti, & possunt interrogari, & de nouo examinari in repetitione, non autem respondere tenentur, vel possunt se referre primo examini facto, Gizzarell. in dec. 53. vbi add de Angel.

Testis annorum quatuordecim non valet, nec est testis idoneus, qui non probat, dum non potest iurare, etiam si admittitur in causa, in qua veritas aliter haberi non potest, Gratian. in discept. forens. 525. nu. 1. vsque ad nu. 7. par. 3.

Testes deponentes de geminata confessione parte præsente, & si vnus dicit deposuit in tali parte, & alius in alia parte diuersa, & discordat de loco, istæ duo depositiones non coniunguntur, Hodiern. ad Surd. decis. 12. num. 4.

Testium numerus, qui requiritur contra barones, iuxta constit. Regn. excipitur ab alijs priuatis, dummodo baro non sit persona facinorosa, Vrsill. ad Affl. in dec. 400. nu. 1.

Testis potest variare, dicens vnum extra iudicium, & aliud in iudicio deponit, Reuerendiss. Episc. Ricc. in coll. dec. 301. & non facit falsitatem.

Testes birruarij repelluntur à testimonio tanquam infames, sed non Capitaneus birruariorum, sed Caporalis ipsorum, etiam reputatur birruarius, & non creditur ei, Reuerendiss. Episc. Ricc. in dec. 1. & de defectu omnium testium, latè tractat idem Ricc. in sua prax. var. resol. par. 3. in verbo testis, & testes ad probandum immemorabilem, debent esse annorum quinquaginta quatuor, Gauant. super decretis Sac. Congreg. Cardinalium, in verbo forum Episcopale, num. 30.

Testes iurati infra terminum præfixum ad examinandum, possunt extra terminum recipi, & examinari, Reuerendiss. Episc. Ricc. in coll dec. 2978.

Testium numerus sufficiens, qui testes probant, & qui sint idonei, & qui non, & qui admittuntur ad testificandum, & qui non admittuntur, & plura in materia testium, vide

vide Reuerendiss.Episc.Ricc.in collect. dec. 2173.

Testis qui varietatem commisit grauius deliquit, quam qui falsitatem exprimit, glos.in l.si ab hostibus.§.1.ff. solu. matrim. Viu.in dec.365.

Testis non iuratus punitur extraordinariè, Vrsill.in dec.366.num.5.Bald. in l. iusiurandi, in fin.C.de test.

Testis vnicus deponens de facto eius proprio, quando plenè probat in præiudicium tertij, Gratian.in dec.140.

Testes repulsati nullam fidem faciunt, l.si prætor, §. Marcellus, ff. de iudic. constit.Regn. incip.prosequentes, ita etiam Andr de Iser. in constit. Regn.incip.pessimam, & Affl. in d.const.prosequentes not.11.nu.21. Bar.in tract.de reprobat.test.num.10 ait,vxorem non posse testificari contra virum, & testes repulsati habentur, ac si nunquam fuissent examinati, Campagn. in cap Regn. incip. vulgaris num 46 & allegat constit Regn.incip. vsurariorum nequitiam, & lusores, & blasphemi non sunt idonei testes, Boer. in dec.301.num.13.& Compater,& Patronus non possunt esse idonei testes, Boer. in dec. 233. nu.3.

Testibus pauperibus,& malæ famæ,non datur creditum, sed repelluntur à testimonio, l.3. de test. Gram.in cons.17.nu.13.in crim.cap. super eo il secondo de test.

Testes quot modis repulsari possunt, vid.Aff. in const.Regn.incip. Mores dissolutè viuentium,lib.3. in princ.

Testis vnus de visu,facit inditium ad torturam Affl. in constit. Regn. incip. si damna clandestina,nu.41.qui allegat glos.in cap si quis Cod.ad leg. Iul. maiest.& non creditur dicto vnius testis,nisi partes consenserint, Bar. in l. Teopompus, Cod. de dot. præleg. fol. mihi 150.

Testes reprobati faciunt inditium ad torturam vide Reuerendiss. Episc. Ricc.in coll.decis. 2120.in princ.

Testium numerus,& de illis, qui admittuntur, ad testificandum, & qui sunt idonei testes, vide Reuerendiss.Episc.Ricc.in collect.dec. 2173.

Testi non iurato,vel iurato,non tactis scripturis, quomodo, & quando creditur,tractatur retro in verbo Testi.

Testes non probant,nisi repetantur, vt fuit decisum, sicut testatur Farinac. in tract.de test. q.73.num.6.Reuerendiss.Episc.Ricc.in coll. dec.3029.par.7 per totum.

Testis quando de falso accusatur, & asserens non ita dixisse, seu deposuisse, vt per actuarium reperitur scriptum,magis creditur testi,quam actuario,Gram.in cons.crim.47.in princ.cons.67.num.1.cons.30.nu.11. Capic. in dec.61.Crauet.in cons. 74 num.3.& testis falsus tenetur parti de omni damno contingente propter illud testimonium, & quod eo casu probari debet, Clar. in pract. crim. §.falsum,vers pœna autem nu.15. Baiard ad Clar.ibidem num.66.Carau.super pragm.2. de fals.num.153.& præsumitur scienter,non ignoranter falsum dixisse testimonium, Baiard ibid.nu.292.& quod testes citati ab alia parte, & deinde non examinati possunt compelli per aliam partem ad illos examinari faciendum,Capic. in dec.39.

Testes ad veritatem indagandam possunt torqueri, tam ex causa ciuili, quam ex causa criminali,Tessaur.in dec.42.[illegible] quando vacillant.

Testes inimici non admittuntur ad ferendum testimonium minus in delictis priuilegiatis,& crimine læsæ maiestatis, alii vero testes inhabiles admittūtur, quādo alter probatio haberi nō potest,Gram.in cons. crim. 3.nu.15.

Testi non iurato fides non est adhibenda,vid. ante in verbo testi,& debet testis iurare corporaliter ad sancta Dei euangelia, sed hodie per consuetudinem sufficit iurare in qualibet scriptura, & eam tangere, tex.in cap.hortamur,3.quæst 9.glos in clem. 1. de hæretic.in verbo tacta, Abb.in cap.fraternitatis vlt.colum.de test. Ancharan. in cap. vt circa,de elect.in 6.3. colum. & testis nuda voce iurans, non tangendo corporaliter scripturam, eius dictum est nullum, Bal. in repet.l.2.col.11.vers. sed nunquid, ff.de iureiur.& Cod.in add.fol.mihi 150.

Testis vnus de visu integer facit integrum inditium ad torturam,Gram.in cons. crim. 1. num. 1.glos.in l.maritus, ff.de quæst. & numerus testium supplet defectum, maximè quando numerus sufficit ad condemnandū, & testes repulsati faciant præsumptionem, author num.4. & 5. & testes interrogentur de circumstantijs, quando sunt suspecti de falso, videlicet si stabant, vel sedebant de loquutione,vestibus, & tempore num. 8. & creditur testi deponenti se pecuniam corruptum,nu.11.Bald.in cap.1. si de inuestit. lis oriat.inter dominum,& vassal.& duorum hominum verum testimonium est, Tasson. in pragm.de antifat.vers.tertio, obseruat.3. nu.250.

Testes quandoque sunt necessarii, quod sint idonei ad probandum feudi ingratitudinem vid.tex.in l.si vassallus cod.tit. de notis feudi in auth.extrauagant.

Testes corrumpens, si eis non vtatur, à pœna releuatur, Boer.in dec.319.nu.5. & 6.

Testium materia,qui possunt esse, & non esse testes,& si consanguinei, qui admittuntur ad defensam, & non ad repulsam,& quod de iure ciuili non admittuntur mulieres honestæ,quando aliter veritas haberi non potest, secus si sunt meretrices, & de iure canonico non admittuntur, & quando inimici, qui

contra

contra inimicos in testes non admittuntur, quia videntur in causa propria testificari, & facilius faciunt plura iuramenta falsa, & iniuria facta vni de familia, toti familiæ facta censetur, latè de hac testium materia tractatur per Gram. in cons. crim. 12.

Testes mulieres honestæ, nubilis ætatis, & grauidæ non possunt compelli accedere ad locum iudicij pro ferendo testimonium veritatis, quia tunc vassalli possunt grauari, vt per Nouar. in tom. 2. tract. de grauam. vasfall grauam. 199. vbi practicam reportat, & decisio. cumulat Reuerendiss. Ricc. in 8. par. coll. dec. coll. 3859.

Testis pauper, & malæ famæ non probat, sed repellitur à testimonio, & ei iura non deferunt, l. 3. in princ. de test. cap. licet causam de probat. & sic alias pro delicto carcerati, vel probata eorum mala fama, vel leuitate vitæ, seu vilitate à testimonio repelluntur, Gram. in cons. 17. num. 12. & sequen. & conuersatio mala etiam repellit, & facit ipsum testem esse suspectum.

Testem pro se producens, non potest illum reprobare, quia per Productionem videtur approbatus, & non auditur, volens illum reprobare tanquam sibi ipsi contrarius, Marant. in suo spec. aur par. 6. nu. 10. art. 13. fol. mihi 445. col. 2.

Testes, qui interuenerunt in testamento, vel instrumento, si adest contentio contractus, cui est credendum Notario, qui eum scripsit, & fecit, vel testibus, dicitur quod credatur Notario, qui eum fecit si est bonæ famæ & vitæ, non testibus aliter dicentibus, secus quando notarius est malę conditionis, famę, & suspectus falsitate, tunc potius credendum est testibus, quam notario, Guid. Pap. in dec. Pedem. 540. nu. 1.

Testis deponens prius de vno modo cum iuramento in vno Iudice, & secundo deponit cum iuramento variè in alio iudicio à prima sua depositione facta cui depositioni standum est, statur primæ suæ depositioni, non autem secundæ, Guid. Pap. in decis. Pedem. 546.

Testis deponens super maleficio de nocte commisso ad lumen Lunæ, vel accenso igne, quia ad vocem cognoscere deponens non sufficit, & in delictis nocturnis, & difficilis probationis admittuntur in testes non admittendi, inquisiti, minores, inhabiles, & hoc habet locum si fuerit ex Curiæ officio processum, non autem ad partis instantiam, & quod sit articulatum delictum non posse aliter probari, nec aliter veritas haberi possit, & debet intelligi quod dicti inhabiles, & inquisiti non sint partes principales, vel inimici, Gram. in cons. crim. 58. nu. 1. & 10.

Testis sufficiens non est mulier in criminalibus causis, nec laicus contra clericum de iure Canonico, tamen admittitur quando aliter veritas haberi non potest, Gram. in cons crim. 58. nu. 10. cap. mulierem 33. quæst. 5. cap. si qui 2. quæst. 6. cap. veniens il primo, de test.

Testis deponens falsum ad inquisiti defensionem contra fiscum, vel priuatam personam inquisitam, venit puniendus pœna extraordinaria, vel si ad offensam inquisiti deponit, pœna qua veniret inquisitus puniendus punitur, si delictum esset probatum, Gram. in vot. crim. 5.

Testis sufficiens non est laicus cōtra clericum de iure Canonico, tamen admittitur, quando aliter veritas haberi non potest, & sic mulier non est testis sufficiens in criminalibus, Gram. in cons crim. 58. num. 10. cap. mulierem 33. q. 5. cap. si qui 2. q. 6. cap. veniens il primo de test.

Testis repetitus, & absque causa interrogatus non probat, ex quo prima sua depositio præsumitur vera, & verisimilis, dum non debet vlterius repeti, Gram. vot. vlt. nu. 1 l. fi. C. de test. l. produci ff. eod.

Testes instrumentarii discordes, & inter seipsos contrarii, nullus ipsorum potest de falso puniri, Gramm. vot. 23. nu. 16. nec notarius per testes, nec testes per instrumentum puniuntur, Specul. in tit. de teste. §. 1. vers. sed pone ecce Iudex.

Testes non debent deponere eundem præmeditatum sermonem ad euitandum falsitatē, quia præsumitur, quod sint ad inuicem alloquuti, vel subornati à parte, & S. Thomas in 2. 2. q. 70. art. 2. circa finem dicit, quod in minimis, & non substantialibus, discordia testium facit, quod eorum testimonium sit credibilius Gram. in vot. 36. nu. 9.

Testimonium falsum testis deponens coram quo Iudice deponit, etiam coram Iudice ciuili ab eo punitur, & cognoscitur, dom. de Franch. in dec. 270. nu. 4.

Thesaurus inuentus in loco priuato est dominus soli, soluta tamen prius decima parte ipsius fisco, Affl in dec 321. nu 19. & 20.

Thesaurus quando inuenitur mediantibus sceleratis, & puniendis sacrificiis, & magica arte, quo casu pœna est, quod ist. tales inuentores, vltra thesauri amissionem, tanquam hæretici capitali pœna puniantur, & eorum libri comburūntur l. 4. Cod. de hæret. & l. nemo Cod. de malefic. & Matth. & Paul. Grillan. in tit de sortileg & mathem. num. 8. Muscatell in sua pract. crim. de extraction. num. 132. & datur differentia inter thesaurum, & pecuniam absconditam, quia non omnes vocantur thesauri, qui sunt illi, quando pecunia est vetera, & memoria hominū in contrarium non extat, illam esse absconditam, vt datur differentia per Muscatell. loco cit num. 135. sed astutus thesauri inuentor sciat illum occultare, & si diuulgauerit, pluries vidi tales diuulgantes, tunc fortuna

prædicta

prædicta, non donum Dei, sed inuentoris infortunium dicitur, quia inuentores inculantur per fiscales Curiæ, carcerantur, & torquentur, & post ossa confracta thesaurum restituunt, & quod peius est, oportet, vt à carceribus exeant, & redimantur, & sic non solum thesaurum inuentum, sed etiam totum patrimonium eorum perdunt, cum toto corpore affracto, & reliqua per Muscatel. ibi posita in loco citato nu. 135. & cuius est thesaurus inuentus, vid. sequ. nu. 137.

Thesaurum inueniens Patronus in suo proprio loco, non molestatur, nec contra eum ad torturam proceditur, & thesaurus inuẽtus in loco empto, cum pacto de retrouendendo, durante tempore ipso, quo, quod nõ sit emptoris thesaurus ipse non ceditur vsufructuario, Affl In dec. 322. num. 7. & 9. vbi Vrsill.

Thesaurus inuentus, quomodo distribuitur, vide Vrsill. ad Afflict. in dec. 321. & constit. Regn. incip. pecuniã si quis inuenerit, vbi Afflict.

Timor subornationis cessat, quando Iudex procedit per inquisitionem, Tessaur. in dec. 25. num. 2.

Tirannus est ille, qui habet populum in seruitute, & contractus ab eo factus non valet, & acta sunt nulla, vti facta ab eo, Vrsill. ad Affl. dec. 77. nu. 6.

Titulum suæ possessionis dicere nemo cogitur, nisi pro possessore, vel hærede possideat, l. cogi, Cod. de pet. hæred. vid. Affl. in tit. de contr. inuestit. num. 78. & sequen. in vsibus feud. vbi ponit ad hanc regulam viginti limitationes, add Caccialup. in repet. cap. per vestras, de donatio. inter vir. & vxor. ut in 2. not. §. 1. num. 46. & sequen. multa per Gram. in suis add. ad constit. Regn. ab officialibus nostris Socc. in fell. 480. & Afflict. in d. constit. vbi ponit tres fallentias pro fisco, & eundem in constit. si dubitatio, num. 4. lib. 3. l. fi. Cod. de rei vendic. Gram. in consil. 9. num. 1. & dictus Gramm. dicit, quod hoc fallit in fisco, quia etiam reus tenetur ostendere ad sui intentionem fundandam, l. nec quicquã, ff. de edend. Marant. in sua prax. par. 4. dist. 13. nu. 6.

Titulum allegantes Aduocati, & postea possessionem probantes, est periculosum, Petr. ad Gram. in dec. 79 nu. 8.

Tollercantia, seu dissimulatio concubinatus, an sit p rmissa, vel ne, Reuerendiss Episc. Ricc. in sua pract. var. resol. 23. nu. 1. par. 2.

Torquendo si officialis reperit torto orationem, vt non confiteatur delictum, fit instantia per fiscum, quod puniatur pœna debita, & amplius non torqueatur, & si fuit ad cordam positus, & ibique stetit per spatium mediæ horæ, paruifaciendo torturæ, potest protestarione præmissa relaxari, si est sufficienter tortus, dum apparet nullum sentire dolorem. Gramm. in dec. 92. num. 1.

Torquendus pro torturæ euitatione, debet à parte procurare remissionẽ, vel probare suã bonam famam, & vitam, Arn. in cautel. 59. Bar. in l. 1. §. penul. de iurisd. omn. iud. Bald. in l. fin. Cod. de probat. in fin. colum. 1. C. locat.

Torquens cum probationibus de visu, malè Iudex facit, vt ei denegetur priuilegium appellationis, & de hoc tenetur Iudex in in sindicatu sic faciens, Gram. in cons. crim. 65. nu. 11.

Torqueri quis non debet, quando delictum est plenè probatum, quia per torturam tollitur probatio tanquam non vera, & fatuus est Iudex, qui torquet aliquem, quando delictum est plenè probatum, Boer. in dec. 319. nu. 7. Cepoll. in cons. 32. colum. pen. Angel. de malefic. in verbo comparent dicti inquisiti, & negauerunt totum, Hyppol. in singul. 362. incip. quod potui.

Torqueri ex processu informatiuo, non possũt barones Regni, nisi in quatuor tantum casibus, videlicet sodomia, assassinio, falsa moneta, & sacrilegio, cum Regia dispensatione, vt sunt Neapolitani, qui non possunt ex priuilegio torqueri, vt supra, Pragm. 22. de baron.

Torquens super probatis, tenetur in sindicatu & beatus homo, qui resistit in tormentis, Gram. in dec. 96.

Torqueri quis non potest quando in processu apparet delictum probatum, alias Iudex tenetur in sindicatu, sed torquetur citra præiudicium probatorum, & confessatorum, & torquetur ad sciendum complices, & fautores, & alias delicti qualitates, Gram. in dec. 96. nu. 1.

Tortus si non confitetur censetur purgatus, idest indicia purgasse, & veritatem dixisse, & liberari debet in loco cordæ, Gram. in dec. 96. nu. 2.

Tortura potest inferri in diebus feriatis in honorem Dei, in capitalibus delictis, secus vero in leuibus, Clar. in pract. crim. fol. mihi 176. vers. quæro an tortura.

Torturæ non potest quis deuenire per vnum testem tantum de visu absque inditiis ad torturam, sed ad minus debet esse vnum inditium ad torturam, & illam adhibere pro modo inditiorum, & pro quolibet inditio debentur duo ictus funæ, Clar. in prax. crim. vers. debet Igitur, fol. mihi 178. col. 3.

Torturæ examen, quod quis facit, non potest eius Magnific. Aduocatus interuenire, nisi Aduocatus fiscalis tantum, Clar. in pr. crim. fol. mihi 175. col. 4. vers. quæro nunc.

Torturæ inferendæ inquisito, seruatur modus Prouinciæ, & Iudex non aliter procedat, & seruatur tormentum funæ, & ligatur quis manibus tergis, & si est membrorum debilis, seruatur tormentum ignis ad plantas pe-

dum, aliàs si inquisitus moritur in tortura, tenetur Iudex in sindicatu, si modum in torquendo excessit, si vero iustè, ad nihil tenetur, & Iudex faciat scribere in processu omnia particularia torturæ ad sui iustificationē, & si negat liberatur, quia dicitur inditia purgasse, Clar. in pr.crim.fol.mihi 176.col. 2.vers.iudex autem,& vers.illata.

Torturam semel illatam Ciui Neapolitano ex processu informatiuo, præuia dispensatione S.E.& Supremi Collateralis Consilij, non posse iterari sine noua dispensatione, & confessio socij criminis non valet, nisi sit in tortura conualidata, etenim ex ea confessione confitens redditur infamis, isque non admittitur sine tortura ad purgandam infamiam, l.ob hoc carmen, §. si ea rei conditio, ff.de testib.c.illi qui q.5.c.in primis 11.q.1.Merlin.in cap.51.forens.controuers.

Tortura non potest inferri in omni casu, sed solum in casibus impositis per cap.Regn.incip.tormentis,de tormentis.

Tortura non adhibetur, nisi in casibus vltra relegationem, Foll.in pr.crim.fol.mihi 153. nu. 1. & si comparent ante contumaciam, cap.Regn. incip tormenta.

Torturam ex processu informatiuo nō possunt inferre Iudices inferiores, nisi tantum M. C. V. quæ hanc præheminentiam habet, & in quatuor tantum casibus, videlicet contra insignes latrones, disrobatores stratarum, incendiarios,& uiolentos raptores, & committentes grauia crimina, dom.de Franch.in dec.143.Gram.in dec.64. Vrsill. ad Affl.in dec.191.cap.Regn.incip.si cum sceleratis.

Tortura infertur in omnibus casibus, vbi venit imponenda pœna mortis naturalis ciuilis,& absciffionis membri, ac pęna vltra relegationem, Carau.super Rit.M.C.V.141.nu. 13. in vers.sed cum in Regno, cap.Regn.incip.tormenta, cap. si iuste quis in princ. Paris de Put. in tract.sindic.vers.tortura,& vers an in causa pecuniaria, Gram.in cons. 56. 15.not.nu. 12.& 14.Marant. in sua pract. par. 4. dist. 2. nu.2.Bal.& DD.latè.

Tortura datur etiam in causa ciuili, dom.de Franch.in dec.276.nu.12.

Tortus non confessus in tortura, & indicia sunt elisa, & euacuata, in Regno hodie prouidetur, quod liberetur cum cautione inquisitus, nouis tamen superuenientibus indicijs, dom.de Franch.in dec.276.nu.12.

Tortura non infertur, nisi à parte petita, Campagn.in cap.Regn.incip.tormenta nu.55.

Tortura non habet locum in blasphemia Dei, nec pro insulto facto cum armis, vel sine, Cāpagn.in cap.Regn.incip.tormenta nu.12. & 14.nec in portante arma contra formam bāni, Affl. nu. 15.

Torturam euitat exculpatio offensi, seu vulnerati, Campagn.in cap. Regn. prædicto incip. tormenta, nu.19.

Tortus indebitè, occidens Iudicem indebitè eum torquentem, non punitur pœna mortis, Petr.ad Gram.in dec.5.nu.1.

Tortura impeditur per simplicem appellationem,& si datur confessio facta in ea, & post ratificationem nō valet, sed est nulla. Cepol. in cautel.239.

Tortura infertur aliquando ad sciendum complices, & fautores, sed debet esse moderatè, & non debet excedere mediam horam, sicuti tortura ad habendum alia delicta in genere, Petr.ad Gram.in dec.8.nu.6.Clar.in pr.crim.§ fin.q.64. vers.veritas est.

Tortura quomodo datur impuberi,& sic infanti,& minor restituitur aduersus confessionem, Petr.ad Gram.in dec.23 nu.10.

Tortura quæ infertur patri, & filio, incipitur tortura à filio, non autem à patre, quia pater magis timet periculum in filium, quam filius in patrem,& legitur, quod tortus pater non confessus, postea tortus filius, pater fuit de plano confessus, & pater plus diligit filiū suum, quam filius patrem, quia pater habet de suo in filium,& filius non in patrem, & de paterno amore plenè tractat Viu.in dec. 322.Boer.in dec.356.Petr.in dec.48.Gram. num. 2.

Torturæ decretum fit per publicationem in causa factam, in qua fuit Reo datus terminus defensionum, dom. de Franch. in decis. 518.

Tortura elidit,& debilitat inditia,& probationes, ita vt si conuictus sit tortus, tortura tollit probationem, dom.de Frāch.in dec.577. num.3.

Tortura quoties, & quomodo repeti potest, Petr.ad Gram.in dec.72.num.1 Foll. in pr. crim.3.par.3. partis, vers. & si confitebuntur nu.96.& 99.

Tortura quomodo detur, & dentur interrogatoria tātū super complicibus, nec actuarius dicat ad opportunam interrogationem sibi factam, nec interrogatur conuictus in tortura, quia euacuaret, & scribūtur responsiones torti integræ, vt dicit, sicut dicta testiū, Petr. ad Gram.in dec.96.nu.2.

Torturam magis sustinet fęmina, quam masculus,& ab ea incipitur in torquendo, tamquam timidior, & fęmina magis sustinet torturam, quia maiora vulnera sustinuit, quam masculus maxime ratione perfidiæ, Petr.ad Gram.in dec.103. nu.58.

Tortus iniustè fugiens à carceribus, non habetur pro confesso, nec de fuga punitur, Clar. in pr.crim.q.64.vers.indicia, & ibi plura dicit in materia torturæ, & quod absque tortura deuenitur ad condemnationem in probatis delictis.

Tortus potest legitimè de complicibus interrogari,& licitè in omnibus illis delictis, in quibus,& quæ committi, absque eis non possunt, vt sunt in latrociniis, furtis cum

scalis,

ſcalis, delictis falſæ monetæ, ac aſſaſſinij, Gram. in conſ. crim. 35. nu. 26. l. in prouincia de ferijs.

Tortura locum non habet in illis delictis, in quibus non imponitur pœna vltra relegationem, & multa in iſta materia torturæ latè ponuntur per Gram. in conſ. crim. 35. nu. 55. Carau. ſuper Rit. M.C.V. incip. Item ſi accuſator ni fallor.

Tortura illata non præcedentibus legitimis, & ſufficientibus inditijs, confeſſio, & ratificatio ex ea extorta, nihil nocet inquiſito, Grã. in conſ. crim. 44. num. 1. Bar. in l. pen. ff. de quæſt.

Tortura non infertur, niſi prius conſtet proceſſum eſſe formatum per diſpoſitionem vnius teſtis omni exceptione maioris, Alex. in conſ. 11. vol. 1. Muſcatel. in pr. crim. in tit. de crim. læſ. maieſt. nu. 24.

Torturæ materia tota relinquitur Iudicis arbitrio de iure communi, Bar. in l. fin. nu. 5. ff. de quæſt. Salic. in l. fin. nu. 7. Cod. de quæſt. Clar. in ſua pract. crim. quæſt. 64. verſic. dixi quoque, Muſcatell. in pract. crim. de extract. nu. 116.

Tortura ſemper infertur in ſubſidium, & laudatur etiam probato delicto per teſtes, inquiſitum torqueri, ex quo tortura datur ad ſciendum complices, & fautores, & ad ſciendum cætera delicta, & ſi confitetur, ponitur Iudex in tuto in cauſa, pro qua ſtat reus inquiſitus, quia tollit appellationem, & poteſt ſuum decretum exequi, dum conuictus, & confeſſus appellationem non habent, Gram. in conſ. crim. 1. nu. 3.

Tortura non datur in delictis plenè probatis quia pœna debilitatur, & Iudex tenetur in ſindicatu, quia ſi daretur, & torquendus, in tortura, perſeuerauerit in negando, ſequitur abſolutio, uel condemnatio pœnę extraordinaria, vt latè docet Gramm. in ſuo crim. conſ. 12. & dec. 56. Tor. in comp. dec. Regn. Neap. par. 1. in verbo tortus.

Tortura ex proceſſu informatiuo, quando, & in quibus caſibus inferri poteſt, vide Gram. in conſ. crim. 64. & Affl. in dec. per eum relata 391. cap. Regn. incip. ſi cum ſceleratis.

Tortura datur inquiſito ex communi obſeruantia, etiam quod delictum contra ipſum conſtaret per teſtes de viſu, & hoc fit per cautos Iudices ad habendum confeſſionem ore proprio ipſorum, ad euitandum calumnioſas appellationes, etiam ſi per teſtes conuincantur de viſu, vt ſupra, Gram in vot. crim. 1. num. 3. & hoc ne ei detur occaſio appellandi, Bald. in l. 2. C. quor. appell. licet. Idem Gram. in alio ſuo vot. 2. num. 6. dicat, quod ad torturam deuenitur in ſubſidium, deficiẽtibus probationibus, & quod probationes delicti contra inquiſitum de crimine purgantur per tormenta, & hoc facit Iudex torquendo dictum inquiſitum teſtibus conuictum, vt ore proprio confiteatur, & appellare non poſſit, tanquam confeſſus, & conuictus, per tex. in l. obſeruare C. de iuram. calumn.

Tortura alicui inquiſito illata, ſtatur primæ depoſitioni torti, ſi ſecundo contradicitur, & non debet torquendus ſpecialiter interrogari, nominando perſonam, Gram. in vot. 34 nu. 10. & 11.

Tortura quomodo datur impuberi, & infanti, & minor reſtituitur aduerſus ſuam confeſſionem, Petr. ad Gram. in dec. 23. nu. 10.

Toſſicum nemini emere licet, nec eum tenere, dum eſt venenum actum ad nocendum, ſub pœna capitis, quæ imponitur eum tenentibus, & vendentibus, per Sacr. Regn. conſtit. incip. quicumque toſſicum, & alia incip. eadem pœna ſub tit. de vendentibus venenum, & de pęna emptoris, & per Regiam Pragm. Ducis Oſſunæ in titu. de pharmacopol. quæ eſt tertia, pęna venditoris eſt per quinquennium ad remigandum, & tantundem Medico malè ordinãti ad relegandum, vid. Clar. in §. homicidium, verſ. 11. & quæſt. 51. verſ. homicidij, quæſt. 68. verſ. ſeipſum quæro quæſt 92. verſ. ſcias, Gram. in dec. 1. 33. & 38. conſil. ſuo crim. 36. & 38 vot. crim. 3. 30. 31. & 38. Cepoll. in conſ. crim. vlt. vid. retro in præſenti libro, in verbo occidens ſeipſum.

Tracta frumenti conceſſa intelligitur, dummodo in Regno adſit abundantia, Petr. ad Grã. in dec. 67. nu. 3.

Tractatus de emendo, & quis emens nomine meo, videtur emiſſe iuxta primam conuentionem, Petr. ad Gram. in dec. 103. n. 117.

Traditio nuda non transfert dominium, l. nunquam. ff. de acquir. rer. domin.

Tranſactionis materiam vid. ſingul. tract. Caccialup. de tranſact. in 8. vol. tract. & ibidem quæſt. 25. num. 1. multa ad materiam leg. 1. Cod. de tranſact. add. quod dictio niſi, ponitur vbi oratio negatiua præcedit, latè Alberic. in ſuo diction in verbo niſi, & Din. in regul. peccatum, latiſſimè Bar. in l. ſi eum. §. qui iniuriatum. ff. ſi quis caut. Dec. in conſ. 532. in princip. quid de tutore tranſigente, vide Dec. in conſ. 479. in princ. & an tranſactio vnius, ſuper delicto præiudicet aliis accuſare, volentibus, vide Gandin. in tract. malefic. in tit. de tranſact. nu. 7. & 8. & latè per Brun. in tract. ſtatut. in verbo pax, vbi latè, & in verbo concordiam, vbi multa ad materiam l. cum proponas Cod. de tranſact. Marant. in ſuo ſpecu. aur. fol. 81. num. 44. & ſequen. vbi latiſſimè, adde, quod dicta lex cum proponas fallit in multis caſibus, quos vide in d. l. per Io. Fabr. add. quæ ſequuntur ſuper tranſactionibus cauſarum criminalium, hodie in Regno aliquid eſt immutatum, vt in conſtitu. poſt citationem emiſſam, & in conſtit. priuſquam citatæ partes, tu vide Marant. in ſuo ſpec. citata parte, in vltima par. num. 63. & pro materia l. tranſigere Cod. de tranſact.

vide Cassan.in consuet. Burgund.in prima Rub.nu.128. & sequen. & ibi etiam nu. 132. videbis an & quando compositiones super delictis fieri debeant, de quibus plenè Luc. de Penn.in l.1.col.18.Cod.de desert.lib.12. adde Parid.in tract.sindic. in verbo compositio, Boer.in dec.91. Hieronym.Zannet.in tract.de differ.inter ius Canon. & Ciuil. nu. 270.in primo volum.tract.& Ioan. Bos. in tract.de nupt.lib.1.num.31.volum.10. & an grauius sit adulterium homicidio, vid.Rom. in l.fin.§.idem autem ff.de publ. & vectigal. ubi allegat tex.ibi in d. § vxorē domini corrupisse, aut aliud grauius quid commisisse, idem Dec. in cap. at si clerici. §. de adulteriis, extra de iudic. & quid si. de eo crimine fuerit actum criminaliter in foro seculari, an possit ciuiliter agi in foro ecclesiastico, & ē contra, vt duplici pęna puniatur, vide Abb. in cap. tuæ, num.5. extr.de procur. & an possit agi coram iudice ecclesiastico, vid. eundem ibidem num.6. qui dicit, quod sic, cum hodie sit sublata pœna vltimi supplicij, & ibi etiam videbis, quot modis possit agi de adulterio, & vn uxor maritum accusare valeat, quibus adde Marant.in suo spec.in 4.par.num.16. Adde pro materia videndum Abb.in cap.1.de colludēte, & ibi etiam videbis, an super priuatis criminibus admittatur transactio, & an recessus aliter per gratiam, vel per transactionem de iure canonico impedit inquisitionem per Iudicem faciendam, Abb in cap. crimina de collu. dete. & d.cap 1. ponit aliquos casus, in quibus non est licitus recessus à lite per transactionem, & qualiter puniatur adulterium, ibiq; per totum orbem, tam de iure canonico, quam ciuili, tam clerici, quam laici, vide Tiraquell.de leg.connub.l.13.num.4.& seq. & in materia adulterij adde singul. consil. Paul.de Castr.348.notandum, quod adulterium, volum.1. add. quod licet de adulterio non possit transigi, potest tamen fieri pax, Socc.in cons.99.col.5.prope fin.vol.3.

Transactio super aliquo negotio, quamuis generaliter sit facta, non tamen extenditur ad expensas litis, super qua transactum est, notabiliter habes tex.in l.sub prætextu la secon da, Cod de transact. adde Hyppol. in singul. 251.incip.connexorum, & in l.patre vel marito, nu.66.ff.de quæst.

Transactio non rescinditur per instrumentum nouiter repertum post sententiam, quia finem liti imposuit, & rescinditur solum quan do est penes partē aduersam, Arn. in singul. 74.cap.inter monasterium, circa finem de re iudic.l.sub spetie, Cod.de re iudic. l. Imperatoris Cod. eod.

Transactionem non potest quis prætextu aliquo inualidare, cum transactioni non datur locus pœnitentiæ, nec datum loco transactionis repeti potest, l.sub prætextu, & l.quāuis, Cod.de transaction.

Transactio quando rescinditur prætextu enormissimæ læsionis, vltra dimidiam iusti pretij, restituitur prius pretium acceptum per transactionem prædictam Vrsill. ad Afflict. in dec.220 nu.2 Gram.in dec. 66. num.22. & 63.

Transactio facta non rescinditur etiam per læsionem, seu læsionis deceptionem, vltra dimidiam iusti pretij, Gram.in dec.66.n.62.

Transactio super aliquo negotio debet esse iurata, & cum pęna alias, &c. l.pacto, & l. qui fidem.ff.de transact.& potest opponi contra transactionem generalem quando de errore calculi, vel alicuius negotii excogitati agitur l.vnic.Cod.de error.calcul. l.cum aquiliana ff. de transact. sed si fuit contestata non potest quis pœnitere, d.l.qui fidem, vbi glos.Berous quæst.105.Tessaur.in decis.Pedem.74. Gram.in dec.103.nu.54.Afflict. in dec. 319. vbi Vrsill.error calculi non rescindit sententiam, vel transactionem, sublato errore de medio, remanet transactio, vel sententia ipsa firma d.l. vnic.C.de error.calculi.

Trebellianica, & falcidia cessat in relictis ad pias causas, quia filiæ non possunt petere plusquam eis fuit relictum, dom.de Franch. in dec.156.n.7.

Trebellianicæ, seu falcidiæ, aut quartæ detractio, competit hæredi vniuersali pro legatis factis per testatorem non autem per hæredē particularem, qui loco legatarij habetur, do mn.de Franch.in dec.293.nu.9.

Tribunal maius facit cessare minus, dom.de Franch.in dec. 382.nu.11. l.contra pupillum § qui ad maius. ff.de re iudic.

Triticaria competit ad incertum, glos. & ibi etiam DD.in l.vbi autem.§ fundi certi, in verbo deduxisse in fin.ff.de verb.oblig.

Turpitudinem suam allegans, nō auditur, etiā replicando contra eum, qui tractat de damno vitando.l.viro, atque vxore ff.sol. matr.l. apud celsum. §. Marcellus. ff. de dol. except. Alex.in cons.14 in fin.vol.6.

Tutelā exercere mulieres prohibitæ sunt, præter mater, & auia, quæ ex particulari priuilegio ad tutelam filiorum, & nepotum sunt habilitatæ, & omnibus tutoribus præferuntur, prę́ter testamentarijs, vt cauetur ex authen. matri, & auiæ, Cod.quand. mul.tutel offic.fung. pot. & inuitæ ad hoc onus suscipiendum cogi non possunt, quia huiusmodi tutela, quæ matri, & auiæ defertur, est extraordinaria, & irregularis, & non debetur eis ratione successionis, sed affectionis, & pietatis §. quia vero matribus, & § hæc igitur, auth.vt sine prohib. matr.matr.debitric. vel creditr. quod fal lit in aliis tutoribus legitimis, nam ibi tutelæ munus esse debet, vbi competit ius succedendi, Pascal.de vir. patr. pot.par.3.cap.10.

Tutela est triplex, datiua testamentaria, & legitima,

gitima,& differt à baliatu,quia baliatus non est nisi datiuus,& testamentarius, quia legitimus non reperitur,& matre ad secunda vota trãsiente baliatus datur illi personæ à matre prædicta nominatæ,& cæteris præfertur, & tutor filius stat in potestate matris,quamuis sit filius ad differentiam, quod filij non sunt in potestate matris,sed patris, hoc fallit in tutela,Fab. de Ann. in consil. 50. num. 4. & 11.

Tutelæ redditio rationis astringit etiam hæredem,Gratian.in decis. March.46.num.1.l.3. §.hæc autem actio.ff de neg.gest. Rom. in conf.413.quo ad primum in princ. & etiã redditur ratio post viginti annos administrationis prædictæ,vsque ad annos triginta, l.maxime triginta.ff.de admin.tutel.

Tutela mater statim priuatur, dum declarat velle transire ad secunda vota,& redditur suspecta, & vitricus datur tutor priuigno suo, sed penes eum educari non debet, & tutore allegato suspecto,interdicitur ei administratio,etiam lite contestata,Vrsill.ad Afflict.in dec.357.

Tutela datur matri,volẽti,& tenetur eam accipere,dom.de Franch.in dec.10.

Tutrix, quæ dat munera consueta dari per patrem pupilli in redditione computi, seu rationum,non tenetur dare rationem pupillo, glos.in l.cum in plures.§. fin. de admin.tut. dom.de Franch.in dec.178.nu.7.

Tutoris materia,& de sollemnibus adimplendis per eum,vide latè Reuerendiss.Riccium in coll.dec.2393.& 2399.& quod post litem contestatam non admittatur administratio, nisi doceat de sollemnibus.

Tutor datiuus,si est debitor,vel creditor sui pupilli,dari non potest de iure, auth. & tutor testamentarius creditor dari potest, vel debitor, quia videtur à testatore approbatus, Gui.Pap.in dec. 144.

Tutores antequam administrent, ad quæ teneantur,glos.in l. tutor qui repertorium in princ.ff.de admin.tutel. Capic.in dec.50.

Tutor,& Curator,finito eorum officio tutelæ, & curæ,non tenentur ex contractu facto super re pupillari.in qua non fuerunt obligati nomine proprio,Boer.in dec.273. n.5.l. post mortem.§.tutor, quando ex facto tutor, vel curator,l.1.C.eod.

Tutor non potest petere pecuniam sibi per parentes pupillæ promissam, pro matrimonio dictæ pupillæ nec receptã per dictam causam potest retinere, ob turpem causam promissam, & contractus factus per hoc, & iuramentum ibi additum nõ tenet, vti factum contra bonos mores,Mastrill.in decisio. Sicil.64.

Tutoris hæredes etiam tenentur reddere rationem tutelæ administratæ per eorum patrem,l.3 § hæc autem actio,ff de neg.gest & tutor, & curator etiam per triginta annos tenentur semper reddere rationem,Gratian. in dec. March. 46. & quando tutor præstat rationem suæ administrationis, quomodo procedirur,& sollemnia, quæ interueniunt, Gratian.in discept.forens.par.3.cap.563.

Tutores possunt dari à matre filijs suis, dummodo hæredes instituantur, non obstante, quod sit pater in medio, & exclusus, quia videtur legitimus administrator bonorum filij,quando tractatur de hæreditate sua, non aliena,& vbi ipse pater habet vsumfructum, ibi habet administrationem,& neque procedit, quando mater creauit aliquem in tutorem, & administratorem,& non patrem, quia pater tunc videtur prohibitus,& exclusus,dom.de Franch. in dec.10. Mastrill. in dec.Sicil.59.

Tutoribus pluribus existentibus,ex quibus nõnullis recusantibus administrare, si vnus voluerit poterit administrare, l.si ab vno,§ si ex plur.tutor.vel curator.

Tutore condemnato fit exequutio super bonis pupilli,Petr.ad Gramm. in decisio. 103. nu. 107.

Tutor tenetur alimenta suo pupillo præstare, secundum vires,& redditus patrimonij, Pet. ad Gram.in dec.103.nu.135.

Tutor pupilli pecuniam non exigens, & exactam ad honestum lucrum non ponens,de dolo tenetur,Petr.ad Gram.in decisio. 103. num. 23.

Tutor potest per vim eripere pupillam à manu matris,volentis transire ad secundas nuptias,ne forte dictam pupillam fratri secundi viri non bene collocaret nuptui, Vrsill. ad Affl.in dec.328.nu.5.

Tutor quando est pupillo coniunctus,non debet ob suspitionem amoueri,sed debet ei dari adiunctus, Vrsill. ad Affl. in dec.357. per totum,& per non confectionem inuentarii remouetur tutor, & per aliam malam administrationem.

Tutor quando expedit pupillo potest facere remissionem absque Iudicis decreto, & valet,& si Iudicis decretum interuenit, melius est capta prius informatione si expedit, do. de Franch.in dec.535.

Tutor non potest vendere rem pupilli in eius præiuditium, nec in illis datur præscriptio, dom.de Franch.in dec.580.

Tutor electus intelligitur, etiam si in decreto dicatur,quod debeat administrare bona, & personam pupilli,& pro tutore ibi non nominatur, dom.de Franch.in dec.584.

Tutor fratris minoris nõ potest esse frater maior,si cum eo habet patrimonium commune,dom.de Franch.in dec.405. per tot.

Tutor pro pupillo admittitur ad iurandum, & nolens cogitur,secus in sindico,& defensore, quia volentes tantum admittuntur,sed non coguntur,Vrsill.ad Affl. in dec.169.n.3.

Tutor repellitur ab administratione si admini-

mini-

nistrare ceperit, ob exceptionem non confecti inuentarii, Vrsill.ad Affl. in decis. 356. num.3.

Tutor testamentarius, etiam si est debitor pupilli, potest exercere, secus in datiuo, qui est suspectus pro debito reali tantum, Vrsill.ad Affl.in dec.13.nu.19.& 20.

Tutor remouetur ab administratione tutelæ, ob non confectionem inuentarii, Vrsill.ad Affl. in dec. 207. & debet per Iudicem confirmari Tutor pro tutela sibi in testamento decreta, Pascal.de vir.patr.pot. cap. . num. 32.& seq.Alex.in cons.140.nu.2.vol.1.

Tutor datus suspectus, datur ei adiunctus, & pro qualibet minima causa remouetur suspectus, & adiunctus datus ei, si est consanguineus, Vrsill.in dec.Afflic.207.& 357. vbi dicit, quod priuignus habet vitricum eius tutorem, sed non educatur penes eum, num.3.

Tutor, & curator ad lites datur pupillo etiam ex officio Iudicis, alias acta sunt nulla, & peti debet, Vrsill.ad Affl.in dec.256.

Tutor punitur pœna capitis, si pupillam eius, cuius est tutor corrupit, Clar.in sua pr.crim. vers.tutor, fol.mihi 184. §. fornicatio, vers. cum puella.

Tutor tenens pecuniam sui pupilli otiosam, si eam ad honestum lucrum non conuertit, tenetur pupillo ad interesse, & tenetur ad ea, quæ pupillus est damnificatus ob tutoris negligentiam, Gram.in decis. 103. num, 22. & 23.

Tutor cognoscens eius pupillam, & postea ducit eam in vxorem, fustigatur, Boss. in pr. crim in tit.de coit.damn.& punib.nu.41.

Tutor non habet salarium à pupillo pro sua administratione tutelæ, si à principio eum non petiit, & per Iudicem, aut testatorem ei constitutum fuerit, dom. de Franch. in dec.122.n.1.l.à tutoribus, §.fin. ff.de admin. tutelæ.

Tutores tenentur facere inuentarium, librum rationum tutelæ, non obstante, quod per iuris communis dispositionem non tenentur dicti tutores.& curatores inuentarium conficere, vbi testator illud fieri prohibuit. l. fi. Cod. de arbitr. tutel. & hoc non obstante, non potest tutor in litem iurare, Bar. in l.tutor qui repertorium colum.3.in fin.num.18. vers. quæro quæ dicatur, & col. 4. in princ. ff. de admin. tutel. tamen tutores, & curatores tenentur conficere librum rationum, & omnes administratores, etiam quod essent prohibiti conficere inuentariũ, vel ab eius confectione liberati à testatore, alioquin posset contra eos in litem iurare, & tenetur ad interesse liquidandum ex ipso iuramento, Bald.in l.1.§.officio.ff.de tutel.& ration. distrah.& Tutores, & Curatores inter cætera tenentur ad duo, ad inuentarium conficiendum, d.l.tutor qui repertorium, & ad confectionem libri rationum, quem ipsi, & cæteri omnes administratores conficere tenentur, alioquin contra eos potest in litem iurare, d.l.1.§.officio, vbi Bar.& Bald.& sic semper tenentur, etiam per Testatorem liberati, de ipsa confectione inuentarij, & libris rationũ, non excusantur tutores administratores, & Curatores prædicti si dicant cum iuramento omnia confecisse. videlicet librum rationũ, & inuentarium, sed illud perdidisse, nisi casum, vel amissionem probauerint, cum enim qui tenentur præmissa facere, tenentur etiã diligenter custodire, & non creditur eorum iuramento, quod ea perdiderunt, sed potest in litem iurare, nisi ea exhibeant, nec excusantur si dicant reddidisse semel rationem, producendo instrumentum eorum liberationis, in quo dicatur, quod calculatæ fuerunt eorum rationes, & liberati fuerunt ex causa, quæ dici, vel excogitari possit, & quod libri rationum fuerunt visi, & diligenter considerati, nam per ista verba non probatur, quod inuentarium, & librum rationum fuerunt redditi adultis, vel dominis, quibus ratio reddi debet, & quoties tutores & curatores conueniuntur sub prætextu, quod talis liberatio fuerit dolosa, vel erronea, tenentur inuentarium, & libros rationum exhibere, & non excusantur, quod illos restituerunt, vel admiserunt, nisi aliter per testes probetur, alias iuratur contra eos in litem, & contra dictos tutores, & curatores, qui nomina debitorum pupillis non exigerunt, agi potest ad interesse, & in litem iurari, etiam, quod actorem constituerunt ad ea exigendum, vbi tutores fuerint negligentes, Socc. in cons.2.incip.sequendo, col.2.vers.concluditur ergo vol.1.Tutor Plot.de in lit.iuran. §.5.nu.30.vsque ad nu.37.

Tutorum hæredum bona non sunt obligata pupillo pro mala administratione tutoris, Vrsill. ad Affl. in dec.111.nu. 20. Bar.in l.si pignori, verbo, & è contra, ff.famil.hercisc.

Tutoris, & Curatoris, etiam ad lites, bona eorum sunt tacitè obligata pupillis, & adultis. dom.de Franch.in dec.321.Vrsill.ad Affl. in dec. 200.

Tutor allegatus suspectus, & à tutela remotus ex eo, quod non præstitit cautionem, & confecit inuentarium, vt de iure tenetur, si in eius redditione computorum, vult sibi retinere expensas factas in se defendendo ex dicta causa potest illa retinere, etiam si in sua culpa fuit remotus, & suspectus allegatus, dom.de Franch. in dec.394. Bar. in l. 1. §.si pupillus.ff.de tutel.& ration.distrahen.

Tutores plures dati pupillo, vnus sine alio administrare non potest, dom.de Franch. in dec.28.& non potest remittere debitori debitum pupilli, nec ei dilationem concedere absque consensu alterius contutoris.

Turcæ capti absque certamine, omnes sunt

S.E.

S. E. quando preda est facta sine pugna, & periculo, hoc latè discurrit Capibl. in suo tract. de baron. vol. 2. cap. 41. nu. 6.

V.

Vagabundus offerens cautionem de stando iuri in proprio domicilio, non potest alibi conueniri, seu puniri, glos. est in l. heres absens in princ. glos. magn. ff. de iudic.

Vagabundi puniuntur ad tempus, constito de eis per quatuor testes, vt dicit Marant. in sua pract. ciuil. in verbo peruenitur aliquando per viam inquisitionis, fol. mihi 300. nu. 202. si frequentant tabernas, si sunt lusores euntes bene vestiti, lusores ad ludos prohibitos, nõ habentes artem, non laborantes, nec introitus habentes, sed deferunt arma, & ambulãt per stratas, & vicos, præsumitur per eos omne malum, Marant. fol. mihi 300. nu. 102. in verbo peruenitur aliquando per viam inquisitionis, constit. Regn. incip. hii qui.

Vagabundus vbique puniri potest, & is dicitur verè vagabundus, qui in locó non residet, & eis dici non potest habere locum permanentem, glos. in l. 4. §. prætor, vbi DD. ff. de damn. infect. Sesc in dec. 100. & Reus donec vagatur à suis propriis locis dicitur vagabundus, glos in l. 1. C. vbi de delict. Menoch. de arbitr. iud. casu 531. Capibl. de baron. par. 2. cap. 53. nu. 9.

Vagabundus non remittitur, sed punitur in loco vbi reperitur à quocumque Iudice, & ei sufficit citatio per edictum, non personaliter, vel domi, vt requiritur in alio delinquente, Petr. ad Gram. dec. 26. nu. 12. & quis est vagabundus, declarat Clar. in pra. crim. quæst. 39. & quæ pœna est ei inferenda, vide Peguer. in decis. Catalon. 3. & dicto vagabundo petenti remissionem denegatur.

Valor rei in dotem assignatæ, attenditur tempus assignatæ dotis, Hodiern. ad Surd. decis. 227. nu. 3.

Variatio licet actori vsque ad litis contestationem, sed reus potest quandocumque variare vel actionem mutare, Vrsil. ad Afflict. in dec. 142. nu. 2.

Variatio in criminalibus facit inditium ad torturam, quando variatio, seu mendacium est dictum post præstitum iuramentum veritatis, sed si aliqui dicunt, quod periurus non punitur, intelligitur pœna ordinaria, sed extra ordinem punitur, Gram. in vot. 30. n. 16. Cauens. in Rit. M. C. V. 79.

Variatio statim facta non porrectis literis inhibitorialibus, sunt ligatæ manus Iudicis, & actus fieri non potest, quia est nullus, sed bene potest Iudex terminum varianti præfigere, quod infra tot tempus compareat coram Iudice electo, dom. de Franch. in decis. 294. constit. Regn. incip. statuimus, Foll. in pr. crim. in verbo audiantur excusatores, l. vnic. Cod. quan. Imper. int. pupill. & vid.

Variare licet actori vsque ad litis contestationem, Reo verò semper licet, Vrsill. ad Affl. in decis. 142. num. 2. l. eum, qui certam, ff. de verb. obligat. §. quod illud autem.

Variatio quomodo, quando, & qui facere possunt eam, vid. Capibl. de baron. vol. 2. cap. 44. num. 1. quod fit à Curia Baronis per viduã, vel Virginẽ in Capillo, etiam prò stupro violento sibi commisso ad Curiam Regiam, quia Imperator dat protectionem Principi, miserabilium personarum, & non alijs, l. vnic. Cod. quan. Imper. int. pupill. & vid.

Variatio fori, cui, quibus, & in quibus casibus competit, vid. Ricc. in coll. dec. 300. & coll. prima.

Variare potest etiam, qui potest eligere. l. eum, qui certarum, ff. de verb. obligat.

Vassalli tenentur dare domino subuentionem prò filia monacanda, vel nubenda dumodo de futuro non nubat, sed depresenti, & quod sit nubilis ætatis, quod possit procreare, quia vassalli melius retinent, quam repetunt, ne duplici onere grauentur, & monacæ non datur, hæc subuentio, nisi tempore professionis, & in Militia tempore belli, quando vadit, Dom. de Franch. in decis. 42. Cap. Regn. incip. Item statuimus.

Vassallus priuatur feudo si fratrem suum interfecit, secus si interfecit fratrem domini sui, Vrsill. ad Affl. in dec. 265. nu. 16.

Vassallus tenetur prò domino fideiubere, Vrsill. ad Affl. in dec. 265. nu. 74.

Vassallus non potest occidere dominum suũ bannitum impune, Vrsill. ad Affl. in decis. 265. num. 83.

Vassallus obligatus est tenere secretum Consilium domini sui sub pænis, &c. Vrsill. loc. prædicto, nu. 85.

Vassallus tenetur mortem domini denunciare intrà annum, si dominus est maior, secus si est minor, Vrsill. in dec. 265. num. 91. & si hoc non facit, soluit releuium duplicatum, num. 95.

Vassalli tenentur alimentare dominum pauperem, & eum ab hostibus, & Carceribus redimere, dumodo sui culpa ad paupertatem non deuenit, vel fuit captus, Vrsill. ad Affl. in dec. 265. nu. 107.

Vassalli non tenentur carceratos custodire, quia est onus Baronis, qui habet iurisdictionem prouentus, & introitus, sed ex causis vrgentissimis potest cogere eos, soluto tamen eis iusto salario, Dom. de Franc. in dec. 526.

Vassallus tenetur præbere obsequia domino suo, Affl. in cap. item si quis in tit. quib. mod. feud. ammiss. num. 119.

Vassallus amicitias contrahens cum inimicis domini sui punitur, & requiritur, vt contrahat, & in necem, & damnum domini

istud

istud faciat,& amicus inimici mei, est mihi inimicus, per dictum Sancti Euangelij, si hunc dimictis,non es amicus Cæsaris Vrsil. ad Affl.in dec.307.

Vassallus habens res venales, potius tenetur dominis suis illas vendere, quam alijs de Iur. Com.secus per Reg. pragm. quæ præstat subditis liberam potestatem vendendi, & emendi,quibuslibet eis placebit, Vrsill. ad Affl.in dec.334.nu.vlt.

Vassalli tenentur eorum dominum adiuuare contra eorum patrem,non contra eos,Pet. ad Gram.in dec.67.n.1.

Vassalli non possunt per saltum adire Regijs Tribunalibus,& Superioribus,nisi per viam appellationis, & electionis fori, & Barones habent prouisiones Regij Collateralis Consilij, iubentes expresse, quod sub graui pœna vassalli non adeant per saltum Regijs Tribunalibus, tàm in Ciuilibus, quàm in Criminalibus causis,vid.etiam super hoc latè prag.8.de citation.& pragm.2. in tit. vbi de delict.quis Conu.Capibl.de auctor.Baron.vol.2.cap 49.num.1.

Vassalli tenentur præstare subuentionem domino suo,etiam si duas filias eod.anno maritauit,iux.regn.const.incip.quamplurimũ Dom:de Franch.in dec.306.215.& 131.

Vassalli exempti à iurisdictione Baronis, ex aliqua causa, vel priuilegio non sunt per hoc exempti à iure reuerentiali erga dominum cum obsequia ei debentur naturaliter,Bald.in l.fin.Cod.de oper.libert.neque vassalli sunt exempti à nexù obligationis operum obsequialium, si baro suam terram alteri locat, Capibl. de Baron. vol. 2. cap.56 nu.11.

Vassallus subijciẽdo se gratiæ,& misericordiæ Baronis propter delictum,ob id ab eo compositus in aliqua summa in pecuniæ, potest appellare, si grauatum se cognoscat, & diminuitur compositio,seù transactio fatta, quæ erat ducatorum centum,& fuit moderata in ducatis decem,Gizarell.in decis. 55. vbi add.de Angel.

Vassallus feudatarius potest in eius vita durante fructus feudi alienare, dumodò sibi relinquat tot,quod viuere possit, Vrsill. ad Affl.in dec.240.n.11. & seruitium sequitur possessorem.

Vassalli tenentur concomitare eorum dominum suis proprijs sumptibus,per triginta dies in sua iurisdictione, Vrsill. ad Affl. in decis.265.nu.61.

Vassallus non potèst, nec tacitè, nec expressè renunciare in præiuditium sui Baronis, Car.super Rit.M.C.V.205.q.2.& Rit.231. nu.1.& 2.Bar.in l. 1.§. & post operis in fin. ff.de nou.oper.nunc.

Velleiani Priuilegium transit etiam ad hæredes viri,&mulier non potest fideiubere,prò alio,neque prò marito,per auth.si qua mulier, Cod. eod. & Nouerca non potest in causa dotis priuignæ,se obligare Hodiern. ad Surd.decis. 104.nu.1.

Vbi maius periculum,ibi cautius est agendum l 1.§.sed,& si quis,ff.de carbon.edict.

Vbi tex.est,ibi nulla iuris quæstio,l.illæ,aut ille ff.delegat.3.

Vbi nulla est culpa,ibi nulla debet esse pœna l.quæ fortuitis,Cod.de pignor.act.l.contractus,ff.de reg.iur.l.videmus,ff.locati,l.si causa res,§.1.ff.de action.empt.

Vbi multa Consilia ibi salus, cap. constitutus de elect.

Vbi duo requiruntur, non sufficit vnum, l. si hæredi plures,de condiction.instit.l.si is,qui ducenta,§.vtrum,ff.de reb.dub.

Vbi te inuenio,ibi te conuenio,& tenebo,& in eo statu in quò te inuenero te tenebo donec contrarium videbo,Dom.de Franch.in dec.630.nu.3.

Vbi pupilla educari debet,quod educetur, & moretur pænes matrem, cui lex confidit, dumodò non transeat ad secunda vota, & si ad secũda vota transit,vel trãsire declarat est suspecta prò successione illius,vndè votũ captandæ mortis induci potest, remouetur statim à tutela prædicta,& si est contentio, vbi educari debeat pupilla, ipsa remictitur Iudicis arbitrio, licèt mater, & auia præferuntur omnibus tutoribus consanguineis, præter testamentarijs, & victricus non potest esse tutor datiuus, licèt possit esse testamentarius, tex. in l.1. & 2.Cod. vbi pupill. educ.deb.l.1 ff.eod.tit.Dom.de Franch. in dec.10.& 350 Guid. Pap.in dec.539. Gram. vbi Petr.in add.ad dec.55.95.& 69. Affl.in dec.183.Rou.super pram.9.de Baron.Ann. in singul.395 & Fab.de Ann.in add.ad singul.prædictum,eod.vol.nu.501.Ann.alleg. 33.Soc.in cons. 193.vol 2.dub.2. Cau.in tr. de tut.& curat.num.300.& seq. Menoch.in consil.62.lib.1.nu.12.Tor.in Comped. dec. Regn. Neapol.in verbo filij. an sit fol.mihi 233. volum. 1. Reuerendissimus Episcopus Ricc.in coll.dec.1214.1765.& Capibl.super pram.9.de Baron.num. 6. idem Tor. vol.1. fol.mihi 435.in verbo pupilla,& verbo puella,Viu.in dec.16.Crauett.in consil.18.idem Reuerendissimus Ricc.in Coll. decis. 455. Durant.de arte testan. cautel. 1.tit 7. Surd. in tract.de alim.tit.4.q.13.

Velleianum habet locum prò ex carcerando Virum,prò exoneratione animæ defuncti, & eius conscientiæ,Hodiern.ad Surd. dec. 86 num.5.Dom.de Franch.in dec.227.n.9. & idem Hod. in dec.367. & sic potest vxor ex causis traditis alienare partem fundi dotalis,nu.1.dec. prædictæ 86.

Velleianum,seù exceptio Senat.Consult.Velleian.apponitur,etiam contra exequtionem paratam, & instrumentum liquidatum iuxtà formam,Rit.M.C.V.Dom.de Franc.

in dec.

in decis. 623. num. 1. vsque ad num. 4.

Velleianu exceptionem habet mulier,& filia, & mater pro excarcerando virum,& causa pietatis,ac pro causa pia,Dom. de Franch. in dec.578.in qua decis.concluditur, non posse fideiubere,nec se obligare, etiam pro causa pia,quia Velleianum est introductum fauore mulieris, sed Macedonianum in odium Macedoniani, sed hodiè seruatur contrarium,quia non obstat Velleianum pro dictis causis, For.in p.1. sui Compend. dec. Regn. in verbo fideiubere pro causa Criminali,vir,vel filius carceratus non liberatur,vid latè Merlin.in cap. 55. Controu. Forens.

Velleianum iuuatur omnibus mulieribus vz. viduis, virginibus, ac maritatis, sed velleianum habet tantum locum in deceptis,non autem in decipientibus,nec habet locum in muliere de rato promittente, Dom.de Franch. in dec623.nu.10.

Velleianum prohibetur tantum, quando mulier obligatur pro alio in fraudem, sed benè potest donare, & soluere, quia prohibetur in promissione, seu obligatione, Dom. de Franch.in dec.279.

Velle,quis non præsumitur, quod non loquitur,Dec.in consil.211.vol.1.

Venditio facta ad mensuram, si est plus corpus mensuræ explicatæ emptor tenetur, soluere illud pretium plus iustum, vt emit pro rata mensuræ, Vrsill.ad Affl.in dec.68.

Vendens hereditatem, si ipse est debitor defuncti, censetur vendere, etiam suum nomen,ac vendere,etiam omnia ea,quæ sunt de hæreditate,ac si ipse habet,tenetur restituere, dum erant in hæreditate tempore contractus, & non tenetur de euictione rerum singularium,nisi de bonis specificatis, sed sis cautus,quando generaliter emis aliquam rem vniuersalem specificare omnia corpora, & membra, alias eris euictione priuus, & hæres tenetur recuperare illud, quod de suo expendidit in hæreditate ab emptore, Vrsill.ad Affl.in dec. 81.nu.1.

Vendens rem, vel in modico pretio vendere volens æqui pollent.l non dubium,§.final. vbi etiam gl.notab.ff.de leg.3.& vid. quod dicit addan § libertus.instit.de vero.signif. quod iudex declarabit pretium,& ipse tenetur vendere secundum declarationem tactam, Bart.in d.l. non dubium.

Vendens rem alicui cum instrumento pro francha,& postea alteri reperitur obligata, emptor habet repetitionem pretij a venditore,Vrsill.ad Affl.in dec.241.nu.5.

Vendens rem comunem,taliter facta assertione, videtur facta venditio pro sua parte tantum,Petr.ad Gram.in dec 4.nu.1.

Vendens rem,& eam tradens,habendo fidem de pretio, præferuntur creditores anteriores,etiam ipsi domino rei,Dom.de Franch. in dec.506.Bart.in l.si cum dotem,§.fin. in fin.ff sol.matr.

Vendens rem vitiosam,puta aliquod animal, equum, vel similia, si scienter vendidit,ad interesse tenetur, si vero ignoranter vendidit,tenetur quanti minus. l. Iulianus, ff. de action.empt.

Vendere Regio Fisco quis potest cogi per const.Regn.omnes officiales, Petr. ad Gram. in dec.75 nu.1.& quis tenetur vendere partem suam, quam habet communem cum aliquo,l.si fundum,& seq. ff.mandat. & nu. 4 dec.prædictæ.

Vendens,vel donans rem duobus, ille est potior, & præfertur, qui possidet rem venditam,vel donatam,licet in venditione sit posterior,& emptor in titulo tantum anterior, & semper præfertur ille,cui prius res tradita est,tex.in l quoties de rei vendicat.& venditio,seu promissio de vendendo,cum iuramento habetur,ac si esset facta perfecta venditio, Vrsill.in dec.383.

Vendere promittens alicui, tenetur illum interpellare,vel per duos menses expectare tenetur, Petr.ad Gram.in dec.103.nu.131.

Vendens rem duobus, non duobus pignorans rem, punitur pœna falsi, sed hodie punitur pœna criminis stellionatus, Bar. in l. si quis pignorem,§.1,ff.de pignor.act. Negusant.in tract.de pignor.memb.1.par.5.num. 47. sed vendēs rem duobus,ille præfertur,qui prius habet possessionem, etiam per constitutum, Vrsill.ad Affl in dec.383.

Vendens rem alienam scienter,tenetur actione de dolo,etiam prius quam res fuerit euicta, l.seruus,§.fi.ff.de action.empt. Vrsill.ad Affl. in dec.369.nu.9.

Vendens fruges maiori pretio quam valent, committit vsuram propter datam dilationē, Rouit. in pragm. 1. de vsur.nu.25.Bertazol. in cons.crim.290.nu.56.

Venditio in fraudem facta præsumitur, si de proximo post venditionē lis mouetur, Pet. ad Gram.in dec.16.nu.1.& quando venditor tenetur in conscientia vitium animalis venditi propalare, & moriens animal de breui post venditionem præsumitur decessisse,ex quo erat tempore venditionis morbosum,Pet.ad Gram.in dec.prædicta,n.4.& 6.& sciens pretium moderandum,& curren ti pretio vendidit, non peccat mortaliter, num.4.

Venditio alicuius rei, fructus ex ea percepti sunt emptoris, non venditoris, idest fructus, qui colliguntur semel in anno, non autem pensiones domorum, quæ percipiuntur in dies,& communiter diuiduntur, dom. de Franch.in dec.79.Telaur.in dec.Pedem. 56. in fine.

Venditio facta, saluo assensu impetrando, postea illo impetrato operatur à die venditionis,nō autem à die impetrati assensus, dom.

de Franch.in dec.85.nu 3.

Venditio non probatur per testes, qui non deponunt de pretio, Vrsill.ad Afflict. in decis. 72.nu.8.

Venditio consistens in numero, pondere, & mensura dicitur perfecta, quando est facta venditio totius corporis, Vrsill ad Afflict. in dec.399.

Venditio facta sine pretio specificato, non valet, Vrsill ad Affl.in dec.240 nu.12.

Venditio statim rescinditur, quando res vendita non est libera, Hodiern.ad Surd.dec.165. Gratian in par.1.cap.175.nu.23.

Venditione domus, vel fundi, veniunt omnia necessaria de sinata ad vsum illius rei venditæ, vel legatæ, dũmodo sint ad perpetuum vsum illius rei destinatæ, Hodiern ad Surd. dec.134. Gizzarell.in decis.32.per totum, etiam si sint parata pro renouandis veteribus, & sint à solo separata, vt sunt molæ in molendinis, vasa vinaria, vitriatæ, &c.

Venditio rei facta debet infra annum tradi, aliàs contractus est nullus, Vrsill.ad Affl.in dec.275.nu.8.constituto non obstante.

Venditio facta sub hasta rescinditur, si vltra sextam iusti pretij adest læsio, & si comparet aliquis post venditionem legitimè perfectã, & offert meliorem conditionem, tunc prouidetur ad instantiam minoris fisci, Ecclesię, & alterius personæ priuilegiatæ, quod citra præiudicium primæ venditionis accendatur candela, Muscatell. in sua pract. ciuil. S.R.C.par.3.glos.venduntur nu.57. Mastril. in decis.84.par.1.dicit. quod si comparet secundus, & plus offert, ille præfertur, l.si tempora, Cod.de fid.instrum.& iur.hast lib. 10. sed post perfectam liberationem, & extinctum candelæ primus emptor est secundus.

Venditio præsumitur facta in fraudem si mouetur lis de proximo., vide latè ante in alio verbo venditio.

Venditio rerum, non seruato iuris ordine facta non valet, & emptor ipsorum dicitur mala fide possidere, dom.de Franch. in dec. 243. nu.2.l. si præsidem, Cod.de præd. min. l.1.vers.malæ fidei, Cod. de fid. instrum. & iur.hast.fiscal.lib.10.

Venditionibus bonorum seruatur ordo iuris, primo incipitur vẽditio à bonis mobilibus, & postea à stabilibus, & subhastationes fiũt in loco originis, & domicilii in ambobus locis, Vrsill.ad Affl.in dec.249.n.3.& 4.

Venditio vnius rei duobus, præfertur ille, qui habuit primo rem ipsam per constitutum, Vrsill.ad Affl. in dec.116.nu.3.

Vendens animal morbosum, vel aliam rem vitiosam, tenetur actione redhibitoria dum vitium fuit latens, & erat ante venditionẽ, & emptor dictum vitium nesciebat, vide Peguer. in decisio.1126. num.5. Gratian.in discept. forens. 343. num. 22. Hodiern. ad Surd.decis.146.Fallit hoc in Ciuitate Neapolis, vbi emptor habet terminum dierum quadraginta.

Venditor tenetur emptorem suum defendere, & si non defenderit tenetur ob rem non defensam, l.cum quæritur, ff de iudic. solu. & hoc intelligitur quando emptor denunciauit venditori, vt eum defendat, aliàs sibi imputatur, nam hoc casu non agit euictione, etiam respectu rei principalis, & sumptus.

Venditor præfertur creditoribus anterioribus in re sua propria vendita, dummodo sit pactum, quod dominium non transferatur nisi soluto integro pretio, Hodiern.ad Surd.dec. 56.nu.4.

Venditor quando tenetur de euictione pro re vendita, vide retro in pręsenti libello in verbo donans.

Venditor tacitę venditionis natura de euictione tenetur, l.non dubitatur Cod.de euictio. & l.in vendendo, ff.de contrahen.empt.

Venditori ius superueniens, confirmatur ius in personam emptoris, l.apud cellum, § si à Titio ff.de doli except. Bald.in l.nec nos, C. de capt.

Venditor potest pro suo interesse appellare emptore euicto, & à sententia contra ipsum, lata non appellante infertur ei præiudiciũ, Vrsill ad Affl in dec.15.nu.2.

Venditor appellat ad impediendum sententiam, quæ fecit transitum in rem iudicatam contra emptorem condemnatum ad impediendam exequutionem, quia non habuit notitiam sententiæ, Vrsill.ad Affl.in dec.15. nu. 3.

Venditor Author laudatus, coniunctus creditoris potest compromissum petere, Vrsill. ad Affl.in dec. 15.nu.5.

Venditor asserens rem venditam esse alicui redititiam, non præiudicat, Vrsill.ad Affl.in dec.164.

Venditor deceptus in venditione vltra dimidiam iusti pretii, succurritur ei, ex dispositione l.2.Cod.de rescind.vend.quę lex non habet locum in consentiente venditioni, scilicet, si quis vendat rem meam, me præsente, & participe de pretio, huius l.beneficio non succurritur, cum ipse propriè nõ vendiderit, sed vendenti tantum, per tex. in l. si pater, §.vlt.& in l.si minor la prima, ff. de manum.vendic.Bald.in dict. l. 2. quæst. 20. quem sequitur Tiraquell. de retract. §. 1. glos. 9. num.105. in fin. add noua. & quod seruatur in venditione subhasta, hodie sufficit læsionem esse vltra sextam, Vrsill. in decis.Affl.340.Et quomodo formatur libellus in remedio d.l.2. & an contractu rescisso restitutio rei debeat fieri cum fructibus, vide dom.de Franch.in dec.496.vbi etiam quid de interesse, amplia etiam, vt locum habeat, etiam si Iudicis decreto facta esset venditio, casus est in l.2.C.de fid.instrum.& iur.

iur.Hast.Fisc.lib.10.per quem tex.ità dicebat Io.de Imol.& moderni in l.si quis cum aliter.ff.de verb.oblig.& in l. pretia rerum, ff.ad l falcid.& Abb.in cap. cum causam, extr.de empt.& vendit.quos omnes retulit, & sequutus est Ias.in l. pacta nouissima, C. de pact.licet contrarium tenuerit, Angel.& male,in consil.139.incip.tutor,vid.etiam Mantuan.in consil.82.nu 12.& nota, quod si in instrumento venditionis, sit apposita clausula ex certa scientia,facit,vt nullo modo remedio,d.l.succurri possit,cum scienti, & volenti,dolus,siuè deceptio non inferatur,l.cum donationis, Cod. de transaction. & Alex.in consil.117. incip. viso processu, col.2. vol. 2. item, & si in instrumemento fuerit dictum, quod si res vendita plus valeret,donat ex certa scientia,& non per errorem, ista verba tollunt.n.omnimodo beneficium, d.l.2.licet bar.contrarium senserit,in d.l. si quis cum aliter, sed ibi de certa scientia non apparebat, & nota cautelam prædictam, nam tradit Bald. in d.l.2. Mant. ibidem. Quid autem si fuerit facta venditio,cum pacto de retrouendendo,infra certum tempus,& fuerit elapsum,an competat remedium,d.l.2 vid.ibid. per Salyc. nu. 14. & quid si fuerit appositum pactum de reuendendo quandocumque, an possit, hoc pactum, aliqua temporis præscriptione elidi,vid.plenè per Cassan.in consil.11.num.1. 42.44.& 45.& qualiter intelligatur dimidia pars veri pretij,vid.per Bart.veron. in tract. de simul.contr. Cappen. in princ. & an locum habeat, d. l. 2. vbi lexio interuenit facto tertij,vid.Bertrandin.in consil.335.n.7. vol.1.& eundem Bertrandin. in consil.328. videbis in vol.1.tres exceptiones per quas aliquis excludi potest à beneficio, d. l. 2. & an habeat locum in transactione, vid. eundem Bertrand. in consil. 225.eod. vol. 1. & dec.in consil.210. vol.2. Limita etiam non habere locum, vbi venditor sciebat rem pluris valere,vid.Alex.in consil.269. per totum,vol.2.& dec.in consil.583.vol.3.& ibi videbis,an habeat locum in contractu locationis, & qualiter probetur venditorem sciuisse, rem esse longè maioris pretij,add. ad materiam, Paris.in consil.128. num.34. & seq.vol.1.

Venatio in terris patronatis, & clausis est prohibita,sub pæna annorum trium ad remigandum,Petr ad Gram.in dec.67.nu.12. pragm.vnic.de Aucup.

Venatio non prohibetur per dominos recognoscentes superiorem in locis publicis, nisi ex immemorabili consuetudine,& ratione armorum prohibitorum, idest venatio cum sclopis,& balistis ad fricciam ratione armorum prohibitorum, quia arma prohibentur,non venatio,Dom.de Franch. in dec.158. nu.7.

Venenum quomodo probatur, & ante Iudicis inspectionem, corpus venenatum debet exiberi adhibitis peritis medicis,cognoscatur per dictos medicos, & signa veneni, & prædicti medici iuramento mediante, faciant fidem de signis prædictis, & potest corpus venenatum aperiri, & per medicos inspici, & fieri actus aperitionis per extensum, & si corpus venenatum haberi non poterit, testes deponant, quod viderunt corpus, antequam fuisset sepultum super signis in dicto corpore visis, quod aderant liuores in facie, & toto corpore. Item spumæ ore fluentes,& si non possunt haberi testes visu,tunc probetur fama publica, quod talem fuisse veneno necatum,& hoc sufficit prò delicto in genere,Foll.in sua prac.crim. nu.24.in tit.item,quod suffocauit vxorem, num.16.& medici debent deponere ex certa scientia, & quod venenum fuit malum, & actum ad occidendum,Boss.in pr. crim. tit.de delicto,n.9. Muscatell. in pr.crim.tit. de homicid.simplici, nu. 12. & per totum, Imò præsumptiones,& coniecturæ,nedum faciunt indicium ad torturam in hoc crimine, ob eius occultam naturam in locum plenæ probationis, ad condemnationem sufficiunt.Cap.Michael.de fil. præsbit. cap. veniens il 2.de test.Gram.in vot.3.crim.nu. 3.Muscatell.in loco citato,num 47.

Venenum porrigens, si anima est animata, & in corpore concepta punitur,si verò morte sequuta ex veneno prædicto, pæna mortis punitur,si mors non successit, extraordinaria pæna punitur, non sequuto effectu, Gram.in dec.33.& 74.

Venena non possunt, vendi ab aromatarijs manualibus, nec à quolibet alio Aromatario,pragm.2.de parma copol.fol. mihi 573. nisi vendantur cum cartella medici, & si Aromatarij sunt experti in arte, cum cartella Consuli,vel quod sint personæ cognitæ,& quod visitentur semel in anno.

Veneni crimine, quæ probationes requiruntur,& qualiter testes deponere debent,Ant. Gomes.de delict cap.3.num.8. vbi etiam, an sufficiant testium depositiones, sinè medicorum adhibitione, Grillan in tract. de sortileg.lib.2.q.11.num.11.& seq. & eund. de sortileg. cap. 11.post præmissa, in volum. crim.diuers.num.14 & 17.fol.mihi 113.

Venenum malum scienter faciens, aut dans ad aliquem occidendum, punitur pæna capitis,Clar.in pr.crim.fol.mihi 185.§.homicidium, vers. punitur, etiam, & vers. venenum.

Venientes ab intestato, & existentes in possessione bonorũ,præferuntur instituto blandis verbis,Vrsill.ad Affl.in dec.69.num.12.

Veniam impetrare debent, qui quærelare volunt,vt sunt filij contra patrem,matrem,socerum,Vniuersitatem, Patronum, Episco-

pum, Magistratum, potestatem, & similia, l. sed si hac 10. ff de in ius vocan.

Venia maiorum non petita. quis in ius aliquos ex eis vocat, incurrit in pęnam quinquaginta aureorum, sed hodie hæc pœna est sublata, & recessit ab aula, & non debetur venia in libel'o petita per actorem, Muscatell. in sua ciuil. pr. S.C. par. 2. glos. intimato nu. 26. Capic. in dec. 56. Petr. ad Gramm. in dec. 58. nu. 6.

Verba non sufficiunt, vbi opus est facto, glos. fin. in cap. pastoralis de offic. ordin. glos. in verbo præstito, cap. vt circa de elect. in sexto. Nicosant. in tract. de pignor. 3. memb. 5. par. nu. 2.

Verba quæ in instrumentis apponuntur, quod facit, & constituit, quem procuratorem, veluti in rem propriam operatur, quod si euincatur res à secundo emptore, quod secundus denunciet primo, Bar. in l. si rem, ff de accusatio.

Verba generalia, non sunt appiccicatoria, l. obligationum substitutio. §. fin. ff. de action. & oblig. Campagnin in cap. frequens, de publ. testim disrobat. nu. 73. in fine. in nouis.

Verbum quicumque masculinum, & fęmininum continet. l. ait diuus, ff. de iur. fisc.

Verba sunt intelligenda cum affectu, l. 1 § fin. ff. quod quisque iur. cap. in his, de verbor. signific.

Verba generalia sic generalia sunt intelligenda, dom. de Franch. in dec. 162. nu. 3.

Verbum potest, aliquando confunditur cum verbo debet, l. si mandauero. § fin. ff. mand. l. obseruare. §. fin. de offic. proconsul. & legat.

Verba futuri temporis, nihil possunt inesse, quando dicitur daretur, dubitatur, &c. Marant in suo spec. dist. 16. num. 46. in paruis, & in maioribus nu. 67. vers. 23. & ideo quando aliter fit, est nullum.

Verba debent intelligi eo modo, quo verificari possunt, l. quibus diebus. §. dominus seruo, & ibi Bar. ff. de condit. & demonstr.

Verba improperari debent, vt actus valeat, l. insula. ff. de præscript. verb.

Verba tunc propriè accipiuntur, quando notabiliter interpetrantur. l. nepos proculo. ff. de verbor. signific. l. quisquis mihi, Cod. qui ven. ætat. impetr l fin. ff de condition. & demonstrtion. l. fideicommisso. ff. de iur. fisc. l. statius §. cornelio. ff. de verb. oblig. & l. ex ea parte. §. insulam.

Verba sunt cum effectu accipienda. l. si per aliunde. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius.

Verborum ars non valet iure facta, vel simulatę protestationis, sicut dicit, vt de eo, qui dicit tu mentiris, saluo honore tuo, vt refert Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 85. de constit.

Verba simpliciter prolata, restringenda sunt ad id quod fit rationis. l. quamuis. ff. de in ius vocan. Bald. in auth. ingressi, vers. opponc dicitur, col. 2. C. de sacrosf. eccl.

Verba enunciatiua non disponunt, cap. prope, de priuileg. in 6.

Verba quamuis sint præcisa, recipiunt tamen interpetrationem, & limitationem, & cum quodam temperamento iustitię Ias. per glo. in l. stipulatus sum damnam, in verbo continuo. ff. de verb. oblig.

Verba sunt naturaliter, & non ciuiliter accipienda. l. fin. Cod. de his qui ven. ætat. impetr.

Verba debent intelligi, vt aliquid operentur. l. si quando in princ. ff. de leg. quod intelligo secundum materiam contractus, super quo interponitur, vt per Dec ia cons. 273. vol. 1. latè Felin. in cap. 1. extr. de rescrip.

Verba debent intelligi simpliciter, & non secundum quid. l. hoc legatum. ff. de legat. 3. Socc. in l. hęredes ff. de vulg. & pupil. substit. in princ.

Verba generalia etiam in beneficijs restringuntur, vt odiosa non comprehendantur. l. Lutius Titius. §. Lucius. ff. de leg. 3.

Verba in conditionibus, debent propriè, & strictè intelligi. l. Meuius, & l. qui hæredi. ff. de condit. & demonstr.

Verba sunt intelligenda, vt inducant illam dispositionem, cui naturaliter conueniunt, per ea, quæ iubentur, in l. cum dotem, C. de iur. dot. vbi etiam glos. Bar. in l. cotem. §. maximos. ff. de publican.

Verba vbi deficiunt, ibi deficit legis dispositio. l. 4. §. toties autem ff. de damn. infect.

Verba generalia ad habilia sunt restringenda. l. 1. C. de sacrosf. eccl.

Verba simpliciter prolata generaliter intelliguntur, glos. vbi etiam tex. in cap. præterea de offic. iudic. deleg.

Verba in potiori significatu sunt intelligenda. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectigal. pet.

Verba declarant mentem, & ex eis colligitur voluntas. l. labeo. §. idem tubero de suppell. lega. & demonstrant loquentis intentionem, ibidem.

Verbum nolit, & non velit, quid importat, & verbum nolit denotat expressum dissensum, sed verbum non velit, denotat simplicem carentiam voluntatis, quasi nolit modo, sed velit deliberare, vide ante per me in add. ad l. filij. §. filius qui. ff. ad Senat. consultum Tertu llian.

Verba sunt notæ eorum, quæ sunt in animo passionum, l. Labeo, §. idem Tubero ff. de suppell. lega. Bald. in cap. 1. & cap. super literis de test. & nullum esse maius mentis nostræ testamentum, quam qualitas verborũ inspecta, Bald. in l. voluntatis in fine, Cod. de fideicomm. & cap. 1. de constit. colum. 6. & ante per me plenè discutitur in add. ad l. demonstratio, ff. de condit. & demonstr.

Verba

Verba sunt intelligenda secundum intentionem proferentis, l. si qui intentione. ff. de iudic.& l.inter stipulantem, §.si stichum, ff. de verb.oblig.

Verba enunciatiua prolata, si inter præsentes proferuntur, inducunt præsumptionem, seù probationem, donec contrarium probetur, casus est in l ex hac scriptura, ff.de don. Imò plus dicit Socc.in clem.1. de probatio.quod quando talia verba emittuntur à partibus scientibus super actu, in quo possunt sibi præiudicare, non admittitur probatio in contrarium, per regulam cuius per errorem.ff. de reg.iur.allegat Cyn. hoc tenere in l. non nudis Cod.de probat.Socc.in cons.213.col. 3.volum.2.add.ad hanc materiam de verbis enunciatiuis, Aym.in tract.de antiq.temp. in princ.tract.nu.7.vbi plenè,& quod etiam dicatur antiquum, & in sectione præpositum nostrum, eadem part.plenissimè,& amplia, vt idem in alia sectione sequ.incip.ampliatur, add.quod quando contingeret aliter dubitari principaliter super enunciato, verba enunciatiua non probant, Capic. in decis.71.num.2.add.videndum Bal.in cons. 112.nu.8.volum.1.in cons.263.num.3. eod. volum.& in cons.150.num. 3. volum.2. Et quando dicatur enunciatiua,& quando demonstratiua? Idem in consil.415.volum.1. num.2.add.etiam videndum Gram. in vot. crim.16.num.2.& 5.vbi dicit enunciatum, si de eo principaliter probetur, seu dubitetur, plenè per enunciatiua verba dubitaris, dico melius probari, quando super eis esset interpositum iuramentum, omnia, & singula in instrumento contenta esse vera, vt consuluit Alex. in cons 17.volum. 3.licet regulariter non probent, nisi quando incidenter de enunciato ageretur, adde Dec. in consil. 539.num.1. volum. 3. & an verba enunciatiua posita in instrumentis antiquis probent? vide Bertrand.in consil.159.num. 3. volum. 3. & ibi quæ dicantur instrumenta antiqua. & idem in cons.212.num.5.& in consi.171. num. 4. eodem volum. verba enunciatiua prolata, non inducunt dispositionem, quod limita, vt non procedat in antiquis, tunc enim bene probant, vt inquit Alexan. in cons.100.circa finem, viso themate lib.1. & in consil. 74.visis lib.4. quem sequitur, & refert Dec.in cons.36.num.7.volum.1.& in cons.42. num. 9. eodem volum. secundo limita, vt non procedat, quando essemus in pia causa, tunc enim bene disponunt, vt probat Bart.in l 1.Cod.de sacrosan.eccles.num. 77.quem sequitur Dec.in cons. 159. num.2. volum.1.& in cons.199.num.3. eodem vol. vide etiam de verbis enũciatiuis pulchrum cons.Gram.104.in ciuilibus. Limita etiam dictam conclusionem, vt non procedat, vbi verteretur fauor dotis, vt Ias.in l. ex his verbis, Cod.de test.milic.quem refert, & sequitur Cassan.in cons.5.num.2. Limita etiam, vt non procedat, vbi verba enunciatiua fuissent geminata, vt apparet ex his, quę notat Bar.Ioan.de Plat.& Dec.in l.cum scimus, Cod.de agric.& censit.lib 11. Rom in cons. 290.& in l.gerit.ff de acquir.hæred. Ias.in §. in personam, colum.11. instit. de action. & in l. 1.colum. 6. vers. vnde verba enunciatiua, Cod. de sacrosan. eccles.& quod voluit Abb.in cap.si cautio extra de fid instrum.in cap.per tuas colum.9.de arbit.Paul.de Cast. in l ex hac scriptura.ff.de don.Bertrand. in consil.134.num.1.& 2.volum. 1.Item verba enunciatiua probant contra proferentem, Affl.in dec.285.in fin.Item,& alio casu, vt Dec.in cons.445.vol.3.nu.13.

Verberare potest maritus suam vxorem leuiter tantum, aliàs punitur,& sic potest tantũ eam leuiter corrigere, Foll.in prac.crim.fol. mihi 186 nu.70.Item quod fuit leno.

Verberantis pœna est arbitraria,& quis punitur iuxta terminos constit.Regn.incip.vt dignitatum.

Veritati iura fauent, l.1.C.quand.Imper.int.pupill.& vid.

Veritas disputando reperitur.l. fin. § mixta. ff. de muner.& honor. l.diui fratres. ff. de iur. patron.

Vestimenta triennio præsumuntur consumpta Ias.in l. 1.§. fuit quæsitum, nu.19.ff.ad Trebell.Vrsill.in dec.13.n.44.

Vestium vsusfructus legatus vxori, & aliorum mobilium, finito vsufructu, restitutio est facienda qualiter vestes reperiuntur tempore restitutionis, & consumuntur damno proprietarij, Tessaur.in dec.80.num.1.l.1. ff. de vsufruct.

Vestes damnatorum, quibus applicantur, vide Petr.ad Gram.in dec.39.nu.8.Clar.in pract. crim.q.vlt.vers.quæro.

Vestes lugubres debentur viduis, lectum viduale, & paramentum Cameræ lugubrum. dum dos patri vxoris, & hoc omni modo debetur per hæredes defuncti, si in ipsa terra probatur, quod viduæ ita ire consueuerunt vestitę in ipso loco, & in hoc sufficit probare consuetudinem vestimentorum, non consuetudinem, quod hæredes sic viduas vestire debent, quia probata consuetudine vestimẽti prædicti probatur consuetudo, quod viduæ sic vestimenta ab hæredibus habere debent, dom.de Franch in dec.413.

Vestimenta vernalia,& æstiualia promissa familiaribus, vel relicta vxori in testamento, debent annuatim vestiri vestimentis hyemalibus, videlicet in Calendis Septembris, quæ debent durare vsque ad Calendas Aprelis, & vestibus æstiualibus à Calendis Aprelis vsq; ad Calendas mẽsis Septembris, Bar.Io. de Platea, & Rebuff.in l.1. C.de milit.vest. lib. 12. Cappell. Tholos. in dec.337.& 269.

Via vicinalis in medio, si est memoria hominũ in

in contrarium, quod est facta à vicinis excludit ius congrui, secus verò si est publica, quia via publica in medio, non habet locũ ius congrui, nisi per pontum super viam in alia domo,& nemo inuitus cogitur, rem suam alteri vendere, Vrsill.ad Affl.in decis. 62.

Via non debet malitijs aperiri, tex. & ibi glos. in l.magis puto,§.si pupillus, ff. de reb. cor. quæ sub.tut.

Viam quam eligisti,ea, tibi pateat, l. si mulier. §.fin.ff.quod met.caus.

Via publica est illa, quæ à publico incipit, & ad publicum desinit.l.fin.ff. de loc. & itin. public.Dom.de Franch.in decis.142.nu.3.

Viam publicam tenentur præstare vicini, quando impetu fluminis, vel aliàs est omissa via antiqua ordinaria, & in hoc Regno vtimur,hoc iure,quia prò vijs publicis per Totum Regnum custodiendis, & erigendis,Agri,& loca vicinorum iusto pretio soluto capiuntur,Gizarell.in decis. 37. vbi de angel.nu.2.

Vicaria fideiussio est, quando vnus prò alio fideiussit,quando fideiussio non inuenitur, quæ hodiè non est in vsu,Carau.super Rit. M.C.V.163.nu.1.

Vicerex Regni,antequam legantur literæ patentes sui successoris,potest antequam iurauerit in manibus electorum Ciuitatis, vt seruatur,gratias facere inquisitis,&omnia officia vacantia prouidere, non autem vacatura,Dom.de Franch.in dec. 393. & semper habet iurisditionem, vsque ad ingressum formiter sui successoris.

Viduæ, & miserabiles personæ, habent fori declinatoriam,& principaliter debent iurare per horrescere potentiam partis aduersæ,Gram.in consil.crim.6.constit.Regn.incip. statuimus.

Viduæ pauperes non possunt de scribi in focularibus,Capibl.super pragm.10.de Baron. nu.40.vol.1.

Vidua, quæ iudicatur ad effectum fori priuilegium obtinendi, habens virum suum diù absentem Reuerendissimus Episcopus Ric. in Coll.dec.2542.

Vidua post mortem sui viri priuilegiati,vtitur priuilegijs viri,si lectum viduale seruauerit, Reuerendissimus Episcopus Ricc. in coll. dec.29. & 84.

Vidua quomodo,& quando potest variare,& reuariare in Regijs Tribunalibus per eius forum, cum alijs personis miserabilibus, etiam quod sit diues,quod hoc stat in arbitrio Iudicis, Vrsill.ad Afflict. in decis. 257. num.2.

Viduæ possunt se obligari, & eis non est necessarium regium assensum in obligatione, dicendo liceat, quia vidua, quia viduæ semper licet,D.de Franch.in dec.623.n.20.

Viduæ, quæ habent alimenta ob earum dotes retentas, si alimenta prædicta non petierunt, debentur eius hæredibus, Dom. de Franch.in decis.338.nu.3.

Vidua tenetur ad pentionem domus locatæ, per defunctum, si post mortem, ibi in habitauit, secus si ibi inhabitauit iure familiaritatis, cum hæredibus viri,non tenetur ad pentionem,aliàs tenetur pro rata temporis, & bona inuecta, & illata, censentur tacitè hypothecata, pro pentione illius domus, Vrsill.ad Affl.in dec. 184.num.6. & in pentione illius,& hypotheca, non veniunt instrumenta,& nomina debitorum.

Viduæ,& pupilli diuites, non habent fori electionem,quæ fori electio datur,prò paupertate,& miserabilitate,quæ fallit in diuitibus, & hæc est opinio, Marant. in suo spec. aur. par.4. num.195.fol.mihi 56.Alex. in consil. 121.vol.1.sed secundum, Affl. & Vrsill. malè,quia tenent totum contrarium, dec.257. nu. 2. in fin.& relinquitur arbitrio Iudicis, & sic gaudet vidua habens virum inutilem, bannitum, captum, vel ad triremes condemnatum Tasson. sup.prag. de antif. vers. 3.obseruat.3.nu.116.Nouar. in prax. elect. For.q.7.sect.2.in 2.impress.Neapol.

Vidua non remanet in patria potestate, nec etiam consideratur in virgine ratione sui priuilegij, Dom. de Franch. in decis. 100, num.14.

Vidua,etiam diue gaudet priuilegio fori, l. 1. Cod.quand.Imper.int.pup.&vid.nisi,quod viduis ad aliud non prosit, nisi quod gratis eis patrocinetur,vt si esset pauper,Dom. de Franch.in dec.100.nu.20.

Vidua, Pupilli, & Cæteri,priuilegiati hæredes patris, non habent priuilegium prò hæreditate patris, & matris, quam acquirunt, quia repræsentant personam defuncti,& defunctus non habebat forum,& ideò ad forũ defuncti conuenitur, & eorum forum, minimè possunt declinare de iure Regni, vt est,Rit.M.C.V.234.Vrsill.ad Affl. in decis. 211.& 212. & hoc fallit in Clerico, qui potest variare de iure Regni, etiam ad Ecclesiasticum Iudicem, sed de iure communi, datur omnibus variatio,l hęres absens,Cod. de iudic.glos.in constit. Regn.incip. statuimus,tenet,quod hæres cuiusuis defuncti potest variare,per sententiam M.C.V.& Carauit. in Rit. 233. quod quando Fiscus succedit priuato,vtitur iure priuati Reuerendiss. Episcopus Ricc.in coll.dec.323. Muscatell. in pract.S.C.lib. 1.p.6.glos. in integrum num.4.

Vidua potest bis variare,& reuariare,idest bis, & ter potest eligere suum forum, & cum variare à Curia domicilij, ad Curiam Regiam,& à Curia Regia, ad Curiam domicilij, & loquitur, tàm in M.C.V.quàm in Regia Audientia, & dicit ad Iudicem domicilij, idest ordinarium, non ad Iudicem appella-

pellationis,tit.283.nu.10.per totum, constit. Regn. incip. pacis cultum,fol.mihi 15.col. 1.& alia constit.incip. statum, Vrsill.ad Affl. in dec.257.etiam Regina si est vidua, dicitur miserabilis persona. Vrsill loco cit.

Vidua,quæ habet fori electionem intelligitur ad Regia Tribunalia,per tex.in l.vnic.Cod. quand.Imper.inter pupill.& vid.quando litigatur coram Iudice inferiori, & eligit in eius forum M.C.V. vel S. R. C. sunt ligatæ manus Iudicis,coram quo litigatur, & efficitur incompetens, absq; alia præsentatione literarum inhibitorialiũ,dom.de Franch. in decisio.294. Andr.de Isern. super constit. Regn.incip.si quem nostrorum, in verb. recepto termino.

Vidua,quæ adiuit Iudicem ordinarium,& postea adiuit M.C.V. à qua postea variauit, & & ad primum Iudicem redit, non potest hoc facere, Vrsill. ad Afflict in decisio.257. num.2.

Vicinus præsumitur scire facta vicini, not. ex tex in l vicinis,Cod.de nupt.quem tex.limita,vt per Marant.in repet. l. is potest. ff. de acquiren.hæred.à num.295. vsque ad num. 314.add.an per concubinatum,& illicitum coitum contrahatur affinitas, habes in l. liberi, Cod.de nupt & ibi glos. tu vide dec. Cappell.Tholos. 96. & Corn. miscell.lib. 1. cap.3.quos citat Couarr.in tract de sponsal. & matrim.par.2.cap.7.nu.3.add.quod melius est vota stultæ promissionis non implere, quã crimen admittere,glos.in auth. quod eis Cod.eod.& not quod cum remittitur infamia,est tacitè sublatum omne impedimentum, propter quod ille non poterat ad aliquam indignitatem aspirare,vnde ob talem dispensationem,quis promouetur in Episcopum,licet antea non posset, Barbat. in cap. at si clerici.§.in adulterio nu 84.extr.de iud. vbi multa ad materiam nu.85.

Vicinus præsumitur scire facta vicini. l. semel cum concordant.C.de re milit. lib. 12. quæ regula quomodo intelligatur,not. Alex. in l.1.ff.si cert.pet.nu.16.vsque ad nu.23. & vicinum bonum, vel malum habere interest, tex.& ibi etiam glos.in l. quod sæpe arte.§. si ff.de contrah. empt.

Vicinus qui vult appodiare in pariete vicini, tenetur soluere medietatem parietis, in qua vult appodiare, Vrsill.ad Afflic in dec.285. num.8.

Vicinus potest expellere mulierem inhonestam & omnes artes fetidas, vt tabernarios sulfurios,& lanones ab honesto vicinio, quæ inhonestæ mulieres debent habitare in loco lupanari, & pensio domus à qua exfractat dicta mulier inhonesta non debet solui, sed imputatur locatori,qui dicitur committere in l.& non debet, l.iuuari,qui in l. committit,etiã si causam ignorantiæ allegat.l.ariani de hæret.l.si miles,vbi glos. Cod. locat. Reuerendiss.Episc.Riccius in prax. variarum resolut resolut.134.num.3.

Vicinus non potest vicinum prohibere, ne sua arte vtatur, dum non est de priuilegiatis & requiritur,quod strepitus artis fiat ad emulationem impediendi somnum noctis,puta tenere filatorium,& similia,dom.de Frãch. in dec.625.

Vicinus tenetur dare passagium vicino pro domo,quam reficere vult,Boer.in dec.322. Petr.ad Gram.in dec.75.nu 6.

Vicini possunt cogi ad vendendum eorum domos,pro ampliatione, vel constructione nouæ Ecclesiæ vel Atrii, Iardeni, Monasteriorum,Seminarij,Carcerum,Scolarum, & similia,vide Gizzarel.in dec.37. vbi alde de Angel.

Victus in causa appellationis, si in causa principali obtinuit,excusatur ab expensis, Petr. ad Gram.in dec.83.nu.4.

Victus victori in expensis condemnatur. l. properandum §.sin autem alterutra, Cod. de iudic.

Victus, qui primo loco se adiudicauit bona in causa appellationis,restituit vna cum legitimis accessionibus, dom. de Franch.in decis. 120.nu. 9. sed verè ad interesse non tenetur victus, sed solum ad pretiũ,dom.de Franch. in dec.prædicta nu. 11.

Vitricus potest esse tutor priuigni, sed priuignus non debet educari penes ipsum vitricum,Vrsill.ad Affl.in dec.359 nu.3.& 4.

Victualium appellatione veniunt tantum necessaria ad victum hominis, nec venit palea, & fenum,Petr.ad Gramm.in dec.3.num.24. dummodo tamen palea non sit in gleba, quia tunc dicitur cum fructu,dom.de Frãch. in dec.103.

Vigilantibus,& non dormientibus iura subueniunt.l.pupillus in fin.ff.quæ in fraud.cred. & l.qui autem.§.sciendum eod.tit.

Vim vi repellere non licet,quando vis est illata ab eo cui subditi sumus.l.3.vbi glos.ff.de iust.& iur.Affl.super const.Regn.incip.pacis cultum nu.78.l.princeps.ff.de legib.

Vim publicam, & priuatam committentes, quomodo fit, quando, & qua pœna puniatur, & fit cum coadunatione gentium, & armorum, & proceditur contra absentem ad publicationem bonorum, Reuerendiss. Episc. Riccius in coll.dec.2099.

Vim vi repellere licet,l.3.§ eum igitur. ff.de vi,& vi armat.

Vincentius de Franch qui est verus Præses, & Præses præsidum, vt ait Fab. de Ann. qui iudicantibus huius decis.sufficiunt, latè de eo loquitur Petr. ad Gram.in dec. 24. nu. 5. & dec. 475. dicti authoris, refert quando fuit præses creatus S. C. & Regens, & quomodo.

Violator sepulchrorum,& ex illis extrahens armata manu cadauera,& ossa mortuorum, punitur

punitur pœna capitis l.3. § aduersus.ff de sepul.viol.Clar.in pr.crim.vers.violator,fol. mihi 185. seu hodie propter multa cemiteria non est in vsu, sed punitur extraordinariè Iudicis arbitrio.

Violentia quinque modis committi potest, & quas actiones pariat, habes in glos. in l.1. in verbo persequutionem Cod. de his quæ vi, met. ve caus. ex quo tex. not. quod periculũ interitus spectat ad furem, qui metum intulit, add Bar. in l.subtracto, & ibi Bald. Cod. de furt.& in l.merito.ff.de vi,& vi armat. adde Bertachin.in tract.de diuers. cõtract.vsu. nu.3.vol.9.tract.

Violentia meretricibus illata, est pœna vltimi supplicij, dummodo sint conuicti, & confessi,& meretrix infra octo dies clamorem emiserit de violentia prædicta,constit. Regn. incip.omnes nostri regiminis.

Violentia meretricibus illata,est pœna vltimi supplicij constit.Regn. incip. omnes nostri sub Rub de pœn.violent.meretric.illat.Gizzarell.in dec.54. nu.17 add.de Angel.

Virgo habet fori electionem pro suis causis criminalibus, & pro stupro violento sibi commisso, secus pro stupro voluntario, & sic etiam vidua Capiblanc.de baron. volum. 2. cap 44.nu 15 & 16. dom.de Franch. in dec. 509 contra suam dec 671. quæ habuit pro vero, & absoluto, non competere pupillo fori electionem, intelligitur hoc pro causis ciuilibus.

Virgo existens in patris potestate, non gaudet priuilegio l.vnic C.quan. Imper. int. pupill. & vid dom.de Franch.in dec 671.

Virgo blandis verbis deflorata sub promissione matrimonij, præsumitur per vim deflorata,& potest querulare,& habet fori electionem,ac si esset propriè virgo,vt habent aliæ virgines,dom de Franch in dec.509 & potest suam causam variare,nec conceditur petenti causæ remissio.

Virgo gaudet priuilegio l. vnic. Cod. quand. Imper.int.pupill.& vid.& gaudent virgines, ijsdem priuilegijs quibus gaudent viduæ & potest accusare homicidam de morte patris etiam si in potestate patris existit virgo, dom. de Franch.in dec.500.

Virgo gaudet iisdẽ priuilegijs,quibus gaudent pupillus & vidua, etiam si virgo ipsa habet patrem, & potest accusare non solum de morte patris,& fratris carnalis,verum etiam fratris sobrini absque patris consensu,& variare potest forum,dom.de Franch.in decis. 100.

Virgini stupratę non debetur ei dos à stuprante,si postea fuit ab alio cognita, & dos sibi assignatur secundum qualitatem stuprantis, & à Iudice laico non autem secundum qualitatem stupratæ,Reuerendiss.Episc.Ricc.in coll.dec.23.

Viri & vxoris vnica dicitur domus,& familia l.1.§.si vir,vbi etiam glos.ff.ad Senat.consul. Syllan.

Vir & vxor ad inuicem succedũt, omnibus deficientibus de iure communi, secus de iure Regni succedit fiscus, glos.in vers. sine hærede,constit.Regn.incip.dohanæ, sub tit. & Rub de offic.secret.Arnon.in differ. 22.

Virus pro euictione vxoris repertæ cum amasio,potest conuocare amicos,& comites, dũ ambos solos ille,amasium,& amasiam occidere non potest.Hyppol.de Marsil.in l.vnic. C.de rap virg nu.11.l.relectionis C. comm. præd.Ruin in cons.1.nu.1.vol.5.

Virum inutilem habens mulier dicitur etiam vidua,& inter miserabiles personas commemoratur,& ei competit fori priuilegium,dom.de Franch.in dec.102.Petr.ad Gramm. in dec.27 nu 14.Vrsill. ad Affl.in dec. 228. num.3.

Virus potest suam vxorem castigare, quomodo,& quando,vide Gram.in consil,154. in ciuilibus & quæ castigatio est sibi permissa, ibidem.

Vitiato expresso non vitiatur tacitum, l.1.§.1. ff.quibus mod.pign vel hypothec.solu.Bar. in l.1.in vlt col.ff.de vulg & pupill.

Viuentes iure Longobardorum sufficit semel ab vnoquoque dotari, Vrsill.ad Affl.in dec. 178.nu.3.

Vita mea familia,hæc prosapia nominatur per Mari.Frecc.in suo lib.de subfeu.est de vito, quæ est eadem,& multum antiqua, & nobilis,trahens suam originem ab antiquissima Ciuitate Rauellensi Costæ Amalfitanæ,in qua cõnumerauerũt hanc familiã,cum alijs illustrioribus,& nobilibus, quæ ibi permanẽt, vnde discessit Petrus de Vita, vnus ex principalibus nobilioribus eiusdem Ciuitatis iuxta ad inhabitandum in Baronia Cilenti ædificando domum,& incolatum faciendo in Terra Perdifumi, mea Patria dictus Petrus erat ortus ex nobilissimis consanguineis. fuit sua mater de domo, & familia Freccia,nuptui accepit, & matrimonium fecit,atque contraxit, cum quadam principalissima muliere nobili,Terræ Roccæ, caput affatæ baroniæ Silenti de domo,& Progenie Capana continuando eius Posteri,contrahere matrimonia cum principalioribus,& nobilissimis familijs Regionum, & Terrarum dicti Silenti,vt effectiuè Melchior de Vita suus nepos,& meus Proauus,matrimonium contraxit,& in eius vxorem accepit Iudittã de Pasca, quæ fuit Mater Ioannis Alphonsi de Vita mei Aui Paterni,quæ Iudith descendit, & ortum habuit ab illo Domitio de Pasca Comite Palatino, Equite deaurato, qui fuit ipse,& eius descendentes vtriusque sexus,tam Priuilegijs splendoribus,& dignitatibus honoratus,& decoratus ab illis Serenissimis Regibus,tunc temporis,& successiuè à Carolo V. Imperatore, vt narrat Iul.

Cæs.

Cęſ.Capaceius in ſuo lib.del foraſt.e Cittat. in dicta 8.in familia de Paſca. Hæc familia de Vita habet bis centum annos, quod ſe transtulit in dicta Baronia Silenti,& diſceſſit ab affata Ciuitate Rauelli,ut legitur ex multis ſcripturis publicis, & priuatis, & præſertim in inſtrumento confecto in anno 1434. Dominus Petrus de Vita Ciuitatis Rauelli, qui ſemper nobiliſſimè uixit, & fuerunt, & iam ſunt homines eximiæ qualitatis, & infiniti DD.hodie in mea domo reperitur Doctor Pompeus de Vita meus frater conſanguineus, & Doctor Thomas ſuus filius, & meus nepos,qui exercuerunt multa officia iuſtitiæ in gubernando infinitates terrarum & Ciuitatum, cum tanto eorum decore, ut exercuerunt eorum prædeceſſores; & maximè Doctor Proſper de Vita meus, & eorum Pater,& Auus reſpectiuè,qui etã per multos annos fuit Auditor totius ſtatus Coſtę Amalfitanæ tẽpore Illuſtriſſ.Ducis Patroni dicti ſtatus,& ego à teneris annis, & iuuentute mea poſtquam inſignia Doctoratus aſſumpſi,uacaui in gubernijs Terrarum, Ciuitatũ, & ſtatorum,aſſeſſoratis, & Auditoratis, ultra quamplurimas Regias commiſſiones exercitatas. Protonotarii Prouinciarum, ſeu illarum Viſitatoris,& commiſſiones Regij Collateralis, & aliorum ſupremorum Tribunalium,& conſultationes Terrarum, incipiendo à Gubernio totius Comitatus Burrelli, & deinde ſequendo in Terra Caſtri veteris, ſtatus Rucellæ Prouinciæ Calabriæ vlterioris, in Ciuitate Biſiniani, in Sancto Cypriano, & conuicinis in Ciuitate Theani aſſeſſor cum mero, & mixto imperio,tempore Gubernij D.Auguſtini Piſarri nepotis Spectabilis Regentis Lopez, & D. Vincentii de Marra Equitis Sedilis Capuani. In Terra Tramutulæ,In ſtatu Diani, In Ciuitate Ruborum, In Ciuitate Andriæ, Aſſeſſor ſimiliter cum mero,& mixto Imperio, tempore gubernij D. Petri Antonij Martinelli fratris Illuſtriſs. Epiſcopi Conuerſani,& in Terra Corati, eiuſdem ſtatus, & Auditor ſecundarum cauſarum, In terra Mõtis Albani, Excellentiſs. Dñi Don Petri de Toledo, in Terra Cuccari Excell.Ducis Montis Leonis, & infinitis alijs, quos breuitatis cauſa relinquo, & omnes mei Prædeceſſores guſtauerunt habitare in illis locis Sileuti,vbi ad præſens habitant omnes eiuſdem familiæ, cum infinito honore, exiſtimatione,& prærogatiua, dum ſunt in eis principaliores, & nemini ſecundi, vt ſemper fuerunt in dicta Ciuitate, in qua multæ ſcripturæ illorum conſeruantur, & in Terra Cuperſiti iam ſũt infiniti DD.& in Ciuitate Altiliæ dicitur Felix de Vita,& ſuus filius.

Vita hominis centum annorum longiſſima eſt,l.fin.§.1.Cod.de Sacroſanct.Eccleſ.& l. an vſusfructus,ff.de vſuſ.& dicenti aliquem eſſe mortuum incumbit probatio mortis Bertrand.in conſil.132.num.1.vol.1.

Vita hominis eſt res inæſtimabilis,l.fin.ff. de his,qui deiec.vel effud.

Vita Militia,quæ eſt onus feudi, & per eam feudum poteſt alienari in fratrem ſecundo genitum, pro ſatisfactione dictæ vitæ Militiæ capitalis,& tertiarum decuriarum, Vrſil. ad Affl.in deciſ.135.nu.8.

Vita, & Militia debetur filio nato ex ſecundo genito, quando pater mortuus eſt in vita aui tantum, & ſub ingreditur in locum ſui patris,aliàs ſecus,Dom.de Franch. in deciſ. 542.non obſtante conſtit.comitibus,& cap. Honorij, quæ dant fratri tantum vitam, & Militiam,loquuntur præmortuo auo.

Vita Militiæ eſt legitima portionis, quæ ſibi debetur,deducto aere alieno,vt. ſi feudum valet biſcentum, vita Militiam erit ducatos triginta tres,& granos,& tarenos, vti tertia ſuæ portionis, Vrſill. ad.Affl. in deciſ. 252. num 5.in fin.

Vitæ appetitus, eſt naturaliter nobis inſitus, Bald.in auth. ingreſſi, col. 5. propè finem, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. & naturaliter homo indiget alimentis, l.fin. de aliment. pupillo præſtan.

Vita, & Militia, quæ competit ſecundo genitis,per primum genitum fratrem de feudo, hæc vita, & Militia datur, pro alimentis, & alimenta morte finiuntur, Affl.ct. in deciſ.46.43.252. & 138.vbi Vrſill. Dom.de Franch.in deciſ.20.& 542.fol.mihi 251.col. 1.à die ſolut.dec.20 in fin. & conſtit. Regn. incip.Comitibus,& Baronibus, f.mihi 227.

Vita Militia lite pendente inter fratrem primo genitum, & ſecundo genitum alimenta debentur dicto ſecundo genito à primo genito,Vrſill.ad Affl.in dec.10.nu.4.Gram.in conſil.145.in ciuilibus.

Vita Militia debetur ſecundo genito à die mortis,& illud tẽpus attenditur,nõ ſi minuitur, vel augetur facultas,ſic vita,& Militia augetur,& ſecundo genitus eſt ſicut fæmina,cui datur paragium loco portionis hæreditarię, à qua excluditur,conſtit.Regn.incip. in aliquibus, l. cum quęritur, auth. nouiſſima, Cod.de in offic.teſtam.Dom.de Franch in dec.61.nu.1.4.& 5.

Vita, & Militia, quæ datur ſecundo genito, equiparatur paragio,& eſt loco partis hęreditarię,& dicta legitima eſt tertia portionis, quam habiturus eſſet, ſi ſuccederet in feudo,dom.de Franch.in dec.61.n.2. Andr. de Iſern.in conſtit.Comitibus,& Baronibus.

Vita Militia morte extinguitur,vt alimenta, quæ morte finiuntur,Dom.de Franch. in dec.61.nu.7.

Vita,& Militia pro ea datur tantum quantum pro paragio dari ſolet, in cuius taxatione attenditur tempus mortis,tex.in l.cum quęritur, & auth. nouiſſima, Cod. de in offic. teſt.

test.de Pont. in consil.79. num.4. & Andr. de Isern. vitam, & Militiam paragio equiparauit,constit Regn.incip.in aliquibus.

Vita, & Militia taxatur habito respectu ad fructus,qui percipiuntur,Dom.de Franch. in dec.121.num.12.

Vulnerati confessio,&eius dictum,nocet vulnerāti,& quomodo,& quando, vid.Viu. in dec.200.Ricc.in coll.dec. 176.

Vulnera illata,quando sunt letalia,&quæ sunt partes corporis hominis, seù mortalia, vt sunt cerebrum,gula, pectus,intestinæ, & similia, quia vulnera in talibus partibus corporis illata sunt mortalia, & quando potest esse vulnus,absque sanguine,vid.Galen.in lib.1.de spec. salut.& in lib. de regim. sanit. Boer.in dec.323.nu.3.

Vulneris pena contra insligentes est pena exilij, quando vulnus datur ex causa,& sequitur mors culpa vulnerati, dumodo vulnera non sint mortalia, Reuerendissimus Episcopus Ricc.in coll.dec.2100.

Vulneratus decedens ex malo regimine, non tenetur de occiso.quando causa infirmitatis superuenit ex sua culpa, & mali regiminis, vndè non tenetur de occiso, quando causa infirmitatis superuenit, glos.in l. si ab hostibus, §. fin. ff. sol. matr. vndè semper, quod vulneratus infra dies 40.decedit,præsumitur omninò mortuus de vulneribus, ex iuris, & facti præsumptione, maximè ex vlneribus in capite illatis,l.ità vulneratus,ff. ad.l.Aquil.Clar.in sua pract. crim.§. homicidium, num. 30. Capibl. de Baron. vol.2. cap.31.nu.46.

Vulnus letale differt à percussionibus scissuram non requirentibus, & cognitio delicti ingenere in letalibus vulneribus fieri debet, absolutè à Chirurgicis,& Medicis,qui cum iuramento debent deponere vulnera esse mortalia, Muscatell.in sua pr.crim.S.R.C. in tit.de vuln letal.num. 12. & non sufficit solum testimonium medicorum vulnus esse mortale, & cicatrix, sit remansura, sed requiritur testimonium aliorum,sic deponentium,num. 22. & chirurgici debent facere relationem Curiæ, seruata forma Regiæ Pragmaticæ de talibus vulneribus medicatis, num. 37. & hæc pragmaticæ habet locum in toto Regno, & insultus est illæ, qui fit de loco ad locum,cum motu agressoris,num. 45. & si fit cum coadunatione hominum armatorum,est vis publica, & si fit,absque armis,est vis priuata, quia arma inducunt vim publicam nu.52. & si membrum non sit mutilatum nec cicatrix apparens remanserit, & vulnerans est bonę famæ,tunc pena truncationis manus seruata forma,Sac.Regn. constit. commutatur in pecuniariam, & compositio, seù transactio fieri non potest,absq;partis remissione,quę si recusat remissionem facere, parte prædicta requisita, & nolente se concordare, Iudex potest commutare penam corporalem in pecuniariam, & eam in locum penæ dare,num.16.l.quid ergo,§.pena, Grauior.ff, de infam. & hodiè ex generali consuetudine in percussionibus, & aliis offentionibus, quæ fiunt cum armis,vel sine, coadunata gente,remictitur pena Iudicis arbitrio, nu. 30. Clar. in pract. crim.q.64.vers. vim publicam,Rit.M.C.V.68.nu.9

Vulneris pena, si remansit cicatrix, aut ossi fractura, est pena manus dexteræ, per Cap. Regn.incip. si quis cum roncha,si verò cicatrix non remansit, pena est pecuniaria, si mortuus est ex vulnere, pena est mortis naturalis, Foll in pract.crim de except. vulner.fol mihi 355.constit.Regn.incip si quis aliquem,cap. ad personarum armatarum, ff ad l.iul.de vi pupbl.

Vulneratus asserens se fuisse percussum, & vulneratum à tali, talis morientis assertio, & declaratio, quàmuis non probet contra reum,nec præiudicet,licet dicta assertio sit hominis,bonæ famæ,Vitæ,& conditionis, l.si quis in graui, §. si quis moriens, ff. ad sillan.facit tamen inditium ad torturam, Gram. in consil. 57 in crim. Clar. in pract. crim.q.21. vers.assertio, & etiam ad capturam facit inditium,secundum communem opinionem, Peguer. in decis. Catalon. 17. num.6.

Vulnerati cum armis prohibitis, imponitur pena manus,si non moritur,ex illo vulnere, si verò moritur ex illo,est pena mortis, sed debet expectari ex itus vitæ,quia si puniretur ex illo vulnere, & postea moritur, non potest de occiso puniri, D.de Franch. in dec.324.

Vulnerans, vel occidens qualiter tenetur socio occisi, vel vulnerati, siuè omnium bonorum,siuè negotiationis, Petr. ad Gram. in dec.3.

Vulneratus, si quis fuit, pluribus vulneribus, sibi per plures datis, facit omnes de homicidio teneri, si moritur vulneratus, & certus percussor nescitur ex cuius ictu perierit, & si vnus vulnerauit letaliter, & alius non letaliter, illæ,qui non letaliter vulnerauit, tenetur de ope præstito vulneranti, & sic occidenti, Gram.in cons.crim.4.n.1.& 2.

Vulneratus aliquem exculpans,asserens,quod talis non fuit illæ,qui percussit eum, huiusmodi exculpatio iuuat,& tantum,quod exculpatus illæ non posset torqueri ex indidiciis contra se,quia habet indicium innocentiæ, si tamen liquido constaret de delicto per eum commisso, punietur, l. 2. ad Syllan. Affl. in constit. Regn. incip. terminum vitæ,num.45.& notatur latè,per me antè in add.ad l. qui cum natu,ff.de bon. libert.§.si Libertus.

Voces notum facient ea, quæ sunt in animo passio-

passionum,cap.intelligentia,& cap.propterea,de verb.signific.

Voluntas, & propositum distingunt maleficia,l.verum,ff.de furt.l.1. Cod.ad l. Cornel. de sicar.

Voluntas, potestas, & modus concomitant actum,ità Bald.in consil.326.vol.1.

Voluntates hominum sunt variæ,l.quia poterat,ff.ad Trebell.glos.in cap. qui diuersitatem,de conces.præbend.

Voluntas coacta,est voluntas,l.similiter,§.fin. ff.quod met.caus.

Voluntas testatoris est seruanda quatenus, est rationabilis, & censetur talis, qualis de iure esse debet, & de voluntate testatoris, latè tractat Socc.in suo consil.vol.3.per totum in sua Tabul.in fine.

Voluntatis diuisio induci non debet,l.eum, qui,§.fin.ff.de his quib.vt in dig.

Voluntas morte finitur,l.4.ff.locati, Bar. in l. centesimis in fin.de verbor. obligat. cap. si gratiosè,de rescript.in 6.

Voluntas testatoris,magis quam verba attendenda est,Ias.in l.si quis filium,p.col. Cod. de liber.præter.l.si repetendi, Cod. de condiction.ob causam,Mant.in consil.22.n.17. & consil.194.nu.12. & filius non habet meliorem amicum,quam patrem.

Voluntas defuncti, est spectanda in vltimis voluntatibus, aliàs non sufficit Testatorem voluisse,& hoc procedit, quando Testator processit ad dispositionem, l. quidam cum filium de hæred.instit.Ias.in l. 3. Cod. de liber. præt.& not.per me, antè in add.ad.l. demonstratum,ff.de condiction.& demon. & voluntas testatoris est ambulatoria,vsque ad extremum vitæ spiritum,l.4.ff.de adim. legat.& etiam per me latè,antè in add. ad l. placuit ante,ff.de aur.& argent.legat.

Votum non potest Iudex alicui propalare, quia si Iudex suum votum propalat officio priuatur,pragm.6.de offic.Iudic. pragm.4. & 17.de offic.S.R.C.

Vox præconis paucis innotescit, cap. quom. & quand.iud. auth. qui semel, glos.in cap. queritur in verbo audito 22.q.2.

Vox domini, vox procuratoris, l. ossa,ff. de Relig.& sumpt.funer.l.item eorum,§.si decuriones,ff.quod cuiusque vniu.nom.

Vniuersitates equiparantur pupillis. l. Rempublicam,Cod.de iure Reipubl.lib.11.

Vniuersitas licet habeat priuilegium mittendi custodes pro custodiendis nemoribus, defensis,& forestis vniuersitatis, nihilominus custodes non possunt intercipere carcerare damnum dantes,pignorare, & similia facere,ex quo omnes prædicti sunt actus iurisdictionis,&debent habere mandatum, & licentiam à Curia loci, cum qua Iudicis licentia,magis custodi creditur, Capibl. in tract. de auctor. Baron. volum. 2. cap. 70. num.22.

Vniuersitas non tenetur dare Baroni Erariũ seu Commerlingum, siue Magistrum Camerarium, & ita fuit iudicatum in S.R.C. in consuetudine, & præscriptione centenaria,vt ait Capic.in dec.118. Vrsill.ad Affl.in dec.388.

Vniuersitates, quæ recognoscunt superiorem, non possunt facere, nec condere statuta, ordinationes,vel alias impositiones sine Principis,& superioris licentia, aliàs inquiri potest de vsurpata iurisdictione, sed ordinanes politicam concernentes facere potest,sed sine impositione pœnæ, quia pœnæ impositio est iurisdictionis,& Capibl.de auctor.baron.volum.2.cap.71.per totum,ponit capitula,& statuta,quæ facere potest Vniuersitas, & quæ facere non potest. Et pœnæ fraudantis gabellas,& annonam est baronis de iure, dum adest mixtum delictum fraudis,& furti,& tunc ratione criminis pœna est imponenda cum auctoritate baronis, & sibi applicanda, & officiales baronis tantum possunt exequi pęnas, & partes audire debent,et pœnas exequi,Capibl. in loco supra cit.

Vniuersitas imponens pœnam contrauenientibus in aliquo casu sine licentia officialis an sit puniendus, fuit decisum in M.C.V. Electos,et Sindicum puniendos esse ad exulandum, aut soluendum Regio fisco ducatos centum,Ann.in const. Regn. incip.Terminum vitæ n.159.Reuerendiss.Episc. Ricc. in coll.dec.1812.

Vniuersitates non admittuntur ad petendum demanium post annum elapsum à captura possessionis,pragm.63.nu.1.de offic. quæst. et ibi Rouit.in prima impressione, Hieron. de Lauret. in dec.Auen. 86. in princ. dom. de Franch. in dec.500.

Vniuersitas ad hoc, vt dicatur delinquere, requiritur,quod delinquant omnes de Vniuersitate communicato consilio, et ad sonum campanæ,et puniuntur pœna pecuniaria, etiam rebellionem committentes,Vrsill.ad Affl.in dec.376.nu.1.et potest congregare Consilium pro suis negotijs pertractandis, absque superioris tractatu nu. 5. et pragm. 9.de admin.

Vniuersitas vendens gabellam salis, si ipsa emit salem non tenetur ad gabellam, et eius solutionem, Vrsill. ad Afflict.in decisio 319. num.5.

Vniuersitas,et fiscus possunt conductoribus eorum introituum, et arrendamenti non soluentibus auferre officium,Pet.ad Gram.in dec.58.nu.13.

Vniuersitates Regni non molestantur pro dãnis clandestinis factis in territorio, stante, quod est positus barricellus, cum quinquaginta hominibus pro qualibet Prouincia, et Regia Audientia,qui hodie vocatur Capitaneus Campaneæ, et detinet istos milites

assentatos,et salariatos,et partim sunt equestres,et partim pedestres), et prouidetur hoc officium à Regia Curia ad custodiam territoriorum vniuersitatum, Petr.ad Gram.in dec.47.nu. 6. Et quando sit citanda Vniuersitas, si non habet suũ Sindicum,et quomodo exequenda sit, si non habet nisi fontes,et flumina,et si sit desolata, cuius demanium vide citatam decis.

Vniuersitates possunt compellere detemptores frumenti dictæ vniuersitatis, pro eius commodo,et particularium Ciuium necessitate vendere illa frumenta dictæ vniuersitati,et particularibus pro communi pretio, et possunt barones compellere eos pro eorum, et earum domorum vsu, pragmat. 5. de baron.

Vniuersitas potest se congregare absque licentia superioris pro capiendis malefactoribus, Vrsill.ad Affl.in dec.265.nu.7.

Vniuersitates possunt se congregare in consilio pro causa licita, & honesta sine licentia superioris, & Sindicos creare, seruata forma Regiæ pragm. Inuictiss. Imperatoris Caroli V. Vrsill.ad Affl.in dec.175.

Vniuersitates habent restitutionem in integrũ, pragm.16. de ord.iud.

Vniuersitates soluant procuratoribus,& missis ab ea salaria, quæ non debent taxari per dictas vniuersitates,sed taxent eis Regia Tribunalia,& eius Regij Officiales, pragm.1. de admin.vniuersit.

Vniuersitas reddat computa in tempore administrationis factæ à Sindico,& Electis,& officialis faciat præstare dicta computa, & infra mensem post finitam administrationem eorũ officij significent,& significatos cogat ad solutionem,pragm.5.de admin.vniuer.n. 11.19.& 20.

Vniuersitatis non valent voces dati per lupinos in actibus,quia ex eis non potest cognosci sanior pars,Alexan.in cons.113. num.14. volum.5.

Vniuersitas non præfertur in emptione secundarum causarum,ponderum,& mensurarũ, quia cum istis emptionibus Vniuersitas nõ iuuatur,sed magis peruenit ad necessitatem dom.de Franch.in dec.171.nu.2.

Vniuersitates exigant foculares absentes in loco vbi habitant,ibi soluant pro foculare carolenos quindecim, vt fuit statutum per Regiam Cameram Summariæ, vt in pragm. 8.de commissar.

Vniuersitates finito tempore eorum administrationis,reddant computa in mense sequẽti,Reg.Pragm.7.de Commiss.

Vniuersitates tenentur affigere notam in Curia ipsius, omnium suorum introituum, & exituum,in Curia officialis loci,pragm.7.de Commiss.

Vniuersale ius non respicit singularem rem.l. 1.§.si hæres.C.ad Senat.consult.Trebell.

Vnusquisque potest suo fauori renuntiare,toto tit.Cod.de cess.bon. cap. quam periculosum 7 quæst. 1. l.si quis in conscribendo C. de pact.Idem de iudic.vbi sup.nu.66.

Vna,& eadem res non debet diuerso iure censeri.l.eum qui ædes. ff. de vsucap:quod verũ est, scilicet eodem tempore, secus diuerso tempore cõsiderato Paul.Leon.in tract.sub. comp.nu.396.fol.319.

Vnus testis deponens de minis in metu reuerentiali,& in occultis sufficit,& in metu reuerentiali magis creditur duobus testibus de metu,quam mille de spontanea voluntate,Paris.in cons.75.nu.36.vol.2.Capibl. de baron.vol.2.cap.64.num.16.

Vnusquisque in re sua est moderator,& arbiter l.in re mandata,C.mandat.

Vnum pro alio,inuito creditore solui non potest.l.2.§. mutui datio in fin.ff.si certum pet.

Vrsilli Patruus magnus, per ipsum tanto celebratus fuit Franciscus Vrsillus,qui tam doctissimè ad pẽnam scripsit,& composuit,hoc mentionatur etiam in dec.38. per dictũ Vrsill. ad Affl.269.nu.1.

Vsufructuarius non debet turbari à proprietario in vsu,& vsufructu fundi, introeundo in eum,vel custodes mittendo,nisi proprietarius haberet aliquod prætensum interesse secundarium,ne arbores scindãtur,vel quid simile,nam si non sit ad emulationem, potest quis aliquos custodes, & familiam coaceruare,Capic.in dec.27. Capibl.de auctor. baron.vol.2.cap.76.nu.18.

Vsufructuarius omnium bonorum,vel partis, siue extraneus,siue vxor testatoris relicta ab eo vsufructuaria, vel alius quilibet vsufructuarius, tenetur statim conficere inuentarium per publicum instrumentum, in quo omnia bona mobilia describuntur, & se mouentia cum eorum pretio, æstimatione, & signis, quantitatibus, & qualitatibus, & immobilia per eorum confinia quantitatem,& qualitatem,& contra ipsum vsufructuarium,qui confecit dictum inuentarium, iuratur in litem per hæredem, vel alium proprietarium,& quemlibet alium cuius interest ex ipso iuramento probatur rerum quantitas,qualitas,& pretium, quod peruenit ad dictum vsufructuarium,& secundum dictum iuramentum,debet condemnari vsufructuarius,Afflict.in dec.360. Vsufructuarius etiam si esset locupletior, & vxor testatoris tenetur promittere, & fideiubere de vtendo,& fruendo arbitrio boni viri, & restituendo bona finito vsufructu,prout estabant quò ad immobilia,& mobilia,quæ vsu non consumuntur,idest vini, olei, tritici, & vestis debet promitti, ac fideiubere, quod finito vsufructu restituatur eorum æstimatio,Alex.in cons. 38. habita num.6.& 7. l.1. Cod.de vsufr.l.1.in princ. §.habet autem.ff. de

de vsufr.quęadm.caut.l.scire,C.vt in poss.legat.& sic tenetur ille, cui legata est habitatio, aut vsus fundi, vel domus, serui, aut animalis, vel nemoris, tenetur promittere, aut satisdare hæredi, l.huic stipulationi in fin.l. si tibi.l.pen.ff.de vsufr.quemadm. cau. nec potest testator remittere illam satisdationem quam tenetur præstare vsufructuarius. l. 1. Cod.de vsu,& habit. l. 1. Cod.vt in poss.legat.nec prohibere, quod si vsufructuarius, etiam si esset vxor non conficiat inuentariū, nec satisdet, & quod hæres sub pœna priuationis hæreditatis non requirat dictam satisdationem,& dictum inuentarium, quia non obstante dicta testatoris prohibitione, hæres cogere poterit impunè dictum vsufructuarium ad conficiendum dictum inuentarium, & probandam dictam satisdationem, Iaf. in consil.40. circa princ.volum.1. in lit. iuran. contra dictum vsufructuarium, vel hæredem, qui dictum inuentarium non fecerit, & sic iuratur in litem, etiam in veris actionibus arbitrariis, Ploc.in tract.de in lit. iuran.§.5.nu.7.vsque ad finem.

*V*sufructuarius conductorem expellit, Petr. ad Gram.in dec.46.nu.4.

Vsufructuarij de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, cautionem præstare tenentur, non iuratoriam, sed fideiussoriam, alias cadit ab vsufructu, si cautionem non habet, ne detur materia dilapidandi bona, & si vsufructuarius est pauper, & cautionem non habet, cadit ab vsufructu, & proprietarius debet cautionem dare pro parte vsufructuarij, quia vsusfructus tutius est pènes proprietarium quam vsufructuarium, dom.de Franch.in dec,497.

*V*susfructus bonorum mobilium relictus de eis, quæ seruando seruari nō possunt, vt sunt vinum, oleum, pannamenta, & tunc æstimātur per appretiatores, & præstatur cautio de restituendo finito vsufructu, aut sunt bona, quæ vsu non consumuntur, vt sunt vasa argentea, & similia, & tunc non fit de prædictis æstimatio, sed præstatur cautio de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, sicut caueetur in alijs rebus immobilibus, quæ sunt tēpore duraturæ, Vrsill.ad Affl.in decisio. 342. num.4.

*V*susfructus antefati cum proprietate hæreditatis paternæ consolidatur per mortem vxoris, quæ habet illud in vsufructu tantum in vita, & post mortem reuertitur vnde exiuit, dom.de Frāch.in dec.106. Vrsill.ad Affl. in dec.314.

*V*sufructuarius deteriorans rem notabiliter, repellitur ab vsufructu, Gulielm.de Cun. & Iacob.in auth.qui rem, Cod.de sacros. eccl. num.6. Bald.in l. 1. §. habeat autem. ff. de vsufr. quemadm. cau.& plenè not. per me ante in add. ad l. hoc amplius. §. celsus eodem titu.& Ioseph. Ludouic.in decisio. Perusin.61.

*V*sufructuarius debet cauere, vti, frui, arbitrio boni viri. l.vsufructu, Cod.de vsufr.& habit. add.quod nisi pręstita fuerit huiusmodi cautio vsufructuarius non facit fructus suos, & tamen sciente,& patiente proprietario vsus est, non præstita cautione facit fructus suos, Felin.in cap.si autem,de rescrip.num. 10. & quid si vsufructuarius non potest satisdare glos.in d.l.vsufructu,in verbo boni viri, refert multas opiniones, tandem cum distinctione concludit, tu vide Com. & an vsusfructus habitationis possit alij locari? habes in l.cum antiquitas, Cod. eodem, ad cuius materiam vide Socc. in consil. 281. volum. 2.adde Affl. in dec. 401.num.7. Cepoll.in tract.de seruit.vrban.præd.nu.6.

*V*sus communis loquendi dat significationem rei.l.labeo.ff.de suppell.leg.non singulorum opiniones, ibidem.

*V*tens falsa scriptura in causa appellationis, potest se pœnitere,& dicere nolle vti, Vrsill.ad Affl.in dec.fin.nu.7.

*V*tilitati publicæ interest cloacas, & riuos purgare.§.si quis riuos ead.l.de pupillo, de nou. oper.nunc. & per me ante in add. ad l. 1. ff. de nou.oper.nunc.in fine.

*V*tile per inutile non vitiatur.l.si seruus legatus §.si seruus alienus. ff.de leg. 1.

*V*tile dominium quamdiu durat vincit directū. l. 1.§.qui superficiem ff.de superficieb.alleg. dom.de Franch.in dec.131.nu.27.

*V*tilitas publica præfertur priuatæ. l.vtilitas.C. de primipil.lib. 12.& l.actionem.§.labeo.ff. pro socio.

Vxor habet hypothecam in bonis sui viri, nedum pro suis dotibus, verum etiam pro alimentis,& habet electionem in dictis suis bonis, assecurationem, & prælationem etiam contra fiscum, pro pęna commissi criminis, in bonis sui viri inquisiti de delicto, Gram. in cons.crim.52.nu.4.& sequ.

*V*xor ex contractu mariti couenīri non potest, tex.habes in l. 1.C.ne vxor pro marito, quod tamen fallit, si mulier tutrix non reddita ratione tutelæ nupsit alteri, quia tunc, casu quo non esset soluendo, maritus obligatur, tex.& ibi Bald.in l.pen.Cod.in quibus caus. pign. vel hypothec. tacit. contrah. sequitur Cassa.in consuet.Burgund.Rub.4.§.10. nu. 7.& 8. an autem valeat statutum contra d. tit.dispositionem, ne vxor pro marito, vide eundem Cassan.in §.sequen. num. 1. & an mulier teneatur ex delicto viri, & è contra, vide Affl.in constit.patres pro filijs, & alia, quæ cumulauit Cassan.in d.Rub.4.§.9. nu. in add. & vide Gandin.in tract. malefic. in tit.de bon.malefact.in fin. vbi an maritus teneatur soluere condemnationem pro vxore,add. Cephal.in consil.214.volum.2.Quid si mulier dedit omnia bona sua marito in dotem, qualiter cōsulatur creditoribus vxoris, Cagnol.in l.fin.sup.de pact.num.252.& sequen.

sequen.Guid.Pap.in dec. 447. add. dec. Pedem. 80. num. 15. & 17. add.quod habes casum in quo bona dotalia sunt obligata pro debito mariti,in l.satis notum,Cod.in quib. caſ.pign.vel hypothec.tu vide Capic.in dec. 129.num.12.& sequen. Marant.in suo spec. ad finem operis limit.13.nu.52. add.ad materiam Alex.in l.à diuo pio. §.in venditionē num.27.ff.de re iudic.vbi an & quando bona dotalia possint capi pro debito mariti, Negus.in tract.de pignor.membr.par. 5. nu. 27.vide Capic.in dec.128. Limita etiam, vt per Bar.in l.si finita.§. Iulianus. ff. de damn. infect.& vide Campagn. in tract. de dot.in fin.quæst.33. & vide Papiens. in forma executionis sententiæ diffinitiuæ num. 16. & sequen.adde an & quando solutio partis debiti præiudicet in reliqua,vltra tex.in l.cum te,la seconda,Cod.ne vxor pro marito,vid. pulchrum consil. Natt.77.num.6.& sequen. vbi multa, & notab. faciunt scripta per Riminald.in consil.363.num.17. & sequ.adde, quod ex alterius contractu nemo obligatur l.cum te,la prima,& ibi glos.in verbo neminem,Cod.eod. fallit in casibus in dicta glos. positis.

Vxor admittitur ad vindicandum necem defuncti viri, quando hæredes sunt negligentes ad ipsius necem vindicandum, tunc dici proximiores ad quos spectat,cū labi permiserunt tempus infra quod,querelam proponere potuerunt,absque vlla interpellatione, Merlin.in cap.16.forens.controuers.tex.in l. si ita stipulatus essem 14.de verb. obligatio. & tunc hæredes dicuntur negligentes,quando transiuit tantum tempus,quod commodè potuerunt accusare, & nō accusauerunt, Paris de Put.in tract.sind.in verbo negligentia in princ. Felin. in cap. si autem, de rescript.

Vxor,quæ vidua remansit,& est inops, debet habere quartam bonorum viri, iuxta formā auth. præterea, Cod. vnd. vir. & vxor.fallit tamen si ipsa vidua est inops,& habet suum patrem diuitem, tunc enim non debetur ei huiusmodi quarta,vt not.Alexan.in l.in suis col.3.vers.item facit.ff. de liber. & posthum. & quod dicitur de vxore, dicitur de viro inope, vt per Alex. & Paul. de Castr.in l.2. limit.2.ff.sol matrim. & quamuis virus propter inopiam nō teneatur restituere dotem vxori,vel suis hæredibus,tamen tenetur seruare proprietatem filijs eiusdem matrimonij,& quando mulier dicatur inops, vide aliqua per Corn.in consil.198.in fin.volum. 2.& an possit rescindere donationem factam à viro, tanquam in fraudem partis sibi debitæ,ex dispositione d.auth Idem Corn.ibidem per totum, & an si mulier pauper, cui quarta debetur vigore dictæ Auth. illam petere possit,si post mortem mariti diues efficiatur?,vide Dec.in consi.24.num.1.vol.1. Add.quis dicatur pauper,vel diues, Cum.in consil. 131. in princ. & Tiraquell. in l.,si vnquam Cod. de reuoc. don. in glos. in verbo omnia,vel partem aliquam num. 30. versic. quis dicatur pauper, vt ad materiam d. Authen.vide Socc.in cons. 108.num.1. volum. 1.& an vxor huiusmodi quarta priuetur, si maritus sibi legauit tātum, quod possit honorificè viuere,vide Riminald.in cons. 114. nu.1.& 2.& an habeat locum in vxore, quæ post mortem viri vixit luxuriosè, vide Ioan. Lup.in repet. Rubr. de donat.inter virum, & vxor.§.67.nu.15. & an procedat in sponsa,ibidem §.55.nu.5.

Vxor intercedens pro marito, ad dotem extraneæ mulieri constituendam, & de rei dotalis donatione, quod valida sit, si conferatur in tempus dissoluti coniugij, non habere locū imperialem,decis.tex.in l.fin. Cod. ad Vell. & valet mulieris obligatio pro dote illius, quam dotare tenetur.Merlin.in cap.56.controuers. forens.

Vxor, & maritus sunt vnum corpus, Gram.in dec.45.nu.13.

Vxor non libenter videtur à marito suo, sine dote.l.fin.Cod.ad Vell.Alexan.in cons.135. volum. 1.

Vxor relicta vsufructuaria per virum suum, si fructus non sufficiunt pro victu,præferuntur in eis filij,Socc.iun.in cons.69.volum.1. & in consil.70.& 10. in princ.quod si non fuerit dictum vsufructuaria, habebit tantū alimenta,siue filij sint instituti,siue extranei, & in consil.33. tex.in l.Seio amico in princ. ff.de ann.legat.

Vxores duas,quis eodem tempore habens, vel plures,punitur pœna scutorum quincentorum,vel tribus ictibus eculei, vel ad remigandum, cum fustigatione, vel cum ferro candenti in fronte signato cum litera Q. Clar.in §.fornicatio,num.26.& 27.Gram.in vot.17.

Vxor non potest contrahere absque consensu viri sui,Tiraquell.in suis legibus connubial. glos.6.nu.6.

Vxor habet retentionē in bonis sui viri,quando ibi habet hypothecam,etiam non facta liquidatione de incumbentibus, Gram. in dec.58.nu.1.2.& 3.& hoc pro dote tantum, vbi Petr.num.1.Capic.in dec.119. dom.de Franch.in dec.527.nu.11.

Vxor militis militantis in castris, non gaudet exceptione hostica,Capic.in dec. 172.

Vxor non compellitur testificari contra eius virum,& è contra,Petr.ad Gram.in dec. 34. nu.10.

Vxor,& vir testimonium facientes, vnica æstimatur eorum depositio, cum sint vna caro, & vna anima,Petr. ad Gram. in decisio. 34. num. 20.

Vxor quicquid acquirit, de bonis viri acquirere

rere præsumitur, Petr. ad Gram. in dec. 103. nu. 110.

Vxor potest accusare de morte sui viri, Bart. in l. 2 ff. de accusat. Decian. in tract. crim. par. 1. lib. 3. cap. 7. Carrer. in pract. crim. §. homicidium, num. 381. Farinac. quæst. 13. num. 14. Fab. in differ. 2. Cod. qui accus. non poss. Boer. in dec. 233. Baiard. ad Clar. in quæst. 58. num. 61. Flores. demen. lib. 1. var. resolu. quæst. 7. Gomez in cap. 28. num. 3. quia cum vxore stat præsumptio affectionis, cum matre veritas, sed mater præfertur ad accusandum omnibus, tam respectu sanguinis, quã hæredis, sed fuit per S.R.C. Collaterale, & per S.E. decisum per prouisiones expeditas, quod quando extant remissiones aliorum hæredum, inquisitus gaudeat indultu, non obstante accusatione vxoris, Capibl. de auct. baron. vol. 2. cap. 18. nu. 20.

Vxor mortuo suo viro, pro suis dotibus, & iuribus dotalibus habet eius retentionem bonorum, etiam ante aditam hæreditatem, Gizarel. in dec. 44 vbi de Angel.

Vxor relicta vsufructuaria potest petere dotem. & vsum fructum, & sic tale legatum non censetur compensatum cum ea, Hodiern ad Surd. in dec. 211. num. 9. Gratian. in decisio. March. 47.

Vxor relicta per virum suum domina, patrona, & vsufructuaria, ad alimenta tantum extenditur legatum prædictum, & si dicitur lego vsufructuariam, dominam, & patronã meam vxorem, cum quo præstat alimenta filijs, & filiabus meis, & cæteris oneribus eã grauando, tunc legatum prædictum extenditur ad vsumfructum formalem tantum, non autem ad alimenta, Peguer. in dec. Catalon. 103.

Vxor non potest testificari contra virum suũ, nec pro viro suo, quia qui agere non potest pro me, nec contra me, l. parentes, & l. seruos Cod de test. cap. in literis extra de test.

Vxorem indignam capere, est opus charitatis, cap. inter opera charitatis de sponsal. Boer. in dec. 240. nu. 1.

Vxor quando præsumitur à marito mortua, & quomodo, & quando, & quæ concurrere debent, Boer. in dec. 261.

Vxor potest accusare de morte sui viri, si suam iniuriam non eius interesse prosequitur, Foll. super prag. fin. de composit. n. 24. citat Affl. glos. in const. Regn. summa periculo 9. not. l. vxor, & l. sororem de his quib. vt indign. & l. 2. de accusat. l. qui si viro. ff. de iniur. prætereaquam, si concernat suam iniuriam etiam, §. patitur, Instit. de iniur. & hoc ampliatur, & procedit etiam in sponsa, Boer. in dec. 233. 2. par.

Vxor de iure communi non potest agere pro dote, & coram quocumque Iudice, contra patrem, aut alium promittentem, sed virus tantum. l. si per te pater, & ibi Salic. & modern. C. de dot. promiss. & testatur Guid. Pap. in dec. 375. sed tantum soluto matrimonio, vel uiro ad inopiã vergente, vel nisi dos fuisset legata sibi, quia tunc ipsi soli cõpetit actio. l. seruo legato. §. si testator. ff. de leg. 1. Boer. in dec. 228. nu. 2.

Vxor non potest accusare de iniuria uiro suo facta, nisi de morte tantum l. 2. de iniur. Bal. in l. 1. C. qui accus. non poss. nu. 53.

Vxores duas quis habens, uel plures, uno, & eodem tẽpore, pœna mortis punitur, Gram. in voc crim. 17. l. eum qui duas. §. Item. l. Iulia Instit. de iudic.

Vxor reperta mortua de mane, & de sero erat sana, ex quibusdam percussionibus sibi illatis, an interfecta à marito præsumatur, cum ea cubente, si prius ab eodem fuerat maletractata, nullis alijs cum ea sistentibus in eius Camera, Boer. in dec. 261.

Vxor ab aliquo carnaliter cognita, quam à marito suo, si cognoscens cum consensu, & consilio ipsius vxoris maritum suum interfecit, pari pœna vxor, & homicida puniri debent, & si maritus non fuerit totaliter occisus, sed ipse se defendendo interfecit volentem eum occidere, dicta vxor tenetur de homicidio ipso, quæ dedit operam, & causam rei illicitæ, & quid seruatur secundum l. Hispaniarũ, & quid seruatur secundum l. Longobardorum, vide Boer. in dec. 262.

Vxores multæ gaudent de morte suorum virorum, glos. in verbo tristitiæ suæ. l. cum quidam in princ. de iur. dot. quæ est lex finalis, & glos in verbo quia morte, in l. pater Seuerinam. §. socius. ff. de condit. & demonstrat. Bald. in singul. 21.

Vxor omne totum, quod suis operibus acquirit, pro viro suo, acquirit, & suis hæredibus, tam chirurga quam tabernaria, & lactando filium, Affl. in dec. 44. nu. 29. ubi Vi fill.

Vxor potest habere legatum sibi factum à uiro suo alimentorũ, & dotes petere, & sic utrũq; sibi debetur, Surd. in tract. de alim quæst. 15. tit. 9. fol. mihi 110. n. 5. & hæc est communis opinio Doctorum, Castrens. in cons. 124. legatum prædictum col. 1. vol. 2.

Vxor relicta usufructuaria, et domina, prout erat in uita mariti ipsius, alimenta tantum sibi debentur, ut sibi debebantur tempore uitæ mariti, et si erant filij hæredes instituti, restringitur etiam ad alimenta, si extranei debetur ei vsusfructus hæreditatis, Capibl. in tract de auctor. baron. super pragm. 1. num. 136. volum. 1. fol. mihi 44 col 2. domin. de Franch. in dec. 155. & si non fuerit dictum vsufructuariam, debentur tantum alimenta si filii sint hæredes relicti, siue extranei, vide retro in verbo Mulier secundo aubens, & Socc. iun. in cons. 96. & 94. in princ. & in cõs. 33. vol. 1. & Corn. in cons. 328. in fin. vol. 3. multa Papiens. in forma libelli, pro legato rei singularis, colum. 8. Paschal. de vitibus

patr.

patr.potest.par.3.num.5.cap.8.

Vsuræ debentur etiam pro augmento dotis, dum augmentum dotis à patre promissę est eiusdem naturę,& priuilegij,Tessau.in dec. 45.nu.8.

Vsurarum nomina sunt hæc, videlicet, fera, belua, latrocinium legale, morsus aspidis vermis latens,rodens, ignem consumens, os inferni,& alia posita per Bald.in consil.449. ius naturale volum.3. Thessaur. in decis.57. vers.quod improbum,& sic aiunt Theologi,Philosophi,& omnes Iurisconsulti. l.improbum,vbi glos.Cod.ex quib.caus.infam. irrogat.& Hæbrei exercent vsuram permissam per Pontificem Xistum Quintum, qui reduxit vsuras Iudęis permissas, ad rationē decem,& octo pro centenario, quod decretum, seu bulla est inserta in fine decisionis prædictæ.

Vsurarius pauper non punitur,quia illæ pænę sunt inductæ ad compellendum vxurarium ad satisfactionem,cessante satisfactione,propter paupertatem, cessant etiam illæ pænæ, quò ad animam, & sic quò ad corpus, & penam ciuilem,dùm venit publicatio bonorum,quę non fit propter eius paupertatem, & in crimine vxurarum non proceditur, ex officio,sed solum ad partis instantiam,& accusationem,non potest,quis de vxura accusare,nisi suam,vel suorum iniuriam prosequitur, nec pro vxura irrogatur tortura, dum in Regno, pæna tantum pecuniaria pro vxura imponitur,Marant. in par.6. fol. mihi 293.vol.2.col.fin.

Vxuraria prauitas ad eam probandum, admittuntur ad testificandum, qui mutuum sub vxuris ab illo acceperunt, cum temperamento tamen, se solutas vxuras declarent, se nolle recuperare,aliàs sine hac conditione,& remissione proprij interesse,non valet instantia,Ferr.Cautel.40. Paul.de Cast. in consil.141. Bald.in l.dictantibus, Cod. de testam.

Vxuræ debentur à die litis contestatę in actionibus stricti iuris, vbi certa dies solutionis non est statuta, quæ interpellat pro homine,l.vulgo receptum, ff.de vxor.

Vsurarum, & interesse,regula, qui prior est in sorte principali, est etiam in vxuris, dum qui potuit rem hypothecare,pro sorte principali,potuit etiam hypothecare pro vxuris, & interesse, Reuerendissimus Episcopus Ricc.in coll.decis.1438.in fin.l.latius,ff.qui pot.in pignor.hab.Merlin.in cap.43.Forens. controuers.

Vsuræ dotium, currunt viro, à die retardatæ solutionis dotis,Hodiern.ad Surd.dec.240. num.Gratian.in dec.46.num.11.in add.fol. mihi 99. quæ vocantur vxuræ onerosæ, & non præscribuntur per decennium.

Vsuraria prauitate, quis aliquem querelans, probatur delictum ipsum ex dispositione Regiæ Pragmaticæ per tres testes quantumuis singulares deponentes in facto proprio, & quod ipsi qualerantes renuntient in eorum querelis,& petitionibus propriū eorum comodum,Vrsill.ad Affl.in decis.369,num. 15.

Vsurarij sunt Raptores, pauperum Trucidatores abstractores,infideles,fures serui,capite dimuti, filij diaboli, non nascendo, sed eius opera imitando, & delictum in genere huius criminis est difficilis probationis, Muscatell.in pract.crim.S.C.in tit.de vxur. nu.1.& si vxura appareat commissa per scripturam, illa præsentari potest in actis, sin autem coram testibus, & sine scriptis, per testium probationes, num. 16. & vxura est illa, quam quis recipit vltra sortem principalem, mutuum dantes nihil inde sperantes, & sex debent concurrere requisita in vsura,iuxta tradita per Muscatell.in loco citato, num.20. & 21. alio modo vsura contrahitur, idest si vendo tibi talem rem, si dabis mihi pecuniam ad præsens, vendo tibi decem,si dabis mihi pecuniam in Pasqua,vendo quindecim, & in Regno vltra Bullam Pij V.& Gregorij XIII. seruatur hodie Bulla Papæ Nicolai V. & ab ea seruantur tres clausulæ substantiales,num. 27. Committitur vsura in pignore, idest recipere fructus rei pignoratę,& in proprium vsum conuertere, & in sortem non computare, & ponit quinque casus,vltimus est in societate,quando adest pactum,quod capitale,& sors principalis sit semper saluum,& lucrum diuidatur,tunc est vsura,& vsurarius manifestus est ille,qui est in iudicio conuictus, spontè confessus, vel qui retinet mensam paratam, vt omnibus mutuet,num.36.& Bar. in l.2.de furt.quatuor modis refert, quibus quis manifestus vsurarius dicitur, num.42. cap. consuluit de vsur.& in crimine vsurarum, quo ad vsurarios manifestos, procedatur ex officio,nu.3. de priuileg. dicti criminis Author prædictus,& in dicto crimine, habet locum hodie pœna publicationis omnium bonorum, & prosequitur iudicium contra hæredes pro dictis bonis publicatis, & probatio dicti criminis hodie fit per tres testes singulares, deponentes in facto proprio, cum fama,& habetur, ac si esset delictum legitimè, & perfectè probatum, & ex his sequitur merita condemnatio,Affl.in constit. Regn. incip.nouiter, debent renunciare dicti testes proprio eorum commodo, idest vsurarum repetitioni,alias non probant, Bald. in l. dictantibus,Cod.de testam.dicto delicto non infertur tortura,dum pœna est pecuniaria, & fit inuentarium omnium bonorum inquisiti,ne fiat fraus fisco, num.52. Afflict in constit.Regn.incipien.hæredis num.17. notab.7.

Vsurariæ prauitatis delictis non possunt cognoscere

gnoscere barones, Reuerendiss. Episc. Ricc. coll. dec. 1799. & de baronum priuilegiis, & quando eis conceduntur remissiones multis modis latè loquitur Reuerẽdiss. Episc. Ricc. in coll. prædicta.

Vsurariæ prauitatis exceptio, & de pacto, quod vẽditor annui census teneatur vltra redditũ taxatum per bullam, & pragm. de cens. soluere etiã collectas, quod non constituat contractum feneratitium, de exceptionibus, quæ possunt ad merita causæ reseruari, & præsertim de exceptione prædicta latè loquitur Merlin. in cap. 96. per totum forens. controuers.

Vsuræ dotium sunt exigendæ ad rationem septem pro centenario 1, 3. pars centesimæ, l. cum quidam. § præterea C. de iur. dot.

Vsurarius pauper nõ punitur, dum datur sibi confiscatio omnium bonorum, & non alia pœna, & non potest ad torturam deueniri contra ipsum, & proceditur ad instantiam illius, cuius iniuriam, vel suorum prosequatur, dummodo non sit notoria, & contra personas priuilegiatas, & est sublatum procedere ad instantiam cuiuslibet de populo, & de iure canonico vsurarius priuatur Sacramento Altaris, & ecclesiastica sepultura, & restituit omnia bona, sed hodie Episcopi confiscant omnia bona vsurarij, & applicant fabricæ Ecclesiæ, Marant. in sua ciuil. pract. fol. mihi 189. à nu. 106 vsque ad nu. 131 in verbo & peruenitur aliquando per viam inquisitionis.

Vsurarius contractus, quando dubitatur, an sit, vel ne vsurarius, debet terminari per Iudicem ecclesiasticum, dom. de Franch. in dec. 189. nu. 11. non autem per Iudicem secularem.

Vsurarij non admittuntur ad iurandum in testimonium, Vrsill. ad Afflict. in decisio. 35. nu. 6.

Vsuræ non veniunt in mutuo, cum sit contractus stricti iuris, nisi à die contestationis litis. l. mora, & l. videamus. §. 1. vbi etiam DD. ff. de vsur. item non veniunt, nisi permissa per sollemnem stipulationem. l. quamuis. C. de vsur.

Vsurarius testari prohibetur, quando non facit secundum Canones, idest quando non præstitit fideiussionem de restituendo vsuras, &c. & si Episcopus eum interdicit, non tenetur ei parere, Vrsill. ad Affl. in decis. 30. nu. 2.

Vsuræ pœna est publicatio omnium bonorũ mobilium, & stabilium, & crimen vsuræ est publicum, & omnibus competit accusatio, & iudex secularis procedit quo ad pœnam ciuilem in isto crimine, & in crimine adulterij, & iudex ecclesiasticus procedit etiam quò ad excõmunicationem, & statim quod excedit decimã partem contractus per circulum anni, tam publicè, quam priuatè est vsura, & solum Iudæis licet, & tres testes singulares etiam deponentes in facto proprio probant, constit. Regn. incip. statuimus de vsur puniendis, & procedit ex officio per Regiam pragmat. quart. de vsur. fol. mihi 677. cap. Regn incip. nouiter, & pro publici boni, quod locum habet in vsurariis manifestis.

Vsura manifesta ex officio punitur, & contra hæredes mortuo defuncto, & pendente causa prædicta, fit inuentarium, Carau. super Rit. M.C.V. 21. fol. mihi 10.

Vsuræ dotium soluuntur ad rationem ducatorum sex, taren. tres, & granos sex, & denarios quatuor pro cẽtenario, & antefati vsuræ soluuntur ad rationem quinque pro centenario, Gram. in dec. 103. nu. 244.

Vsuræ dotium non solutarum, possunt peti Socero per Generum suum, & quando Gener stat in domo Soceri, sumptibus ipsius Soceri, quæ sumptus excõputantur, si non adest pactum, & dicitur, quod onera matrimonii non substinuit. l. diuortium §. in domum, de iur. dot.

Vsurarius contractus est, quando in eo apparet vilitas pretii, & pactum de retrouendendo, Vrsill. ad Affl. in dec. 73. n. 3.

Vsurarii contractus dicuntur illi, qui fiunt à venditoribus, & emptoribus alicuius rei emptæ ante tempus recollectionis determinato pretio, sub pęna ducatorum mille, & vntiarum centum notariis, qui faciunt contractus, prag. 2. de empt. & vend.

Et hæc maximè pro Scolarium exercitatione, summopere, & diligentia, breui manu, & currenti calamo, hic inserere volui, pleniorem doctrinam, & permissorum cognitionem ex Doctoribus, & illorum, qui me ante fuerũt, & qui post venturi erunt libris, Deo mihi propitio adipiscentur, in quo, si quid bene dictum, & allegatum, positumque fuerit, totum ad gloriam, & honorem B. Virginis Mariæ, meæ à teneris meis annis Aduocatæ, & Protectricis, ac Diui Antonii de Padua protectoris, atque Indiuiduæ Sanctissimæ Trinitatis, à quibus cuncta bona procedunt, quicquid autem indoctæ, & inordinatæ ac deficienter leguntur, mihi soli abundantissimo, & miserrimo peccatori imputantur, & correctionem operis relinquo, sub tutela, & clypeo, ac protectione supradictorum Dei Patris, Beatę Marię Virginis, & Diui Antonii de Padua meorũ Aduocatorum, & protectorum, vt defendã librum hunc à morsu mordacis, viperinæ, & maleuolæ linguæ, & protegant, vt lectores, eum hilari animo, atque grato fronte eum accipiant, & eorum præsidio benignè,

Qq atque

atque compatibiliter corrigant, & defendant, & si quid verò imperfectum humanæ fragilitati condonetur; si quid bene dictum fuerit, totum sit ad gloriam ipsorum, à quibus me adiutum certo scio, si aliquid contra Regiam, vel Ecclesiasticam libertatem reperitur, quod non credo, ignorantiæ, non malitiæ attribuant, recipiant itaque studiosi hoc opus, fauorabili censura legant, cum inhumanis nihil ex omni parte sit perfectum, quæ, & si versatis viris noua non erint, aliis non minus vtilia, quam curiosa esse mè persuado; dum vltimum finem imposui in his meis recollectionibus, materiis, & repertoriis, à toto Iuris corpore extractis, et indefexo labore exaratis, in præsenti anno 1637. sub die 25. Aprelis, festo Sancti Marci Euangelistæ, cui vna cum domino nostro Iesu Christo Filio, inter cætera infrascriptas refero gratias Patri, et Spiritu sancto, laus, gloria, et honor, sit in æternum, quæ omnia subiicio iudicio Sanctæ Matris Ecclesiæ, cuius me fidelem, et obedientissimum filium esse profiteor. Amen.

Tot refero grates aridas, quod messis aristas
Equore quod pisces, sidera quoque Polo.

Si linguæ plures, oraque plura forent.
Præmia digna refert, Celsi regnator olimphus.
Non sunt hæc humeris,
Pondera digna meis.

F I N I S.

ADDITIONES
IN PRAECIPVAS FERE
omnes Legum, Digestorum, & Cod. materias,

AB EODEM AVTHORE VINCENTIO DE VITA
V.I.C. Celentano, Perdifumensis, Prouinciæ Principatus Citra,
Originario Patritio Ciuitatis Rauelli, status Amalfi.

Nedum diligentia, & labore adnotatæ, sed coaceruatæ, & satis concinnè additionibus illustratæ, ad commodum, & vtilitatem Doctorum studiosorum, & necessariæ, magis communiter receptæ legum §§. suorum omnium in hoc Volumine, ac præcipuè dicta, et relata,

Cum materijs Glossarum, & annotatione omnium, & diligentia, cum declarationibus, ampliationibus, limitationibus, & sublimitationibus à Doctoribus traditis. Et quid hodie seruatur in hoc Regno Neapolitano.

Et quod fuit determinatum, atque statutum per Sac. Regn. Constit. Cap. & S. R. Consf. decisiones, & Pragmaticas, necessariaque etiam Doctoribus legum professoribus, Aduocatis, Iudicibus, ac omnibus Scolaribus in Iure prouectis, & Tyronibus, &c.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.



NEAPOLI,
Ex Typographia Camilli Caualli 1644.

Illustrissimo, & Excellentissimo Domino

D. FABRITIO CARAFAE
QVON. ANTONII FILIO.

Andriæ, & Castrimontis Duci, Ruborum Comiti, Corati Marchioni ac Baroniæ Capriatæ, & Guardiæ Lumbardorum Domino, meo amantissimo, & colendissimo.

QVantum vtilitatis, Excellentiss. Dux, hæc nostra legalis disciplina afferat ex eo cognosci potest, quod ferme hominum genus inueniri possit, cui aliqua ex parte non consuluisse videatur, cum per omnia fere tanquam per redolentia prata percurrens multiplici florum genere vestita; & pulcherrimarum rerum preciosissima sibi corona confecerit. Dignissima quoque legendo virtutem, & vitij nullum genus reliquit intactum vnde habeant homines, & imitari, quod cupiat, & fugere quod oportet. Hac enim legali facultate complectuntur diuinarum, humanarumque præcipua queque, vt ab egregijs illa quid viris deligi potuere. Hinc.s. habetur quo iure homines egregiam laudem, quaue iniuria dedecus incurrerint. Habeant sacris religionibus dedicati, quo pietatis honore calent, fasque, bonumq; quam deinde turpitudinis nota metuant. Scelusque, nefasq; habeant rerum publicarum Reges, & Principes, quibus institutis maiorum meliora efficere possint, quibus, & artibus seditiones in populum serere perniciosi homines consueuerint, vt earum artium turpitudinem abominetur. Habent adolescentes quenā egregio indolis præclara facinora imitentur, quæ rursus indignitatis, & ingrauia facinora declinent. Hinc pietatis, & fortitudinis fructus vberior hinc cōstantiæ gloria maior exoritur. Hinc rebus omnibus modū imponere discimus. Hinc abstinere à flagitijs, cōtinere libidines, tolerare pauperiem, turpia fugere, seueritateq; obseruare docemur. Hinc nobis coniugalis amor carior efficitur, amicitia iucundior, liberalitas clarior, humanitas præstantior, clemētia nobilior. Huius præcepti instruuntur, qui gratitudinis laudē sibi cōparare studēt, qui obnoxius ingratitudinis nomen effugere cōtendūt, huius peritia maior modum iustitia colitur, fides obseruatur, pudicitia retinetur. Hinc crudelitas in odium, auaritia, superbia, perfidia, quā contrarie in natura hominū plenius ostenditur. Postremo quoniā utilitates legales nō possumus narrata pèrcurrere ex his satis cōstare arbitror, quam perutilis legalis disciplina sit, vbi virtutum omnis generis imagines collocatę sint. Quibus admonitus didici: non otio tabescere, sed ire de virtute in virtutem ad altiorem doctrinæ gradum contendere, concreditumque mihi diuina largitate Talentum haud sepelire; similemq; fieri studui negotiatori potius bonos, melioresq; vlteriorum bonorum, margaritas inquirēti, quibus pretiosam virtutis gemmam adipisci valerem. Hæc enim altissima pandit arcana, mentem illuminat, Dei, ac proximi excitat amorem, a malis auertit, ad bona prouocat, vtilia proponit, noxia propellit, iustitiam sectatur, & cum hac denique omnia veniunt bona.

Nec

Nec aliã puto causã, cur veteres virtutẽ, nõ viri, sed fœminæ exprimere voluerint imagine, nisi quia Virtus, non Natura viros pariat. Etenim quid fuit, quod Socrates, qui de cœlo traxit Philosophiam, aut Hercules, qui mundi fabricam restituit, moribus perditam, aut Curius, qui malebat aurum habentibus imperare, quam ipse auro affluere, nisi vera, germanaque soboles virtutis? ex virtute pariter gloriæ stirpe originem traxit Illustriss. ac Excellentiss. familia Carafa, cuius nomen est gloriosum, & fama admirabilis, quippè quæ clarissimorum virorum præconio, rerum gestarum gloria, maximarum virtutum splendore, non modo inclytum Parthenòpem impleuit, sed per vniuersam Europam longè, latèque sic fulget, vt nemo sit, quin eam admiretur, veneretur, maximè diligat, tantũ adoret, ea adoratione, quæ humanæ cõuenit creaturæ. Hanc tu Excell. Dynasta ab ipsa penè infantia cũ lacte nutricis hausisti. Hæc cũ adolescente, adoleuit, hanc probatiss. moribus ita præfers, vt beatiss. videantur illi, qui tuæ subiacent imperio, quos aureo quodam beneuolentiæ nodo colligatos tenes. Habes apud te domestica, eaq; egregia exẽpla virtutis; nã vt omittam viros tibi sanguine conuinctiss. qui iacere voluerunt virtutum firmamenta, ij felicitatis simul erexere fundamenta, ideo coronas, triumphos, summum Pontificatum, Cardinalium purpuras, Antistitum dignitates adepti fuere. Sileo Magnos Religionum Magistratus, Imperij Principes, Regnorum Proreges, Regum Oratores, Summos belli Duces, militari gloria insignes, & alios præpotentes Proceres. Matrem habes D. Emiliam Carafam. D. Fabritij Carafæ Roccellæ. S. Rom. Imperij Principis, aureique Velleris Equitis filiam, qua nihil pulchrius, nil venustius, nil admirabilius, nil præstantius dici potest. Hæc est Emilia illa Carafa, cuius nomen si consideretur, quid Emilia dulcius? si sermonem, quid cultius? Si aspectũ, quid pulchrius? Si verba, quid gratius? Si religionem, quid altius? Si virtutes, nonne eas ad perspiciendas, & venerandas Dynastæ longas suscipiunt peregrinationes, easque contemplati superhumanas prædicant? & merito; Quid D. Emilia felicius, in qua pulchritudo cum castitate, venustas cum modestia, eloquentia cum verecundia certant? Merito ipse libri titulus, qui est Additio ad quamplurimas fere omnes præcipuas ll. Digest. & Cod. §. Auth. c. Iuris Canonici, & Ciuilis Te Excell. Principem, potissimum deposcebat, primo, quia virtutes in te reperiuntur conspicuæ, & altera excipit alteram, & in vnum confluunt decus.

Deinde, quia me, meamque familiam multis beneficijs, ac plurimis amoris significationibus deuictum tenes, dum pluries per Fabritium D. Emiliæ parentem, Castriuelleris Gubernator, deinde Generalis Auditor Roccellæ creatus fui. Quo tempore hoc opus confeci, quod tibi omni ex parte subiectum, ac deditum potes agnoscere. Quod si tibi gratum fuisse intellexero, nouis me vinculis ligatum, immo captiuum habebis; & me, quem semel in tuam fidem recepisti, constanter retineas, oro. Vale splendor, & totius Regni ornamentum, ac Principum decus. Neap. 8. Maij 1644.

Excell. Tuæ Illustriss.

Humill. & Addictiss. Seruus

Vincentius de Vita V.I.C.

BENEVOLO LECTORI.

QVod in hoc Opere scire volueris Lector ex me? obsequor. Lege librum, quia totus liber præsefert, conijcias Iurisprudentiæ sacratus Iustitiæ studio, in quod se quantum licuit abdidit, addictus; hunc, quem vides laboris, ac vigiliarum fructum, communi vtilitati præfert. Plurimi scripsere, et in leges edidere compendia potiss. Cardinalis Fuscus, et in hoc Regno Ioan. Baptista de Thoro, felices si iuuandi studio, laborarunt, sudoresque suos diuinæ sacrarunt gloriæ, non suæ viuunt adhuc in suis libris, et operum fructus semper pullulant, dum liber viuit pulchrè. Tanto tempore etiam post mortem tuam extenditur lucrum operum tuorum quantum, vt ita dicam durare potuerit Vita librorum tuorũ. Bonos libros, qui scribit Retia iustitiæ expandit, cum ergo in hoc Mundi pelago nunquam desint, qui periclitentur, eiusque fluctibus absorbeantur misero interitu, nisi quis opem tulerit, sepelliendi deesse non debent, qui retia texant, qui expandant, qui reficiant, et in capturam laxent, vt eorum saluti consulatur, qui mundi voluptatibus, velut fluctibus abripiantur, noxijsque iniustitiæ voraginibus sani concutiendi in girum trahuntur. Nouo semper libri emittuntur, vt qui vno rete non capitur, capiatur altero, et ad iustitiæ littus, lectores ducantur, tu caue ne retia rumpas, et proscindas, salo fluctuantis, ad littus vllum duceris, vide ne plumbũ amplectaris, ne ad leues labeculas, quibus fere nullus liber lucet. omne fere volumen, velut plumbo, pondere grauatur, accurras, mordeas, et carpes, et tantum absit, vt retibus te includi sinas, vt inuido dente retia laceres, et distindas. Pet. Venerab. li. 1. epist. 4

Libros libris addimus, et volumina culminibus, nouæ semper à Satanæ iniustis mancipijs, perditionis sternuntur viæ, sternantur, et iustitiæ ab his, qui Christo, ac Iustiniano se sacrarunt.

Lege lector, quæ docemus, & iustitiæ semitam, quam vbique tibi indicamus iustitiæ memor iussus præme boni ea consule, quæ & iustitiæ tuæ immò saluti consuleremus offerimus. Nemo quæratur librorum se copia obrui, libris non obruitur, qui libros legit, & iustitiam à libris discit, aut aliquam ab illis haurit vtilitatem.

Tibi igitur scribimus, & in tanta librorum multitudine nouos edimus libros. Nullũ seculum expers scriptorum fuit cur nostrum sit, in quo vberiores doctrinæ fontes fluere debent? mundus ad exitum currit, scientia tempori non subiacet, nec cum senescente mundo consenescit, sed potius efflorescit ætate, latius radices expandit, & ramos, copiosioresque fructus parturit, scimus scriptum. Plurimi pertransibant, & multiplex erit scientia pertransiere, hucusque, qui in hac re cum laude laborarunt. Iam tempus est, vt scientia multiplicetur, vt magis augeatur, quę Doctoribus abeuntibus non abit, & mortuis hominibus, non moritur, sed in dies crescit verè quanto mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis æternæ scientiæ additus largius aperitur. Dan. 12. 4. Gregor. hom. 16. in Ezec.

Specta innumera volumina postremis hisce seculis in lucem emissa, & doctrinæ additur largius patefactum videbis, mundumque ad suam extremitatem duci conijcies.

In hoc opere, ne speciosa quæras, nec elaborata, sed vsu necessaria. famæ, aut gloriæ nõ scripsimus, prodesse tantum voluimus sermonis elegantiam, cultæque dictionis paraturam studentes vtilitati neglexi mus, potuissemus cultius, & elegantius scribere, sed Iustitiæ cultoribus scribimus non auribus; fucatum non quæsiuimus sermonem, sed veritatem puram, quæ verborum ornamentis tegitur, & obuelatur. Rebus intenti negligimus verba. & qui sensus venatur, non hęreat dictionum flosculis.

Veritatis, ac iustitiæ faciem ostendere lectori voluimus, & tenebrosis ruderibus erutæ, non denso verborum velamine contegere. Vtilia vbique dogmata, ritus, doctrinas, ac doctrinas torquemus iustitiæ semitã ostendimus, & ad eam lectorem vocamus, atq; etiam vrgemus non datur omnium Doctorum monumenta voluere, & percurrere ad hos labores, curre in quibus facilè ex omnium Doctorum dictis, ea decerpere poteris, quæ opportuna indigentiæ suæ sint, & grata palato.

Laborauimus tibi ab omni fere labore, te surripuimus labori non pepercimus, tu parce, tui causa laboranti, & quæ dextera offerimus manu, tu ne sinistra cape. Vale.

D.IO.

D. IO. PETRI MASSARII
Prothonotarij Apost. Sac. Theol. Profess. Et V.I.D. Neapolitani.

ENCOMIVM.

D. VINCENTIO DE VITA
Iureconf. ac Auctori huiusce Compendij.

EGregiam, Vincenti, consecutus es laudem,
Quà Fascibus, securibus, quà calamo
Securibus;
Dum exules exleges strauisti, & destruxisti,
Reip. Vitam seruasti, Vita,
Quam purius expurgasti facinorosis viris
Hercule. (tus
Isto tu laudabilior, quippè, qui vitijs inquina-
Haud seipsum purgauit
Muliebriter lanam accepit, & Colum
Obiecta domitrice monstrorum Claua.
Tu vero fasces accipiens, impressa vbique
Iustitiæ reliquisti vestigia.
Tanto clariora, quanto zelus ardentior.
Tardè puniens, ne iniquè punires
Raro puniens, ne sæpe doleres
Calamo.
Dum Reipubl. corpus scriptorum vegetasti, ac
viuificasti spiritu.
Vitales operationes edent,
Præbuisti intellectui cognitionem,
Præteritorum memoriam,
Præsentium notitiam,
Futurorum prouidentiam,
In dubijs ratiocinationem,
In agibilibus consilium.
Et quod mens concipit, ingenium parit,
Vox exprimit, calamus enarrat,
Consilium enutrit, casus requirit,
In rebus varijs ingenio admirabile,
Verbis exquisitū, consilio prudens ostēdisti.
Vix te Doctorem vidimus, cum Patronum,
Vigilas in patrocinando,
In negotijs turbidis serenus otiaris,
Nec otium caret negotio.
Ad astra, non rostra largius sapientiæ
Tempore non subiacentis.
Nec cum senescente mundo consenescentis
Aditum aperis.
Ideo seriatè carmina, honosque annalium
Aeternus, non hæc breuis
IO. PETRI MASSARII
prædicatio te Colit.
Siquidem tua fama, non imaginibus,
Sed virtute, & meritis prorogatur.
Quod felicissimas diuitias, nunquā perituras,
Nouo compendio ad omnium vtilitatem,
Non ab Insulis fortunatis.
Sed ex clariss. Auctorū documētis productas,
Et ex Tribunalium decretis exenteratas
aduehis.

ADDITIONES

In præcipuas fere omnes Legum, Digestorum, & Cod. materias, ab Authore Vincentio de Vita V.I.C.Celentano Perdifumensis Prouinciæ Principatus Citra, Originario Patritio Ciuitatis Rauelli status Amalfi.

IN Auth.hoc inter liberos, vid. Rom.in cons. 385. iu casu præmisso, & Crot. in cap. 1. col. 8.ext. de constit. vers. In eadem glos.in fin.& Paris. in cons.24.n.10. & seq.volum.2. Curt. iun.in cons. 169.nu.8. cum seq. vbi de ratione decis. d.Auth.& eorumque DD.dicunt ibi. Quid autem, si quis opponat in testameuto clausulam derogatoriam, scilicet, quod promittit illud non reuocare, an si faciat aliud testamentum, debeat opponi specialis clausula derogatoria clausulæ prioris testamenti, vide decis. Delphin.127.col.3. & de clausula derogatoria, vide Dec.in cons.165.& Alex.in consil. 24.& Bertrand.in cons.151.volum.3.Guid. Pap.in cons.64.volum.1. Dec. in cons.475. colum.4.Barbat.in cons.72.vol.3. & consil. 27.num.12.volum.2. Socc. in cons.173. nu. 4. volum. 2. vbi clausula omni meliori modo æquiparatur clausulæ derogatoriæ, & not. quod licet glos. in d.Auth. dicat, quod in secundo testamento requiritur expressa derogatio dictæ clausulæ appositæ in primo, tamen hoc non procedit, quando derogatur primum testamentum, propter inimicitias ortas inter testatorem, & hæredem institutum, apparente voluntate testatoris de hoc, tunc enim nihil refert, si non esset facta mentio clausulæ derogatoriæ, ita Bald. in l.sancimus Cod.eodem, & Hyppol. in l. 1.§.præterea num.64. ff.de quæst. Limita hanc Auth.per Tiraquell.in tract. de priuileg.piæ causæ, priuileg.54. vide etiam Iuliũ Clar.in lib.3.sentent.§. testamentum quæst. 98.& not.quod testamentum minus sollemne, inter liberos valet, propter commune votum parentum, quo ipsi ab intestato admittuntur.l.scripto. ff.vnd.liber.l.fin. ff.de bon.damn.sentit Rom.in cons.179.amplissimè DD.col. 5. Dec.in l.hac consultissima sup. qui testam. facer. poss.num.36. & 37.& Abb.in cons.105.volum.2.& in cons. 25. in fin.an si princeps dederit licentiam vassallo testandi, an possit sine eius voluntate reuocare testamentum, quod nota, quia sæpe solet euenire, add.quod testes deponentes super amissione, vel tenore alicuius instrumenti deperditi, tunc probant, quando coram Iudice sunt examinati, alias faciunt aliqualem præsumptionem, glos.in verbo depositiones.l.hac consultissima. §. per nuncupationem.Cod.de testam.vide etiam Barto.in auth.si quis in aliquo, supra de edend.col.3. & in l.admonendi, col.11.ff.de iureiuran.& Cephal.in cons.100.nu.24.vol.1.

In l.sancimus, Cod.de testam. Add. Paul.de Castr.in cons.151.par.1. viso puncto, Alex. 33.col.1.volum.3. Corn.in cons. 39. per totum, & in cons.174.& 149.num.6.volum.2. Add.singul.cons.Ruin.6.volum. 2. & cons. 9.num.11.& cons.10.cum sequen.adde singul.cons.Alexan.104. volum.2. secundum vnum numerum, secundum alium 246. & incipit paucis vtar, adde Ant.in Rub.Alex. cons.41.add.Guid. Pap.in quæst.200. & Ias. in cons.331.colum.2.volum.1. vbi singularis limitatio ad d.l.sancimus, & de eius intellectu vid.eundem Guid. ibidem in 3.col. vbi & pro breui cõcordia tibi procedit iste tex.quando coram tribus testibus reuocatur primum testamentum. Nam tunc est necesse, quod sit lapsum decennium à die primi testamenti vsque ad mortem testatoris secundum communem opinionem, & vide Paul.in cons.366.vbi si quis dicat, velle se reuocare testamentum, non ideo censetur reuocatum, vide etiam Aret.instit.quib. mod.testam.infirm.§.ex eo autem.vbi multa, & debent esse rogati ad hoc, vt procedat hæc lex, & Ias.in allegat.cons.131. volum.1. & quid si condito primo testamento faciat secundum, cum illa clausula cassans, & irritans, an primum intelligatur sublatum? vide Paul.in d.l. sancimus in fin.& Io. de Arnon.in sing. suo 55.incip.quidam fecit, & an testamentum minus sollemne possit reuocari in minus sollemni voluntate? vide dec. Delphin. 200. & an primum testamentum rumpatur per secundũ non habentem clausulam derogatoriam, sed tantùm iuramentum? il secondo num.17.& 18.Add.Guid. Pap.in dec.121.& 127.Gulielm.in cap.Raynutius in verbo testamentum per donationem postea factam reuocetur, & pro materia adde viden. Cum. in repet.l.si filius, qui in potestate num.30. ff de liber.& posthum. latissimè Fulgos.in cons.57.incip.quæritur, testator condidit, Io.Fab.in §.ex eo autem,

instit.quib.mod.testam.infirm. & quod primum testamentum non tollitur per secundum, quando testator erat extra se, Mant.in cons. 324. & nota, quod vbi requiritur subscriptio alicuius, sufficere scriptum esse manu illius, sine alia subscriptione. l. cum antiquitas.§. cum autem C. de testam. vbi add. Aret.in cons.64.col.4.post medium, vers.nec potest dicere.

In l. iubemus.§.sciturus, Cod.eod. Nota, quod Notarius sollemnia ommittens, falsum committit, adde tex.in l.nulli.Cod de numer.& actua. lib.12. Quid autem si Notarius omiserit aliquid, quod de consuetudine solet poni in instrumentis? dic, quod non, quia illa est sollemnitas extrinseca, cuius ommissio falsum non facit, vt not.in auth.de tabell.§.fin. per d.l.nulli, latè docet Corn. in d.l. iubemus, colum. 2. & licet non debeat esse in potestate Notarij facilè omittere ea quæ lex vel consuetudo solet, dico melius iubet. l.1. §.1. ff. de fer.not. in cap. de causis de offic. deleg. non tamen ex qualibet omissione est protinus ille falsi insimulandus, sed mitius est cum eo iudicis arbitrio agendum, præsertim si tam probatæ fidei sit tabellio, vt ab eo dolus abesse videatur, cum falsitas ab eo commissa sine dolo, dici non possit. l. nec exemplum, Cod.de fals. teneretur tamen Notarius propter errorem in id, quod interest aliter, quam per iuramentum, sit probandū, Bald.in l.vlt.Cod.de eden. per l.argentarius, §.cum autem, vbi id decidit Iacobi.ff.eodem quod si dolum adhibitum constaret, vt quia damnatus esset contractus, contrahentes, Notarius, & proxeneta etiam puniendi essent, Accurs.Rayn.& Angel. in l.si scienter.ff.ad leg.Pompeiam de parricid. Angel. & Io.de Plat.in l.1.Cod.vt nem.adsu.patroc. lib. 11. Quod etiam obtinet in patrono, cuius consilio sit illicitus contractus, Bald.in Rub.C. res inter alios act. & latè Socc. in l. si quis iniquum.§.si procurator colum. 3. ff.quod quisque iur. Quid si instrumento non fuit opposita obligatio omnium bonorum, vide latè per Cepoll. in l. qui assidua. ff. de edil. edict.num.40. & sequen. & Capic.in decis. 159.num. 39. Adde, quod notarius omittens quod ex consuetudine omittere non debebat, est puniendus, cum fuerit in eius potestate ea omittere, vel non, Paul.de Castr.in cons.421.volum.2. & Notarius præsumitur scire leges, & consuetudines, maximè vulgatas, vt in d.§.Ang. Paul. & Corn. & in notario allegante ignorantiam, potius dolus, quam ignorantia præsumitur, cum ei sit turpe ignorare, quod officio eius incumbit, l.2. §.seruius autem.ff.de orig.iur.in glos.quemadmodum. Nota, quod licet ea sit communiter approbata circa hoc, videlicet, quod si testamentum est conditum ad interrogationem notarij, eo scilicet modo, vis facere talem hæredem, & testator dicit, quod sic, quod tale testamentū sit validū, tamen ista glos. procedit in testamento nuncupatiuo, secus in testamento in scriptis, Affl. in dec 143. pro limitatione istius glos.vide Paul.de Castr. in l. 1. §.si quis ita. ff. de verb. oblig. Gram.in vot.34.n.13. Bald. Nouell. in repet.d.l.1.num.8.& declara, vt ibi. Aym. in cons.117.Bello.in cons.62. & vide omnino Io.Igneum in l.si exhæredatus nu. 86. ff. ad Syllan. vol.1.

In l.Pater tunc Cod.de hæred.instit. vide Angel. dantem cautelam pro his, qui spurijs aliquid relinquere volunt, & in l.in tempus ff.eodem, contrarium tenuit ibi Imol. & ante cum Bald.in l.hac edictali, Cod.de secun. nupt. & de isto verbo residuum, siue reliquum, vide plenè per Ludou. Bologn. in sua Theodosiana in vers. reliquum Ciuitati Bononiæ, vbi dicit, quod vbicumque creditor dixerit, se debere habere à suo debitore, pro residuo, intelligitur debitor liberatus ab alijs, vbi ponit pulchram quæstionē; Titius erat obligatus ad tercentum, & dedit duos fideiussores, vnum in centū, & alium in reliqua, fideiussor in centum, non est soluendo, an fideiussor ad reliqua teneatur in totum, & videtur, quod sic, quia residui appellatione, totum continetur, & in d.l.pater tuus tamen contrarium determinat Bald.in l.fin.§.1. Cod.de re iudic.& pro materia l. si pater, Cod.de hæred.instit. vide Barto.in l. eam quam, inf. de fideicomm. & not.quod filiatio est de substātia institutionis, & quod testes sufficiant ad probandum hoc, vide Doctores, & præsertim Ias.in l.2.in fin. Cod. de bon.possess.& eundem in d.l.si pater, qui pulchrè loquitur, & Curt.iun. in consil. 31. num.8.volum. 1.& cui applicetur id, quod aufertur ab indigno? vide latè per Vasquium de successionum progressu, & resolut.lib.2.§.20.num. 8.& sequen. Soccin.sen. in cons.22.colum. 4. vers. verum prædictis, volum. 1. & ad intellectum l.quoties, Cod. de hæred.instit.vide Soccin.iun.in consil.91. nu.5.& 10.in prima par.vbi declarat, quod institutus in re certa, non dicitur alio vniuersaliter instituto hærede; hæres, quò ad onera, sed potius legatarius, dicitur tamen hæres, vt excludatur à querela, cui adde Mattes.in singul. 4. & si cupis scire, quò ad quid hæres institutus in re certa habeatur loco hæredis, & quò ad quid loco legatarij, vide per Barto.,& Paulum de Castr. in dicta l. quoties, & plenè pro materia vide Barto. in l. quoties. §. si duo. ff. eodem, add. Gulielm. de Bened. in repet.cap. Raynutius, extr.de testam. in vers.in eodem testamento lo primo, nu.256.& sequen. & limita, vt ibi per eum, Boer. in dec. 33. & in regula hæres hæredis testatoris, est hæres. vide Dec.in l.qui per successionem.ff.de reg iur.

iur.& limita,& amplia,vt plenè per Cagno. ibi,add.Socc.in l.cum auus num. 112.ff.de condit.& demonstr.& Rip.in l.si quis in fundi vocabulo nu.7.& 8.ff.de leg.1.

In l.generaliter.§.cum autem,Cod. de instit.& substit. adde pro materia Socc. in l. cum auus,colum.2. ff.de condit. & demonstrat. num.52.& Socc.iun.in cons.154.cum sequ. & consil.163.167.172.177.& cons.18. num. 51. & an ista lex habeat locum in contractu vide Dec.in cons.581.volum.3. Ias.in l.exigendi, Cod.de procur.& Bar.in l. cum acutissimi, Cod.de fideicommiss. vbi fideicommissarius vniuersalis excluditur per hæredem,multum dilectum testatori.si cum liberis decedat, quod not.pro ampliatione d.l. vide etiam in d. §. singul. consil. Socc.191. volum.2.& Hyppol. in singul. 500. 131. & 151.& in l.si testamentum,eodem titu. facit in argumentum secundum Angel.ibi,quod statutum faciens mentionem de alio statuto, licet illud non inueniatur, tamen valet secundum Doctores in l. admonendi in gloss.in verbo constitutionibus.ff.de iureiur. quod intellige, quando in statuto referente, sit insertus tenor clarè, ita quod de dispositione appareat, alioquin propter incertitudinem vitiaretur,Bald.in l.1.ad fin.Cod.de episc.& cler.

In l.testamento,Cod.de impub.& aliis substit. nota pulchram limitationem ibi, scilicet, quod quando sunt plures hæredes, quorum vnus repudiat partem suam, illa pars repudiata,crescit cohæredibus etiam inuitis, tamen tu limita,vt non procedat,quando ille, qui repudiat primo adiuit partem suam, & deinde per beneficium restitutionis in integrum repudiat,tunc enim illa pars repudiata, non accrescit cohæredibus inuitis, sed transit ad creditores hæreditarios, casus est in l.si minor.ff.de acquir. hæred.& an tacita pupillaris excludit matrem,probata voluntate defuncti, vltra glos.in l. precibus verf. omnimodo C. eod. vide Bar. in l. Lutius. ff. de vulg.& pupill. substit.in princ.& in l.centurio & in l.2.col.2.in verf.ex hoc sequitur, & qualiter tacita testatoris voluntas probetur,in d.l.cēturio col.8.&9.& quot testes requirantur ad hoc probandum in d.l. 2. col. 8.verf.quæro commodo,& Paul. & Alex. in d.l. precibus, in quam vide dec. Affl.38.& in glos.in verf.si vero, vide aliam decisionē Affl.167.quæ glos.est communiter reprobata,vt per Alexan.in d.l.centurio colum.5. & Barto.ibidem colum.4 verf.quid si testator instituit, & communis opinio est, quod huiusmodi compendiosa substitutio facta, si sine liberis intra pupillarem ætatem decesserit,est directa,post vero est fideicommissaria,ita DD.in alleg.loco,& quod substitutio vulgaris tacita, admittatur contra matrem, Bar.in l.1.colum.10.verf.alterius quæro. ff. de vulg.& pupill.& glos.in l.fin.sup. titu. 1. verf. prior, tunc enim tacita pupillaris, quæ continetur sub expressa vulgari, non excludit matrem, cum substituti sunt extranei, quando autem sui, tunc mater excluditur vt in glos. fin.d.l.precibus, & in glos. l. Lutius.ff.de vulg.& pupill. Bar. in l. centurio, col.9.verf. intelligo nisi sint nu. 29. & in l.2. ff.de vulg.& pupill.& Dec.& Alex.in dict.l. precibus.

In l.fin.Cod.eodem in fin.vbi Natura,Pater,& filius,vna,& eadem persona intelligitur, adde,quod adeo est verum,quod dixit Marian. Soccin.in consil.suo 53.incip. magnificè capit, quod non dicitur quis liberè relaxatus de carceribus,quando cogitur ibi filium relinquere pro obside,ad id etiam facit, quod Roman.ait in l.1. ff. de in ius vocan. vt eat, vbi inquit,quod etiam in casibus, in quibus eligitur industria personæ potest quis seruire per filium allegat l.sciendum. §.legati. ff. de legat. & dixit singulariter Innoc. in cap. cum locum,in princ. extra de sponsal. quod si patri fit violentia corporalis, & filius aliquid faciat,vt liberet patrē, quod ille actus dicitur factus per metum,ac si illatus fuisset filio,circa quod vide multa, quæ congerit Hyppol. de Marsil. in l. vnic. Cod. de rapt. virg.tu vero circa id, adde videnda multa per Gabriel.Benedic.in repet. cap. Raynutius,extra de testam.in 2.par.in verf.mortuo itaque testatore,il secondo,num.20. & sequ. & pro materia d.l.& glos.vide glos. in l. gallus.§. 1. & an si quis donat Titio, & eius filio,intelligatur prius donare patri Titio, postea filio? dicas quod non, sed cuilibet intelligitur donata media pars, scilicet vna patri,altera filio, Ias.in cons.157.col. 2. vol. 4.& ibi de materia d.l.fin.

In tit.de liber.præter.& exhæred. ad materiam huius tituli,vide multa,& not.per Cassan.in consuet.Burgund.Rub.7. §.2.fol.232.nu.8. & seq. & in fol. præced. nu.1.& sequen.vbi latè de exhæredatione,& in Auth. non licet, Cod. eodem titu. vide Tiraquell. in l. si vnquam,Cod.de reuocan.don.in princ. nu.77. & in glos.in verf.omnia, vel partem aliquā, num. 24. & an propter alias causas, vltra illas quatuordecim, eis tamen similes procedat exhæredatio? vide Petr.à Plata in epit. crim.cap.1.num.14.& 15.& Mantuan.in locis communibus lib.3.cap.61.per totum.

In l.2.Cod.de iur. deliber. nota, quod soluens debitum paternum præsumitur, vt hæres, quod tamen intellige,& declara, vt per M. Ant.Natt.in cons.140.num.9.& 11.& an ius adeundi hæreditatem præscribatur,& quanto tempore,vltra glos.in l.licet,Cod.eodem vide Bald.in consil.168.num.1. volum. 5. tu adde,quod habet alios triginta annos, ex capite vnde legitimi,quod plenè vide per Gulielm. de Benedict. in repet. cap.Raynutius,

extra de testamen. in 2. par. in vers. mortuo itaque testatore il secondo num.155.& 156. & limita, vt ibi Ruin.in consil. 24. in princ. volum. 1.Gozad.in consil.56. & pro l.si te, Cod.eodem, vide Afflict.in decis.19.num 6. & in l.nec emere, eodem titu. Nota, quod sicut quis inuitus non cogitur emere, ita nemo inuitus cogitur vendere. Fallit tamen primo in §.pen.instit.de his, qui sunt sui, vel alien.iur. Secundo ratione publicæ vtilitatis l. si quis sepulchrum, ff.de relig. & sumpt. funer. Tertio in rebus necessarijs ad victum competentibus, l.1.§. cura carnis, ff.de offic. præfect. vrb. Quarto fauore libertatis, l. 1. inf.de com.ser.man. Quinto in casu, l.2.de patr.qui fil.distrax. Sexto fauore vltimæ voluntatis, vt in casu, l.etsi æquo secundum vnum intellectum, ff.de legat.primo. Septimo in l. quamuis, ff. de pignor. act. licet ibi impropriè sit fallentia. Octauo in odium mentientis, l.Iulianus, § si Titius, ff.de actio. empt. Nono in casu l.fin.Cod.de vend.Rer. fisc.lib.decimo. Decimo fauore Religionis, si testator mandauit construi Ecclesiam in loco communi, secundum Bald.in l.1. §. ne autem Cod.de caduc.toll.alia regula, quod quis non cogitur emere. Fallit primo in l. Iulianus, §.idem celsus, & in l.communi diuidundo, § fin.ff.comm.diuid. Secundo fauore vltimæ voluntatis d.l.etsi equo, secundũ aliam lecturam. Tertio fauore fisci, vt in l. cotem ferro, §. fin. ff. de public. licet ibi loquatur in conductione, & locatione, tu plenius vide per Fabian. de Mont.in suo tract. de empt.& vendit.in quæst.3. principali nu. 38.& sequen tract.volum. 1. Adde quatuor alias limitationes, quas ponit Afflict.in prælud.constit.quæst.3.num.7. & sequen. latè per Socc.in regul.435. et per Rom.in l. 2. ff. sol.matrim.in princ. Quid in barone? vide Frecc.in tract.de subfeud.lib.2.cap.38.auctoritas multa, Gomez.de empt.et vend. cap.2, num.51.et Viu.in primo lib.opin.433.et an filius inpotestatem constitutus, paternam hæreditatem non aditam transmittat ad quemlibet hæredem etiam extraneum? vide plenè per Iacob. de Beluis. in auth. de trient.& semiss.coll.3.colum.5.qui eam disputauit Bononiæ anno Domini 1325.& ad materiam inuentarij, vide multa, & not.per Cassan.in consuet.Burgun.Rub.7.§.13. fol. 280. num. 1. & sequen. latè in tract. de paupertate quæst.9.special.10. num.15.in sequ. fol.205.latissimè Monticulus in suo tract.de inuentario hæredis, vbi fol.120.posuit commentum in l.scimus, Cod.eodem. Adde circa materiam confectionis inuentarij videndum Gulielmum de Benedict. in repet.cap. Raynutius extra de testamen.in 2. par. in verbo mortuo itaque testatore il primo nu. 397.& sequen. vbi multa, & singularia circa hanc materiam, & ibi quæ requirantur ad confectionem inuentarij. Adde, quod si hæres conueniatur, potest excipere de inuentario non confecto, & hæc exceptio impedit omnem litis ingressum, Bar.& Doctores in d.l.scimus, quos sequitur Gulielm. de Benedict.in allegat. loco, num. 399. vide etiam Monticul.in d.tract.fol.56.num.6. & sequ. Roland.in eod.tract.in 4. vtilitate, fol. 165.nu. 1.

In l.3.Cod.de edict.diu.Adr. toll. vide elegantem repet. Seb. Sapiæ, ad quam semper recurras, vbi multa, & not. & an habeat locum in fideicommisso, vide Bar.in cons.91.num. 1.& ad materiam huius l.vide Dec. in cons. 84.num.1.volum.1.& Marant.in suo specul. par. 7. iudiciorum num.11. adde Ruin.in cons.28.num.1.& 2.volum.5. & not.ex hoc tex.testamentum quò ad hæredem, habere paratam executionem, quid autem quò ad legatarios? vide Gulielm.de Benedict. in repet.cap.Raynutius in 2.par.in vers.si absq; liberis more, il secondo num.191.& 192. vbi refert Angel. tenentem instrumentum vltimæ voluntatis habere paratam executionem, licet Gulielm.id dubitet, tamen concordat, vt ibi per eum num.194. Tu vero ad materiam recurre ad Achill. in suo tract. de adipisc.possess. Quæ actio competat pro legatis, & an possit agi via executiua? Duegn. in reg.15, limit.2.& an dispositio huius legis extendatur ad causam intestati, vide Cum.in cons.43.in fin.vbi quod sic.

In l.non dubium Cod.de lega. Nota, quod occupans propria auctoritate rem legatam perdit eam, tu limita non procedere, vt testator eam licentiam dedisset expresse, vel tacitè, puta prohibendo hæredem, ne molestet eum in possessione. Secundo vbi legatarius esset executor testamenti à testatore datus. Tertio in hærede instituto in re certa. Quarto in legatario cui fuerunt relicti fructus annui, de quibus latius per Gulielm. de Benedict.in repet.cap. Raynutius, in vers. si absque liberis, il secondo, num.146. Ang. in tract.de testam.glos.28.Nota, quod appellatione cautionis non venit fideiussor, l.3. C. de verbor.signif.Fallit si fuerit dictum sufficienter, vel idoneè caueas, quia intelligitur cum fideiussore, Felin.in cap. ad nostram, extra de iureiuran. vbi multas alias limitationes ad d.l.ponit, vide etiã addita ad Abb. in cap.prout, nu.10.de dolo, & contum. vbi multa.

In l.3.Cod.de fideicomm. vide Iacobin. in l. si certis annis, nu.10. Cod.de pact. vbi inquit, quod lex ista non solum habet locum in casu suo, verum etiam in legato dotis.& legato facto ad refectionem viarum, & pontium, tu vide plenius per Gulielmum de Bened. in repet.cap.Raynutius, in 2.par. in vers. si absque liberis il secondo, num.180.& sequ. & ibi multa, & not.de huius l.intellectu, & decla-

declara,vt in num.190. ex quo not.quod in annuis præstationibus,licet agere pro futuro tempore, ne singulis annis agere cogatur, adde Rip. in l.ita stipulatus num.92. ff. de verbor.obligat.& dec. Pedem.130. num. 15. & in l. 2. Cod eodem. Nota,quod soluens ex dispositione minus sollemnis voluntatis, non repetit, Adde,vt procedat, etiam in rustico,ex quo errat in facto, vt per Bald.in d. l. 2.& per Bald. in d. l.eundem in rem verso in 3.colum.ff.de vsur.per tex in l.litibus,iuncta glos.Cod.de agric.& cens.lib.11.Bald.in l.si certis annis Cod de pact. Ant.de Butric. & Doctores in cap. peruenit de cens. licet Speculator,quoniam Bald.simpliciter refert in l.solent,ff.de offic.procons. tenuerit contrarium, Adde pro materia DD.in l.si quis sup.de iur.& fact. ignor. An autem sibi in aliis legatis præiudicauerit propter huiusmodi agnitionem,vel quo ad tempus,si hæres non tenebatur legata soluere, nisi post certum tempus,& ante soluerit,vide Guliel. de Benedict.in repet.cap.Raynutius extra de testamen.in 2.par.in vers.si absque liberis more,il secondo, num. 170. & ibi plenè de materia dict. l.& ibi an sit differentia inter approbationem tacitam testamenti, vt supra,& expressam, ibi etiam videbis, quando ex tacita approbatione inducatur obligatio soluendi in futurum, num.179. adde ad l.voluntas C.eodem,quod hæc lex non comprehendit filios inter se, Bald.in consil, 498.volum.1.Gozad.in cons.94.vbi eleganter Rip.lib.1.responsorum cap.1. defuncto, num.57.& lib.2.num.26.cap.25. feudalibus constitutionibus, vide Angel.in consil.191. vbi multa,& quotidiana, Adde an prohibitus alienare,simpliciter possit in Ecclesiam, vide Barto.in l.si ita quis.§.ea l.num.9.ff.de verbor.obligation.& not.singulariter,quod prohibita alienatione, non censetur prohibita institutio hæredis etiam extranei; Cotta in suis memorialibus, in verb. alienatione,& ad materiam dict.l.vide DD.in consil. 23.per totum volum.1.consil. 236.num. 7. volum.2.& in consil.357. in princ. eodem volum consil.422.consil.425.& 481. per totum volum.3. & plenè per Soccin.in consil. 127. per totum,volum. 2. in quibus locis fit differentia per DD.quando simpliciter cautum est,ne bona alienentur, & quando adjiciuntur illa verba,ne deueniant extra familiam,vel æquipollentia,vide Rom.in consil. 457.& Alexan.in consil.56.volum.1. & in consil.59.volum.3.Soccin.in cons.251.col.3. volum.2.& in consil.49.colum.pen.volum. 1. Alexan.in cons.5.volum.3.Add.Curt.iun. in suo cons.114.num. 16.& sequen. & cons. 28.per totum,& cons.121.cons.141. num.8. & sequen. & in consil. 167. volum. 2. & in cons.43.nu.8.& sequen.volum.1.vide etiam Cum.in cons.190.& Curt. sen. in consil.40. Alexan.in cons.88.volum.3.vbi plenè,& ibi etiam videbis an possit confiscari,& in cons. 165. consideratis verbis testamenti. volum. 2. & an talis prohibitio facta filijs, porrigatur ad nepotes, & an dicatur in casu alienationis tantum inductum fideicommissum, vide Dec. in cons.182. et seq. contra quem in eodem casu consuluit Ruin.in cons.127. volum. 2. et ad materiam dictę legis adde Aymon.in suo tract.de antiqu temp. par.1. sectione;ampliatur nunc,num.33.et Dec.in cons.38.num.1.et sequen.volum.1.Et an testator prohibens filios alienare, videatur prohibere nepotes? vide Alexan. In consil. 1.volum.1.colum.penul.vers.vnde videmus, quod si testator.An autem prohibitus alienare extra familiam, possit in filias maritatas?vide Ferdin.Loazes in l.filiusfamilias,§. diui num.19.et sequen ff de leg. 1. et limita vt ibi, et an huiusmodi prohibitio impediat ne talia bona in fiscum transeant,vigore alicuius delicti,Ias.in dict §.diui,in 2. lect. in 6. not.et alij, quos refert Cotta in suis memorialibus, in verbo alienatione prohibita in fin. vbi multa ad materiam dict. l. et Roder. Suarez alleg. 3. Adde, quod res prohibita alienari extra familiam, poterit alienari de consensu omnium de familia,l.quoties,cod. tit.de fideicom. tamen nesciturі ex eis poterunt reuocare, Gulielm. de Bened. in repet. cap.Raynutius in verbo,et sobolem, quam gestat in vtero nu.49.

In l.si veritas,iuncta etiam l.ex testamento,eodem tit.Nota,quod ex inutili,et minus sollemni testamento, nihil deberi, adde,quod hoc ita demum verum est,si testator voluit sollemniter testari, et si noluit suas dispositiones in sola fide hæredis ponere,Gulielm. de Bened.in repet.cap. Raynutius,in 2.par. et vers.si absque liberis more il secondo,nu. 169. et sequen. et ibi latè quando ex minus sollemni voluntate,legatum debeatur, et in l.cum acutissimi,adde Tiraquell.in repet.l. si vnquam,Cod.de reuoc. don. in glos. in verf. omnia, vel partem aliquam, num.1.et 3.et in l.quæstionem eodem sup.titu.adde Igneum in l. aperire, num.34. & sequen.ff. ad Syllan.vbi latè,et Vasqu.in tract.de success.creat.progre.et resolut. lib. 3. limit. 18. fol.39.num 5.et sequen. vbi ponit in d.l. sex intellectus,et not.quod hæres post iussum iudicis infra annum non exequens iustum testatoris iudicium,priuatur omni lucro hæreditario,qualis autem requiratur monitio, et alia quamplura, et not. et vide per Gulielm.de Benedict. in repet. cap. Raynutius, in 2.par. in vers.si absque liberis more,il secondo,num.199 et sequen. et ibi etiam videbis,quid in legatis pijs,quam materiam amplia, et limita, vt ibi etiam istud procedat,in hæreditate damnosa, ibidem nu.213. & pro intellectu auth. hoc amplius,eodem tit.

titu.vide Gozad.in consil.34.nu.3. Alba in conf.48.

In l.1. Cod. comm. delegat.not. quod pro legatis,& fideicommissis tres actiones competunt, adde Gulielm. de Benedict. in repet. cap.Raynutius,in 2. par. vers. si absque lib. more, il secondo num. 55. & limita,& declara,vt ibi per eum,& num.154. & pro materia l.2.eodem titu.vide eundem Gulielm. in allegato loco, num. 145. & 149. & num. 232.videbis etiam octo casus, in quibus differunt legata à fideicommissis, & in l. 3. §. fin autem, eodem titu.vide Marc. Man. in suo consil.140.incip.cum alias, num. 23. & 26. Et an pro rebus restitutioni subiectis, quis teneatur satisdare, vide tex.& DD. in l. inter omnes,ff.qui satisd.cogant. & in l. in omnibus, ff.de iudic. vide etiam DD. in l. peto,§.fratre,ff.de legat.2.& in Authen. res quæ, eodem titu. vide multa, & nota ad materiam per Fab.in tract.de empt. & vend. in 4.quæst.princ.versic.22.& vltimo quæro, & an possint alienari pro redemptione captiuorum, vel carceratorum, vide Vasquez de succ.progre.& resol.lib.1,§.4. num.14.& sequen.vbi multa,& quando possint alienari res restitutioni subiectæ,vide Bal.in cons. 327.& consil.423.volum.4. & Bertrand. in consil. 18.volum.2.& Dec.in cons.323.num. 1.volum.2.& in d.auth. vide etiam Crotũm in l.1.num.50.ff.solu.matrim. & Alexan. & cęteros in l.filiusfamil.§.diui,ff.de leg.primo & eundem Alexan.in cons.56.volum.1.& in conf.3.& 55.volum. 3. & in conf.64. vers. istud autem certum est,volum.4.vbi etiam videbis,nunquid d.Auth. procedat in dote restituenda, adde & Bald.Nouell.in tract.de dot.in 8. priuilegio speciali 13. adde, quod res subiecta restitutioni potest alienari propter restitutionem eius, qui restituere tenebatur, vt voluit Bar.in l. quemadmodum colum.2.Cod.de agr.& cens.lib.11.imo propter redemptionem sui filij,vt Barto.& omnes in d. Auth. sequitur Tiraquell. in consuet. de ll. connub. glos.6.num.273. adde, quod de rebus restitutioni subiectis,non potest dotari filia spuria, Bald.hic, & Gulielm. de Bened.in pluries allegatus,in cap.Raynutius in princ. num. 33. & ad materiam adde Pau.de Cast.in cõs.15.circa ca,vol.1.& Nat. in cons.61.Mant.in cons.291.nu. 1.& §.emptor, intelligas, vt habeat locum inter emptorem, & venditorem tantum,non autem inter euincentem, & emptorem, nequam excludit emptorem à recuperatione meliorationum,respectu euincentis,ad quem perueniunt sine causa illæ meliorationes, add. quod mulier etiam tempore matrimonij,est in potestate patris,l.si vxorem, Cod.de condit.insert.tu adde Riminald. in consil. 515. num.1.volum. 3. Gram.in decis.54. per totam,Dec.in l.1.nu.2. Cod. vnd.vir.& vxor.

In l.sancimus, Cod. ad Senat.consult.Trebell. in glos.in verbo per contumaciam, vide Ias. qui reprehendit dictum glos. in l. properandum, §. 1. sup. de iudic. quia non probatur contumacia eo ipso, quod reperitur citatio sine comparitione in actis registrata, quod amplia, vt procedat etiam in criminalibus, secundum Barto.& Imol.in l. inter accusatorem, ff. de publ. iudic. quod intellige vbi proceditur per viam accusationis, secus si per viam inquisitionis per dictum Bar. absentem, ff.de pęn. Bald. tamen in l.si tutor, Cod.de interd.matrim. sublimitat istud, vt non procedat quò ad effectus, qui ipso iure resultant,in dispositione legis,vel statuti,scilicet quod contumax habeatur pro confesso,dato,quod non fuerit incusata contumacia, & eum sequitur Ias. in l.properandum, §.1.supra de iudic. sed quia Abb.in cap.fin. sup de iuram calumn.& glos. in cap. 2. de confess.in 6.tenent,quod adhuc etiam requiritur pronunciatio Iudicis, hanc limitationem non satis affirmo, & ista pronunciatio non potest fieri,nisi parte petente, iux. glos. in l.scimus,supra de inoff. testam. & in cap. fin.vbi Abb.ext.de rescrip.

In l.vnica §.in nouissimo, Cod. de caduc. tollen adde Cotas.in l.si arrogator, ff. de adoptio.qui ait,dispositionem d. §. tunc locum obtinere,cum quid iudicio testantis,eodem titu. vniuersali defertur, tunc enim non agnitum,non transmittitur,l.3.§.penul.ff.de bon.possess.l. si auiæ sup. de iur.deliberand. adde etiam Bart. in l. ventre, ff.de acquiren. hæred. & Ias.in l.emancipata sup.qui amitt. in l.3.& in l.si infanti, supra de iur.deliber. & an hæreditas non adita per descendentem transmittatur ad quoscumque successores suos,& an præscriptio currat aduersus hæreditatem non aditam, & qualiter intelligantur statuta de præscriptionibus loquentia, vide per Fulgos.in cons. 64. Nota, quod legatum, vel fideicommissum conditionale, ante impletam conditionem,non transmittitur ad hæredes §.fin autem,in d.l.vnica, adde quæ Tiraquell.congessit in tract. de retract. §.1.glos.2.num.24. idque etiam in filijs,& suis hæredibus ibidem num.25. & in l. penul. Cod. eod. Nota,quod licet cautio legatorum possit remitti per testatorem, tamen cautio de vtendo,& fruendo arbitrio boni viri secus.Adde Dec. in consil.565.nu. 4.& 5.volum.3.et distingue, vt ibi per eum, Bellon.in cons.54.num.3. Dec. in cons. 418. latè Vasq. de succ.creat. proreg. et resolut. §.7.num.22.et ibidem num. 23. an possit remitti per hæredem, et in num. sequen. quid de illis rebus, quæ vsu consumuntur, et ibidem recurras circa alias qq. emergentes,et Rol.à Valle in 1.volum.cons.92. vbi multa, et not.

In Authen. defuncto Cod. ad Senat. consult.

Ter-

Tertull.adde pro illius materia elegans consilium Cum.122.per totum, & Cassan. in consuetud. Burgund. Rub.7.§.6. num. 5. & sequen.& limita, vt ibi per eum. Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, dec. 5. nu. 70. & sequen. Alexan. in consil. 79. in princ. & in Authen. & cum solis, Cod. eodem, vide Bellon. in consil. 31. num. 6. & sequen. & in l. omnem eodem titu. vide pulchrum consil. Mantuæ 335. & Afflict. in dec. 75. vbi Vrsill. & Socc. iunior in consil. 8. volum. 1. sed magis diffusè Gabriel in suis conclusion. lib. 3. conclus. 9. adde etiam Dec. in consil. 246. requisitus ab illus. in fin. volum. 2. in Authen. cessante, Cod. de legit. hæred. vide Caprã in consil. 3. & Dec. in consil. 1. volum. 1. Angel. in §. cum filius num. 2. instit. de hæredit. quæ ab intest. defer. Cassan. in consuetud. Burgund. Rub. 7. §. 11. num. 6. vbi de intellectu d. Authen. & ibidem nu. 12. Limitat, eam non habere locum in feudalibus, Adde Vincen. de Franch. in decisio. Sac. Consl. Neap. 24. & Neapod. in consuetud. Ciuit. Neapol. in tit. de success. ab intest. & quod filij ex vtroque latere præferuntur filiis ex vno latere tantum, vide Alexan. in cons. 56. & in consi. 79. num. 3.

In l. sciant Cod. de legit. hæred. Adde Bart. in l. si minores, ff. qui pet. tut. & in sua quæst. 18. num. 4. vbi etiam videbis quid in substituto, & si mater substitutione durante, ei tutorem petere teneatur, & ibi dicit Bart. nu. 13. hanc legem scriptam esse solum illis, quorum primo spes est successionis patre mortuo, id quam colligi ait ex illis verbis defuncto patre, vide etiam Calcaneum in cons. 33. num. 11. & 12. qui contra Bar. sentit eam opinionem firmat idem Bar. in cons. suo 18. num. 2. & 3. & vide Bald. in cons. 92. et 154. volum. 2. Ancharan. in consil. 104. Paul. de Castr. in cons. 245. & ex glos. in ver. moritur nor. quod minori pœna minoratur; nam licet post delictum commissum maior fiat, punitur tamen vt minor, Adde Marsil. in l. infans, ff. de sicar. & in l. de minori, ff. de quæst. in fin. princ. Panorm. in cap. fin. de sẽt. excom. dicit contra aliquid per Fel. in cap. exhibita ext. de homicid.

In Authen. itaque mortuo, Cod. com. de succ. vide Cassan. in consuetud. Burgund. Rub. 7. §. 6. num. 2. vbi multa in vers. dictum est, Mandell. in consil. 87. in princ. & ibi quid in materia statutaria per totum, & Ruin. in consi. 28. volum. 3. & in consuet. Turo. in Rub. de succ. feud. fol. 124. colum. 4. Alexan. in consil. 56. & quod frater vtrinque coniunctus, præfertur fratri ex vno latere tantum vltra glos. in vers. exceptis in l. de emancipatis Cod. de legit. hæred. vide Mant. in consil. 280. & in authen. nisi Cod. de bon. matern. Adde Feli. in materia de præscript. extr. num. 4. vbi tenet, quod directum dominium non acquiritur præscriptione, id tamen fallit nouem modis, vt ibi per eum, & Ioan. Andr. in Regul. poss. de regul. iur. in 6. colum. 19. inquit, quod præscriptio tollit dominium directũ, quo ad effectum, non quo ad totalem eradicationem, adde Bald. in l. cum quis, 8. colum. vers. quartum exemplum supra de iur. & fact. ignoran. filii non debent esse deterioris conditionis quam nepotes, l. 3. Cod. de bon. matern.

In l. 3. Cod. de bon. quæ liber. pro illius intellectu, vide pulchrè per Cum. in consil. 122. & Corn. in cons. 286. num. 10. volum. 1. & in consil. 265. num. 21. volum. 4. & consil. 7. nu. 3. volum. 3. reputat hunc tex. singul. Bar. in l. post dotem in fin. ff. solu. matrim. de quo vide ibi Scribentes, Quid autem si sit Auia materna, vna cum paterna, vide eundem Bar. in consil. 215. & Guid. Pap. in consil. 50. volum. 1. vbi voluit Auiam maternam succedere in bonis nepotis, quæ venerunt ex linea materna, & è conuerso in linea paterna, hanc opinionem sequitur Ias. in d. l. post dotem, & Paul. hic. Et an pater, qui habet vsumfructum in bonis filij, rationem redere teneatur, Cum. in cons. 88. tenet, quod non, & neq; de illis bonis teneatur inuentarium conficere, adde Bertrand. in consil. 243. & Dec. in consil. 178. vbi multa ad materiam facientia, & Alexan. in cons. 131. Quid autem in fratre maiore administrante, vide Ias. in l. si hæres, ff. de iureiuran. circa finem, & Crot. in l. nemo potest, colum. 19. de leg. primo, vbi multa circa hanc materiam, Socc. in consil. 213. volum. 2. Dec. in consil. 225. Hyppol. in singul. 433. Bertrand. in consil. 77. Ias. in consil. 157. colum. fin. volu. 4. de cuius materia vide tex. in l. quæcumq; Cod. de bon. quæ liber. quem limita non habere locum in dote aduentitia, Iason in l. post dotem. num. 109. solu. matrim. in l. Marcellus num. 56. ff. ad Trebellian. Bald. in cons. 7. punctus talis est, volum. 3. Iacob. in l. profectitia. ff. de iure dot. Aimod. in consil. 84. per totum, & an filius in patria potestate constitutus, hodie habeat hæredem in bonis profectitijs, vide decis. Delphin. 147. & aduerte, quod dicta lex quæcumque, non habet locum in feudo acquisito per filium; Nam tunc filio remanet etiam vsusfructus, cum feudum detur propter seruitium, cap. 1. in fine, in quibus causis feud. amitt. & tamen vide And. in cap. 1. colum. 4 qui feud. dare poss. Pater verò hoc casu commoditatem fructuum, not. quod ex substantia patris esse videtur, si aliquid filio eius contemplatione datum sit, tu vide Barbat. in consil. 40. in princ. volum. 2. vltra glos. in vers. ex eius substantia, in l. cum oportet, Cod. eodẽ, in princ. in quam vide Soccin. sen. in consil. 192. volum. 2. incipit, Capio difficultatem. colum. 1.

colum. 1. & Ascan. Clemen. in tract. de pat. pot. effect. 2 fol. 56. & limita illam, vt per Io. Durante in cautela prima de att. test. vltim. remed.

In Authen. excipitur, Cod. de bon. quæ liber. adde Paris. in consil. 74. num. 77. vbi de materia dict. Authen. sentit, quod prohibitio testatoris ne patri vsusfructus quæratur, debet esse expressa, non tacita, & ibi dicit, quod vsusfructus, quod patri quæritur in aduentitijs, durat etiam post mortem filij, volum. 3. & Soccin. in consil. 198. in fin. volum. 2. & ad ampliationem illius vide Ias. in l. cum filiofamil. colum. 30. de legat. primo, vide plures casus, in quibus patri non quæritur vsusfructus, in auth. vt liceat matri, & auiæ, in glos. in princ. & modifica, vt in quibus casibus pater non habet vsumfructum, habeat tamen commoditatem in illis rebus, Angel. in §. 1. colum. 2. instit. per quas person. nob. acquir. sequitur Ias. in l. cum filiofamil. colu. 30. de legat. primo, quod etiam procedit in feudis, Ias. ibidem, & non solum procedit in casibus prædictis, sed et in omnibus casibus, in quibus de iure Digestorū fideicōmissum non habet dilationem ad tempus, cum sui iuris erit, l. vbi purè, ff. ad Trebell. l. fideicommissa, §. si filio de leg. 3. not. glos. & Bart. in l. si vsusfrufructus, colum. antepen. ff. quan. dies leg. ced. Ias. in allegato loco colum. 3. de leg. 3. vbi multa ad materiam d. authen. & an pater in casibus in quibus non habet vsumfructum, sit legitimus administrator, vide per Loffred. in consil. 10. num. 18. & not. ex tex. in l. cum oportet, Cod. eodem, ibi vel laboribus suis, quod quæsitum per filium ex eius industria, & labore, non ex bonis patris sibi quæritur, et non patri, ita Bar. in suo tract. de duob. fratr. §. 2. quæro, Guid. Pap. in cons. 222. Bald. in auth. ex testamento, colum. 3. vers. decimū capitulum, Cod. de coll. Bertrand. in consil. 42. volum. 3. nequam cum fratribus communicare tenetur, & sic patri vsusfructus, filio proprietas quæritur, Quid autem si filiusfamilias negotietur ex pecunia paterna, vide Bertrand. in cons. 284. num. 4. volum. 3. et ad intellectum istius §. vide etiam Ang. l. in cons. 85. vbi singulariter in filio negotiatore ex pecunia paterna, et cuius sit lucrum, et an petere possit salarium, et quas operas filius patri præstare teneatur obsequiales, an fabriles? et vide Ioan. Baptistam de Sancto Seuerino in l. frater à fratre quæst. 13. ex cuius dictis sume conclusionem, quod si filius locat operas suas, salarium erit aduentitium, et de illo filius viuet, et residuum patri consignabit, ratione vsusfructus, An autem filius sine consensu patris, operas suas locare possit? vide Guid. Pap. in cons. 222. par. 3. et Alberic. in l. 1. §. huius studij, ff. de iust. et iur. et ibi Ias. num. 16. de quæsitis per filium ex pecunia patris. vide Soccin. sen. in consil. 161. in princ. volum. 2. vbi multa, et ex glos. in auth. item hæreditas, nota, quod instituto patre, et filio ab extraneo, pater in portione obuenta filio, non habebit vsumfructum, de quo per Aret. in §. 1. colum. penul. inst. per quas pers. nob. acquir. et glos. in l. 3. supr. de vsufru. quæ ponit casus, quando quæritur vsusfructus patri, vide Crot. in l. frater à fratre, num. 29. et ad vltimum dictum glos. vide Dec. in cons. 293. num. 7. et in casibus, in quibus patri non quæritur vsusfructus, filius habet legitimam personam standi in iudicio, Ias. in §. pœnales instit. de action. num. 88. Aimod. in consil. 37. in fin. Socc. in cons. 34. colum. 2. volum. 2. et ex §. non autem nota; quia pater non tenetur reddere rationem administrationis bonorum filij, tu vide Bald. in l. 2. Cod. famil. hercisc. et Cassan. in consuetud. Burgund. Rub. 6. §. 7. num. 3. vers. quantum ad secundum, et limita vt ibi per eum.

In §. sed cum tacitas in glos. initium, et glo. precedenti dubitatur, an huiusmodi hypotheca sit nota, antequam malè administret, vel postea, et licet aliqui dicant, quod ante malam administrationem, contra patrem, non sit nata obligatio personalis, tamen Ruin. in consil. 77. num. 5. volum. 5. tenet, quod administratione suscepta, statim est obligatus res saluas facere, et sine fraude administrare, est et alia specialis, quæ oritur ex mala administratione, et istam in tempore antecedit hypotheca, et trahitur retro ad tempus hypothecæ, ex quo infertur, quod si pater aliqua debita contrahat ante malam administrationem, filius erit potior, et sic inspicitur principium.

In l. cum non solum, Cod. de bon. quæ liber. ibi liberam habere licentiam, adde, quod si per lapsum temporis filius sit exclusus, an admittatur mater? vide per Alexan. in l. 1. colum. 4. sup. qui admitti, et si pater recusat dare consensum filio suo in adeundo hæreditatem, si filius adiit, ex hæreditate illa, nihil pater quæritur, vt ait etiam Bart. in Rub. ff. de pecu. & Alex. in l. nemo in princ. ff. qui testam. fac. poss. & quæ sit differentia inter authoritatem, & consensum, & licentiam, vide Petr. de Rauenn. in suo Alphabeto, in verbo authoritas, & an filio repudiante hęreditatem, pater admitti debet, vel substitutus, vide Barto. in l. 1. colum. 7. vers. sed dictis, ff. de vulg. et pupill. Et pro intellectu huius tex. vide quæ scribit Dec. in l. bonorum colum. 2. sup. qui admitt. et in vers. necessitate, vide Bald. in consil. 7. volum. 3. vbi ad intellectum ponit, quod licet iuditium sine consensu patris, intentatum per filium, vel filiam, sit ipso iure nullum, ampliat etiā procedere in dote, temperat tamen sol. mat. quo casu patri competit vsusfructus, vnde

actio

actio intentata per filiam esse malè intentata sine consensu patris, secus autem constante matrimonio, et dum not. hic, quod filius non potest esse in iuditio sine consensu patris, vt procedat etiam in summariis, et executiuis, tamen vbi non est contradictor, potest sine consensu patris officium Iudicis implorare, vt pulchrè Ias. in l. 1. colum. 3. in fin. sup. qui admitt. et colum. 4. in princ. et an consensus patris sufficiat in quacumque parte iudicij, vide Afflict. in dec. 180. et Alexan. in l. 1. supr. qui admitt. Affl. in constit. incip. lite legitime contestata, dicit, quod in casibus, in quibus patri quæritur vsusfructus, requiritur eius consensus. Not. etiam; quod si pater recuset filio agenti consentire officio iudicis cogitur, & non sufficit generalis, sed specialis consensus, & debet præcedere consensus, nam postea ratihabitio non sufficit, vt per Aret. in §. ius autem, Inst. de patr. pot. contrarium tamen tenet Affl. in d. dec. 180. dum ait sufficere consensum in quacumque parte iuditij, super quacumque re, siue patri vsusfructus quæratur, siue non, licet quando patri vsusfructus non quæritur, licitè agat sine consensu in d. decis. & l. nemo supr. qui testam. fac. poss. adde hic, quod dixi supra, contradictore non existente, filium sine consensu agere posse, adde Marant. in l. is potest num. 9. ff. de acquiren. hæred. & pro limitatione d. §. necessitate, vide Hyppol. in tit. de quæst. §. præterea, num. 128 Bar. in l. si constante colum. 8. vers. intelligas, ff. solu. matr. & quando in iudicio filiusfamilias agere possit sine consensu patris; vide Aret. in §. actiones, instit. de action. colum. vlt. & penul. Hyppol. in Rub. de fideiuss. num. 117. & Alexan. in d. l. nemo colum. 1. & an filiusfamilias maiori agenti, requiratur consensus, & quid si conueniatur, & quid in minori, vide Lanfranc. in sua pract. in vers. confessiones, num. 3. & sequen. & ibi glos. in litera plenissimè, & pro intellectu, & limitatione, adde Aret. instit. de tutel. in princ. n. 2. Ias. in l. non solum, nu. 14. ff. sol. matr. vbi ait intellectum Bar. hic cõiter non teneri, adde, quæ habentur per Filipp. Fran. in cap. si annum §. in huiusmodi num. 2. & 5. de iudic. in 6. & Cotta in versic. filiusfamilias, adde pro ampliatione, quod procedit in iudicio summarissimo, Bar. in l. fin. §. 1. in fin. ff. de verb. oblig. & quæ latè Specul. in titu. de actore col. 9. num. 22. & sequen. & ibidem num. 42. videbis an possit renunciari huic l. vide Aret. in §. actiones autem de pec. colum. penul. & fi. Ias. in l. quoties in fin. supra de fideicom. & in auth. & quod locum supra de coll. adde, quod nec procuratorem constituere potest filiusfamilias, vbi patris exigitur consensus, l. filiusfamilias, vbi Bald. ff. de pec. Spec. in tit. de procur. §. 1. item quod instituens num. 10. Hyppol. in l. si quis ne quæstio colum. 8. num. 44. ff. de quæst. & in singul. suo 40. & limita, vt per Socc. in regul. 151. & Iacob. in l. 3. nu. 8. Cod. qui admitt. vbi pater, & filius obligati in instrumento guarentigiato, potest filius sine consensu esse in iudicio, ad quæ adde Bald. in l. 3. §. sed vtrum colum. 2. ff. de minor. vbi assignat rationem, ad quod si pater, & filius simul agant, ad inuicem videntur consentire, Dec. in cons. 418. num. 6. volum. 3. quid in criminalibus, vide Angel. instit. de tutel. in princ. & ibi, & quid in actione personali, de quo pulchrè Guid. Pap. in dec. 54. & Bar. in l. fin. §. pupillus, ff. de verb. oblig. adde etiam Marant. in suo spec. dist. 16. iudiciorum, num. 15. 16. & 23. latè Neuiz. in consil. 18. Quid in summarijs, vide Viu. in com. opin. in vers. filiusfamilias, fol. 81. multa Suarez in suis allegat. in tit. de las deudas, nu. 31. fol. 519.

In §. fin autem, vltra Baldum hic, vide Corn. in cons. 9. in fin. volum. 2. vbi pater non tenetur satisdare, quando habet vsumfructum in bonis filij, vt hic idem Corn. in cons. 267. num. 8. volum. 4. & Dec. in consil. 265. nu. 5. idem Dec. in regul. diuus colum. 1. de regul. iur. Bald. in l. 4. supra de vsufruct. vbi dicit, quod nec etiam fiscus tenetur satisdare, si est vsufructuarius, & est glos. in l. 1. § si & fiscum ff. vt leg. nom. cau. quid autem in matre, vide Ias. in cons. 157. in fin. volum. 4. & in §. filis autem, vide Bertrand. in cons. 106. nu. 4. vbi filiusfamilias etiam cum iuramento in præiudicium suimet, non potest alienare bona, in quibus pater habet vsumfructum, eo non consentiente, & cons. 317. num. 3. vol. 3. neque delinquendo bona ipsius filij, confiscantur, neque quò ad proprietatem, neque quò ad vsumfructum, Aret. in cons. 14. vbi pro quibus, quid autem si filius ingrediatur monasterium, vide Bar. & alios in authen. ingressi, num. 46. de sacrosan. eccl. adde, quod de bonis aduentitiis, quibus patri vsusfructus non quæritur, potest disponere inter viuos filius, secus in donatione causa mortis, Aym. in cons. 84. num. 9. & in cons. 92. num. 1. & adde, quod si filius donat bona aduentitia contemplatione matrimonij, seu propter nuptias, sine consensu patris, valet donatio, & an filia possit donare dotem viuente patre, & filius disponere de bonis aduentitijs, morte patris confirmetur, Aym. in cons. 39. & cons. 92. & an pater habeat vsumfructum in dote profectitia filiæ, & an filia de dote in qua habet vsumfructum possit disponere inter viuos, seu in vltima voluntate, Aym. in cons. 84. & quod filius non possit de bonis in quibus pater habet vsumfructum disponere contra eius voluntatem, vide Dec. in l. pen. sup. qui testam. fac. poss. vltra Bald. hic, quem refert Hyppol. in sing. 140. vbi dicit, quod iuramentum præstitum à filiofam. sine consensu patris non valet,

nec ipsum obligat, vide etiam Bar. in l. frater à fratre colum.. Quod autem filius non possit bona, in quibus pater habet vsumfructum alienare, tenet etiam Affl. in dec. 241. ea vero in quibus patri non quæritur vsusfructus, possunt per filium alienari, vt per Paul. hic, & Bar. in l. non solum, ff. solu. matrim. Nam quando pater habet vsumfructum dicitur legitimus administrator filij, l. 1. supra de bon. matern. vnde non potest filius sine eius licentia alienare, firmat glos. in authen. excipitur hoc eodem tit. Item nota, quod in publicatione bonorum, nō venit peculium aduentitium, Bar. in l. si finita, §. si de vectigalibus. ff. de damn. infect. quod tempera, quando patri competit vsusfructus, alias secus, Ruin. in cons. 24. vol. 5. colum. 2. & seq. & licet filiusfamilias possit bona peculia, in quibus patri non quæritur vsusfructus alienare, non tamen poterit de eis testari, vel codicillari, l. pen. & fin. qui testamen. fac. pos. vbi Alexan. quod ista est communis opinio, adde, quod in confiscatione bonorum filij non venit peculium castrense, quia dominium est de iure apud filium speciali, Ruin. in consil. 25. num. 4. volum. 5. tu autem pro maiori intelligentia forma tres conclusiones, prima. quod publicatis bonis filij, peculium profectitium nō censetur publicatum, quia in eo pater habet dominium, l. centum supra famil. hercisc. & ibi glos. vnde tanquā aliena, non comprehenduntur in publicatione. Secundo, fit conclusio, quod publicatis bonis filij, aduentitia non dicuntur publicata, quia cum non possint alienari contrahendo, neque etiam delinquendo. Bar. in d. l. si finita colum. penul. Tertio, quod publicatis bonis filij, non veniunt castrentia, vel quasi, casus est in l. 3. infr. de bon. præscr. per quam ita Bar. in l. si finita, §. si de vectigalibus, de damn. infect. & an pater in maternis, vel aduentitiis possit agere sine consensu filij? vide latè per Vasqu. de succ. crea. progre. & resolut. §. 6. num. 53. circa finem, & pro materia d. §. filijs autem, adde videndum Gulielm. de Bened in repet. cap. Raynutius in verbo matrem insuper Cleram, num. 14. & sequen. vbi latè, & not. in tex. ibi, melius, quod iuueniles calores sunt coarctandi, ne cupidini dediti, tristem exitum sentiant.

In l. fin. Cod. de fideicomm. libert. Nota, quod sententia debet esse conformis libello, de quo vide multa per Vant. in tract. de nullit. senten. ex defect. processus num. 97. & ibi, quod satis est, si id virtualiter in sententia compeehendatur, vide Franc. Marc. in dec. 13. vbi multa, & Afflict. in dec. 3. adde, quod ex d. l. fin. Gulielm. de Bened. in repet. d. cap. Raynutius, in 2. par. in vers. si absque liber. more il secondo, secundum vnum intellectum, colligit tria singularia. Primum, quod vbi actor nil probauit etiam semiplenè, etiam si nullam habeat pro se præsumptionem, tamen cogere poterit Reum ad iurandum, licet alias absoluendus per l. qui accusare, Cod. de edend. secundum quod hæres, cui à legatario, vel fideicommissario defertur iuramentum, non potest illud referre per hanc legem. Tertium, quod si hæres neget fideicommissum in testamento relictum, & de hoc iurare recusauerit, perdit beneficium excipiendi, & allegandi testamētum inutile propter defectum sollemnitatis, idque mirabile inquit, quod nuda voluntas vltima restituatur, l. auxilio propter mendacium, tu ibi eum videto.

In Authen. ad hoc, Cod. de lati. liber. tolle. in fine. Nota, licere domino plagis mediocribus seruum suum castigare, Bald. hic ampliat etiam procedere in nobilibus de hominibus suis, & marito suam vxorem castigare ex causa, & incarcerare, vt per DD. in l. si constante, §. si maritus. ff. solu. matrim. & Ias. in l. fin. colum. 21. vers. ego addo supra de iur. emphit. Item etiam licitum est filium in potestate castigare, & incarcerare, l. 1. & 2. sup. de patr. qui fil. distrax. & in l. congruentius sup. de pactis, secus in filio emancipato, ita Bald. in l. libertas, de obsequ. patr. præstā. item permittitur creditori. l. eleganter, §. plane, ff. de pignor. act. Quod tamen primo dictum est, non satis affirmo, cum domino nō sit permissum seruire in suos subditos, quāuis iurisdictionem habeat in eos, probatur in d. l. libertas ibi, nequam vincula perpeti, vnde Ioan. Fab. in l. vnic. Cod. de offic. com. sac. palat. lib. 10. quod subditi grauati debēt eximi à iurisdictione dominorum, prout etiam probatur in l. si postulauerit, §. iubet, ff. de adul. & in l. 2. de his qui sunt sui, vel alien. iur. idque Iudex ex officio prouidere potest, licet à vassallis non petatur, l. illicitas, §. ne potentiores, ibi nec innocentibus, & ibi Bald. de offic. præsid. Imo domino potest interdici administratio, si eos grauet, Guid. Pap. in quæst. 62. & de facto possunt subditi restituere domino, Ioan. Fab. in l. omnes iudices, supr. de appellat. debent enim domini suos subditos ab aliorum iniuriis tueri, & defendere, & non deglutire, Bald. in cap. 1. §. marchio colum. penul. vers. extra quæro, qui feud. dare poss. & de hac materia vide Iacob. in auth. qui res nu 5. sup. de sacrosan. eccles. & in tract. de homagio vers. mortuo colum. 4. & præpone in prælud. feud. nu. 81. in fin. vbi dicit, quod supra dictum est, scilicet dominum posse priuari iurisdictione, vbi etiam videbis an possint seipsos alteri domino subiicere.

In l. 1. in fin. Cod. de com. ser. man. Nota, quod serui possunt esse medici, ex quo infert Alex. in cons. 15. colum. fin. volum. 1. quod non oportet, quod medicus sit doctoratus, nam serui

serui non possunt esse medici, si requireretur doctoratus, tu eum vide, & not. seruum communem, quò ad partem propriam esse suum, quod non, ad dictum Bald. in l. 1. sup. qui testam. fac. poss. quod si statutum punit pœna manus percutientē in domo percussi, habet locum, etiam si illa domus sit communis, vide Barbat. in cap. ad hæc num. 100. de postul. prælat. & nota, quod seruus, qui vendicauit mortem domini, consequitur libertatem, l. 1. Cod. quibus ex caus. serui, cui add. tex. in l. si quis in graui, §. fin. ff. ad Syllan. vbi est casus singul. in quo præter voluntatem, seruus nanciscitur libertatem.

In l. serui, Cod. quibus ex caus. ser. in fin. vbi vt eorum alias legitur, & secundum hanc lecturam, cum casus euenisset, fuit iudicatum. Nam cum Rex restituisset rebellem propter Pacem, & Regni tranquillitatem ad bona per Regem alteri alienata, pretio intercedente, quod Princeps facere potest, secundum Alexan. in cons. 289. & per Ias. in l. barbatius, ff. de offic. præt. l. venditor, §. si constat ff. com. præd. an si Rex restituit pretium, talis restitutio quò ad bona pariat præiuditiū ipsi emptori, Luc. de Penna tractat hoc in l. fin. Cod. de reuoc. præd. an. lib. 11. col. 18. tu eum videto, & dum fuisset hesitatum an prius soluendum, & restituendum pretium emptori, vel restitutio facienda bonorum, fuit iudicatum, quod emptor prius bona restituat, restituto à Rege, deinde ad pretium contra fiscum agat, id colligentes ex ordine literæ, quæ prius dicit Ciuitate Romana donentur, deinde pretium percipiāt, de hac quæst. & huius l. intellectu, vide Afflict. in prælud. feud. quæst. 4. colum. fin. & in constit. pateranorum 8. not.

In l. diffamari, Cod. de ingen. & manum. pro illius pract. vide Affl. in dec. 264. & in constit. cultus iustitiæ num. 8. circa finem, quæ habet locum etiam in criminalibus, vt patet infra ex l. ob commissa, iuncta glos. fin. de adult, tu vide Bar. & DD. in l. Titia ff. de accus. Quis autem dicatur actor in materia huius l. vide Affl. in dec. 268. & aduerte, quia secundum Affl. in dec. 267. debet interuenire duplex monitio, & postea imponi perpetuum silentium, glos. & Auth. vbi Angel. de hæred. & falcid. & Cotta in suis Memorialibus in vers. sententia. Quis autem sit iudex competens diffamati, & diffamantis, & qualiter statuatur terminus ad probandum diffamationem, vide Georg. Nattam in repet. Clem. sæpe de verbor. signif. colum. 35. cum sequen. vbi dicit, quod est iudex diffamati, & qui potest citare omnes de quibus suspicatur, & propterea dat cautelam, vt submittatur vnus qui diffamat, & postea citentur omnes suspecti, Capic. in dec. 107. Alex. in cons. 103. volum. 5. & Affiict. in d. decisio. 269. dicit iudicem competentem, esse iudicem diffamantis, cum ipse in hac l. sit reus, & diffamatus actor, dixit Socc. in consil. 38. colum. 4. volum. 2. quod istud remedium competit etiam respectu possessionis, & an dominus existens in possessione rei suę, possit agere actione in rem, & petere pronunciari ad se pertinere iure dominij, vel quasi, Innoc. in cap. 1. de confirm. vtil. vel inutil. tenet quod sic, ibi ad secundum respondeo. adde ad materiam Capic. in dec. 205. col. 3. & Cepol. cautel. 110. Barbat in cap. si venditori, num. 17. extra de empt. & vendit. adde ibi vocitasse, qualiter debeat fieri huiusmodi citatio, Tiraquell. in tract. de retract. §. 9. glo. 2. num. 13. Quæ autem sit forma concipiendi libellum in hac l. vide Boer. in dec. 255. num. 9. vide Sebast. Vant. in tract. de nullit. senten. ex defectu proc. num. 65. & omnino ad materiam vide Hercul. in tract. de negatiua sent. num. 236. vbi ponit aliud remedium differens ab isto, adde Fel. in cap. ex literis de constit. 9. fall. vbi multa, & ibidem an sufficiant istæ monitiones vnico contextu fieri, & latè per Angel. in Rub. de except. Instit. colum. 13. versic. ac etiam potest compelli quis, ad quem semper recurre, adde Couar. in lib. 1. var. resol. cap. 18. num. 2. & sequen. vbi latè de materia huius l. adde Misinger. 103. obseru. 78. latè Cephal. in consil. 381. volum. 3. & hoc etiam procedit in venditore creditore, vēdente ex causa rem alienam, aduersus putantes sua interesse, pro quo vide quæ dixi in l. si contempore infr. de remiss. pignor. & quod supra dixi, quod etiam locum habet in criminalibus, adde Cāpagn. in cap. Regn. & si frequenter num. 19. in nouis, cum ibi allegatis.

In l. cum precum, Cod. de liber. cau. Adde, quod per hunc tex. inquit Socc. in cons. 122. num. 8. volum. 4. probari, quod confessio resultans, sit ficta, & ad materiam vide Oldrad. in cons. 292. an negotiatio colum. 1. Cum. in cons. 73. fine disputatione colum. 2. Imol. in cons. 127. & casu pręmisso circa finem, Abb. in cap. examinata in 3. not. in fin. extra de iudic. Dec. in l. 2. Cod. de instit. & substit. vide in hanc leg. Barbat. consil. 18. colum. 10. vers. ex quibus verbis volum. 2. & ibi quid si talis confessio sit erronea, & alia multa, & notabilia, Aym. in consil. 201. num. 5. & sequen. & Alfanus hic, & not. quod ex hac l. testes licet de credulitate deponentes, si fuerint per producentem approbati, contra eundem tantum probant, Rom. in cons. 104. in fin. Quod etiam in instrumentis procedit not. Imol. in cap. cum venerabilis de except. Dec. in authen. si quis in aliquo, colum. 2. de eden. Ad limitationem huius l. regul. vide Ias. in §. si minus, num. 4. de action. & Dec. in l. edita num. 10. supra de eden. latissimè Gabriel in suis conclusionibus lib. 1. tit. de confess. conclus. 4. in l. interrogatam eodem titu,

Nota, quod confessio apud acta præiudicat, adde Lanfran. in cap. quoniam contra, in ver. confessiones 32. Bar. in l. rura, Cod. de omn. agr. desert. lib. 11. Barbat. in consil. 18. colum. 11. & sequen. & ibi an possit prætextu erroris reuocari, & ex l. sicut, Cod. eodem, colligunt Doctores aliquem posse cogi ad instrumentum celebrandum, quod qualiter procedat; vide Mandell. in consil. 33. & an mater possit seruitia filiorum locare? vltra glos. in l. post eodem tit. vide Luc. de Penn. in l. 1. Cod. de fugit. col. patrim. lib. 11. add. quod confessio facta coram Iudice, non tamen in figura iudicij, vel coram tabellione, Iudice absente, non præiudicat, facit tamen inditium ad torturam, ita Franc. Aret. in l. 2. 1. not. Cod. de eden. & Bal. in l. penult. 2. not. supra de fideiussore, & in add. Specul. tit. de confess. in 1. colum. vers. confessio ista, idem Alex. in l. si confessus, ff. de cust. reor. & per nouissimos in l. magistratibus, ff. de iurisdic. omn. iudic. vid. Corset. in repett. Abb. in ver. probatio, & an productio instrumentorum possit fieri coram Notario, Iudice absente? & an per eū possint expediri coram Iudice? & an si idem sit notarius, & Iudex? vide Bar. in l. instar, num. 14. & sequen. Cod. de iure fisc. lib. 10. & not. quod per negationem res efficitur dubia, glos. in l. si quis, Cod. quibus ad libert. proclama, in vers. dubium, quod limita, procedere in iuditio tantum, secus extra Archidiac. in cap. quia res num. secundo, 11. quæst. 1.

In tit. Cod. de præscrip. long. temp. vide notab. glos. in summa 16. quæst. 3. & an præscriptionibus requiratur bona fides, ita quod mala fides vitiat, vide latè per Pet. de Vbaldis in cap. si diligenti, extra de præscript. nu. 37. vbi etiā videbis, quod in actionibus personalibus, & de illa quæst. quam examinat Bald. in l. sequitur, & Bar. §. si viam, ff. de vsucap. scilicet an præscriptio cum mala fide procedat in debitore contra creditorem d. num. 37. & 38. ad quem in materia præscriptionis semper recurras, & auth. malæ fidei eodem titu. Limita vt per Bar. & cæteros in l. Pomponius, §. cū quis, ff. de acquir. poss. & 12. limitationes collectas per DD. vid. Ang. in §. sed istæ colum. 16. inst. de action. & in §. furtiuæ de vsucap. & Ias. in l. si sic legatum, §. si mihi, ff. de leg. 1. num. 20. & 21. & vide Rolan. à Valle in primo volum. cons. 79. nu. 8. & 9. & an præscriptioni possit pacto renuntiari, vide Cassan. in cons. 11. nu. 46.

In l. fin. Cod. eodem tit. Nota, quia dicit Felin. in cap. vigilanti colum. 2. extra de præscript. ibi limita quinto, quod vbi hæres ignorat ius sibi competere, non currit sibi præscriptio, vnde non est opus in integrum restituere. allegat dec. stupendam Pet. de Perus. in suo tract. canonicæ Episcopalis, cap. 2. ad fin. vbi dicit, quod allegantes hanc l. fin. non intelligunt eam, nam dum loquitur de scientia intelligi debet. vbi ius à sciente scitur sibi competere, & alium possidere, & dum loquitur de ignorantia, intelligitur de ignorante, contra se præscribi, & rem suam possideri, quem sequitur Cassan. in cons. 11. num. 54. vide Soccin. iun. in cons. 128. num. 136. & sequen. & num. 142. volum. 1. & num. 150. videbis an concedatur restitutio in integrum aduersus præscriptionem, tu vide Abb. in cons. 33. volum. 1. Alexan. in consil. 116. volum. 5. prospectis, ponderatisque Fulgos. in cons. 64. prope fin. Franc. Sarra. Alex. & Moderni in l. cum filiusfamilias, §. in hac ff. de verb. oblig. glos. in l. si partem §. 1. vers. non vtendo, ff. quemadm. seru. amitt. Bar. in l. 1. §. si quis autem, ff. de itin. actuque priuat. Abb. in cap. vigilanti, extra de præscrip. & cęteros, quos omnes allegat ibi Socc. adde Ruin. in cons. 54. num. 11. volum. 5. vbi tenēt quod sic, quia per verba generalia, quis non intelligitur excludi à beneficio restitutionis, de iure speciali concessæ, glos. & DD. in cap. felicis, extr. de restit. in integr. adde eundem Ruin. in cons. 140. num. 16. volum. 2. Ias. in cons. 209. num. 2. volum. 2. & Curt. sen. in cons. 58 per totum, & Bertrand. in suis allegationibus, alleg. 15. num. 41. vol. 1. Franc. Aret. in cons. 104. Adde ad superiora an allegandi ignorantiā currat præscriptio, Alexan. in cons. 84. in causa vertente vol. 1. Roman. in cons. 123. circa primum, Dec. in cons. 125. pro tenui facultate colum. fin. & an quando ignorantia causatur facto, & dolo aduersarij, currat præscriptio, vide Tiraquell. in tract. de retract. lignag. §. 35. num. 29. & sequen. in glos. 4. & not. quod in Regno in materia rescriptionis, totum Regnū reputatur pro vna prouincia, Affl. in constit. consuetudinem la terza num. 5. & vbi quis dicatur habere domicilium, not. in glos. in vers. inter absentes, in d. l. fin. ad Balb. in tract. de præscriptio. in quarta par. princ. vol. 16. fol. 88.

In l. non est incognitum, Cod. quib. non obijcitur long. temp. præscript. Nota, quod minori non currit præscriptio, adde glos. in l. ait prætor, ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. cum filius, §. in hac, ff. de verb. oblig. Cin. in l. sancimus, sup. in quib. caus. in integr. rest. non est nece, & in l. 2. Cod. si aduers. vendit. pig. item Bart. Bald. & Salic. in l. si cui militantibus, sup. de rest. milit. Bar. in l. etiam ff. de minor. Abb. in cap. constitutus, extra de in integr. restit. Socc. in consil. 61. versic. tertio obijcit lib. 1. Bar. in cons. 158. Rom. in cons. 218. & in l. naturaliter, ff. de vsucap. adde, quod contra minorem currit præscriptio, etiam sine spe restitutionis, vbi nihil cum eo gestum est, sed cum patre eius, & aduersus illam non restituitur, l. Emilius, ff. de minor. & l. apud Iulianum, §. 1. ff. ex quibus caus.

caus. in poss. eat. siue præscriptio coeperit à defuncto, siue à pupillo, & minore, glos. & Bar. in l. 2. Cod. si aduers. vend. pign. & l. fin. Cod. in quib. caus. in integr. rest. non est necesse, glos. & Bar. in l. cum filiusfam. §. in hac ff. de verb. oblig. Rom. in consil. 54. num. 1. volum. 5. Item aduerte, quia minor pariter in lucro, & damno habet restitutionem, vt not. in l. ait prætor in fin. ff. de minor. & Doctores in cap. constitutus, & ibi Abb. in 6. not extra de in integr. restit. & in l fin. supra de codi. & tale tempus non currit, nisi à die scientiæ, Alexan. in cons. 4. volum. 2. Abb. in consil. 33. ad finem, Dec. in cons. 36. Item aduerte, quia fallit dispositio legis prædictæ in præscriptione iudiciali, illa enim currit contra minorem, ita Bart. Paul. Alexan. Ias. & Salic. in l. properandum in fin. supra de iudic. & an si debitor, bona obligata, quæ constituit se precario nomine tenere, & possidere alienauit in tertium, & ille tertius possedit cum titulo, & bona fide per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes, vide Affl. in dec. 139. vbi etiam videbis an eo casu, habeat locum dispositio l. 1. C. si aduers. cred. oppo. præscript.

In l. bene à Zenone, C. de quadrien. præscript. Nota donationem rei alienæ à Principe factam, quadriennio conualidari, adeò quod dominus amplius non auditur. Limita tamen hanc dispositionem, vt habeat locum, quando fiscus bona fide possidebat, credens, quod res esset sua, tunc enim donatio dicto temporis spatio confirmatur, alias non, ita Bar. intelligit in l. fin. post princ. ibi fallit ratione possessionis, supra si contra ius, vel vtil. publ. & fuit intellectus Iacob. de Aret. in l. 2. Cod. de comm. re. alien. & sequuntur ibi Bald. & Angel. tu vide eundem Bald. in l. 1. colum. 2. de hæred. vel action. vendit. & Abb in cap. penul. colum. 9. vers. ego incipiam, extra de re iud. & pro hac limitatione est vltra alios glos. not. in l. 1. vers. distrahatur, Cod. de vend. rei fisc. lib. 10. & clarius habetur per Abb. in cap. 2. prope fin. extra de rebus eccles. non alien. Secundo limita non habere locum etiam in Ecclesia donataria Principis, quia rem alienam non præscribit quadriennio, glos. in vers. consensu, in cap. quicumque militum 12. quæst. 2. sequitur Rom. in singul. 625. & allegat illa glos. bon. tex. in cap. placuit lo primo, & ibi glos. 16. quæst. 3. & est glos. in §. quas actiones in vers. quadriennij, eadem caus. & quæst. Tertio limita non procedere in rebus ecclesiæ, alteri à Principe donatis, quia ille non præscribit, nisi eo spatio, quo alius bona ecclesiæ perscriberet, d. cap. quicumque militum in ver. secularI. Quarto limita, vt indistinctè non teneat de iur. can. glos. est singularis in cap. 2. vers. irrita, extr. de rebus eccles. non alien. in præiuditium tamen ecclesiarum, vt ibi DD. tu tamen pro veritate vide Abb. in cap. si duobus, extra de appell. & Felin. in cap. 1. 5. fallen. extr. de constit. Quinto limita dummodo princeps donet rem alienam, dicendo se facere de plenitudine potestatis, secundum Bar. in prohem. decretal. in 2. colum. & ibi dicit, quod omnis modicus error corrumpit hanc l. tamen hæc limitatio repugnat huic l. indistinctè loquenti, nec videtur necessaria, intelligendo secundum primam limitationem, ad quam Bald. forte non bene considerauit. adde videndum in hanc l. Iacob. in l. fin. num. 8. supra si aduers. fis. add. quod hæc lex, & procedens, non habet locum in præiuditium dotalium, ita singulariter concludit Bald. in cons. 359. quemadmodum Imperator habet volu. 3. quod Ias. volu. 1. in 3. not. ff. solu. matrim. dicit se alibi non legisse, adde Archid. in cap. per princ. in princ. 9. quæst. 3. sed aduerte, quia hodie hæc lex restringitur ad vnum annum, & duos menses, vt per Afflict. in prælud. constit. q. 13. & multa circa materiam huius l. ponit idem in quæst. 14. adde ad huius l. materiã, Ias. in authen. quas actiones, col. 2. sup. de sacrosan. eccles. vbi multa Socc. in reg. 342.

In tit. de præscript. 30. vel 40. annor. vid. Aym. in tract. de antiquit. temp. sectione absolutis differentijs par. 4. & in sectione præcedenti, videbis 14. differentias inter præscriptionẽ, & consuetudinem, & in sectio. materia ista, videbis multa ad materiam huius tituli, cautelam autem ad impediẽdum præscriptionem, vide per Bar. & Ang. in l. nemo potest ff. de leg. 1. vbi Alexan. num. 29. Item Bald. in l. 2. Cod. vt in poss. legat. aliam ponit Angel. & Bald. in l. sicut eodem ritu. nostro, & Angel. in l. quæsitum, §. penult. ff. de pecu. Et an pacto possit quis præscriptioni renunciare? vide Bart. in l. nemo potest supra allegata, & Abb. & Felin. supra de præscrip. Item an pactum de nunquam præscribendo vel de certo tempore non præscribendo valeat, vide Bertrand. in suis allegationibus, alleg. 66. num. 4. volum. 1. & plenè per Socc. iun. in consil. 125. num. 50. & sequen. volum. 1. & Bertrand. in supra allegato loco num. 3. & an sciens se teneri ad aliquid præscribat, & quid in foro conscientiæ, vide Bald. in cons. 319. volum. 1. adde, quod aduersus præscriptionem quadraginta annorum, non datur restitutio ex capite ignorantiæ, ita Socc. in cons. 76. volum. 1. vbi dicit, hanc esse communem, idem voluit Corne. in consil. 164. volum. 2. & licet tenuerint id non procedere, nisi in præscriptione triginta annorũ tantum, tamen Alexan. in longe maiori casu ausus est firmare, videlicet in præscriptione centenaria, aduersus quam in cons. 4. col. 9. volum. 2. inquit competere restitutionem ex capite ignorantiæ, nec etiam idem Alex. firmauit in cons. 71. volu. 1. colum. 3. Corn. in

in consi.165.volum.2.colum.fin.patet etiam contraria opinio concordari, videlicet quod restitutio tollatur spatio 30.annorum, si illis exactis in quadriénio superuenerit scientia, & non interruperint præscriptionem, Alexan.vero in consi.34.volum.1.vers præterea videmus, dicit, quod indistinctè restitutio aduersus præscriptionem quadraginta annorum datur, idque fortius procederet in ignorantia causato facto, & dolo aduersarij, nam tunc nihil operatur talis præscriptio, Tiraquell.in tract.de retract.lignager. §.35. glos.4.num. 29. vide Dec.in consi.36.num. 9.& Affl.in constit.quadragenalem colum. fin. in materia præscriptionis vide multa per Paris.in consi.66.num.90.& seq.volum. 3.late de huiusmodi restitutione vide Aym. in consi.201.num.34. & sequen. volum.2. quem vide, & Balb.in tract.de præscript. in 6.& vlt.par.num.34.in princ. Paris. in consi. 66.num.115.volum. 1. & an admittatur restitutio contra præscriptionem triginta annorum, vide eleg.consi. Dec. 29.volum.1. & Affl. in dec. 37. & in dec.329.& plenissimè per Aym.in tract.de antiqu.tempor.par.4. sect.mater.ista, nu.44.& sequ. vbi in vtramq; partem atticulus hic excutitur, Bar.in l.1.§. si quis autem, ff.de itin.actuque priu.Angel. in l.annus de calumn. Abb.in cap.vigilanti de præscript.Alexan.in consi.93.volum.1. adde Ruin.in consi.139. num.15.volum. 2. quod si ante præscriptionem completam superuenerit scientia, non est concedenda restitutio, cum neglexerit eam interrumpere, vide Pet. & Cin.in l.quod tempore supra de restit. milit. Paul. de Castr. in l.diuortio, §.non solum, ff.solu.matrim. adde Curt.sen.in consi.58.per totum, & Bertrand. in alleg.15.num.41.& 42.volum.1.& ibi videbis, quod in præscriptione quadraginta annorum, & Dec. in consil. 179. volum. 2. multa Berous in quæst.81.& 82. Tiraquell. in tract.de retract.lignag.§.35.glos.4. latissimè, vide omnino Couarr.in regul.poss. in 3. par.§.3.& vlt.vbi multa, & not.

In l.omnes, Cod.eodem titu.adde an lex ista, quæ permittit omnes actiones quadraginta annorum spatio tolli videatur, etiam sustulisse restitutionem in integrum, aduersus eã, ex illa generali clausula si qua mihi iusta causa videbitur. Alex. in consi. 84. volu.1.& consi.139.in fin.volum.2.Abb.in cap.vigilanti de præscript. Aret.in l.Pantoninus de acquir.hæred.de quo vide singulare consilium Dec 29.per totum, vbi plura pro materia huius tit.Paris.in consi.23.num.221. volum. 1.Natta in consi.162.num.39.& 40.in l.competit eodem titu. Aduerte, quia licet fiscales functiones nullo tempore præscribantur, nisi eo cuius initij memoria est, & infra dicetur, tamen vbicumque hæc.Princeps scit, & patitur, isto casu sufficit præscriptio quadraginta annorum, ita Bald. in consi.242. antiqua quæstio, volum.2. idem videtur de mente Alexan.in consi.24.colum.5.vers.bene facit, quod not.glos.volum. 5. sufficit enim scientia Ciuitatis Metropolitanæ illius prouinciæ, neque requiritur scientia, & patientia ipsius superioris, sed officialium prohibentium in capite Prouinciæ. Imò hoc casu videtur sufficere tempus triginta annorum, ita Ias. in l. imperium colum. 11. vers. sed si aliquis præscriberet, ff. de iurisd.omn.iud. refert, & sequitur Aym.de antiqu.temp.par. 4.num.16.fol.140. vbi etiam videbis an hæc procedant in reseruatis Principi. Item adde Loffred.in consi. 36. num. 10. vbi ait, quod scientia officialis habetur pro scientia domini, secundum mentem Bart.in l.vectigalia in princ.ff.de public.nam ibi videbis, qualiter istud procedat, & aduerte, quia vult allegare Bar.in l.si publicanus, §.in omnibus vectigalibus num.1.Item an sit differentia intér centenariam præscriptionem, & eam cuius initij non extat memoria? vide Aym. in tract. de antiqu. tempor.par.4. num.2.& sequ.lectione, absolutis differentiis. Et nota, quod ius publicarum functionum non præscribitur, ne te decipias, referas ad præscriptionem triginta, vel quadraginta annorũ, non vt excludat longissimi temporis præscriptionem, qualis est centenaria, & ita etiã intelligit Isern.Regn.constit. cum vniuersis dum dicitur ibi præscriptionem nullam volumus obstare in cap.imperialem, num.50. in vsibus feud.Centenaria enim præscriptio currit contra fiscum per constit. quadriennalem num 6.& idem in constit.si dubitatio num.10.& huic l.& superiori dicit esse viã, Salyc.in l.præscriptione, vt cum dicit sine illa temporis præscriptione, intelligatur de minori annis quadraginta, argum. l.non est nouum, & l.nam, & posteriores, ff.de leg. facit etiam, quod ait Ang. in auth. vt de cætero commu.eccles. rerum, per glos. in vers. præscriptione, quod licet pacto, vel statuto, priuilegione possit impediri præscriptio, tamen nunquam intelligi de centenaria, vel illa cuius initij non extat, idemque Angel.in l.1.sup.ne rei dom.vel templo, & in l. non solum, ff. de vsucap. Angel.tamen, & Bald. opinio, Felin.in cap.accedentes, num.16.in fin.extra de præscrip.non audet affirmare, nec etiam Cassan. in consil.suo 66. num.38. vide etiam Abb.in cap.cum nobis, eodem tit.eundem Cassan.in consil. 54. ex narratis num.52.& Cassiodor.in titu.de restitu. spol. dec.6.num. 4.& 5. Item an statutum, quod tollit præscriptionem, videatur tollere centenariam, vel eam, cuius memoria hominum in contrarium nõ existit, vide add.ad Alex. in dec.254. nu.5. Et an sublata præscriptione, vel consuetudine, censeatur sublata ea, cuius initij memoria non extat, vide Dec.in

consi.

cons.271.colum.1.& 5.in fin.& in cons.496. colum.2.& plenè per Aym.in tract.de antiq. temp par.4.sect.materia ista,num.43. adde Alexan.in consil.60.volum.1. colum.vltim. Franc.Aret.in cons 16.& Felin.in Rub.de præscript.extr.Cassan.in consuet.Burgund. titu.des droictes,§.18.num. 1.& in titu.des mains mortes,Rub.9.num.5.& 6.& Soccin. iun.in consil.76. num. 88. volum. 1.& an aduersus huiusmodi præscriptionem 30. 40. vel 100.ann.detur restitutio, vide Aym.in d.loco,& sect.num.44.& pro materia functionum fiscalium, vide eundem Aym.in consil. 111.volum. 1. adde,quod dominium directum quæritur vsucapione, Abb. in Rub.de præscript.ext.colum.2.Hostiens.in summ.eiusdem titu. Bart.in l. traditionibus, Cod.de pact.in prin.Bald.& Salic. in eadem l.Paul.de Castr.in Rub. Cod.si aduers. vsucap,

In l.1.Cod.de annal.except: Nota,quod non volenti agere,non currit præscriptio , tu tamen limita, vt non procedat vbicumque in arbitrio illius contra quem præscribitur, sit arbitrium remouere,ita Socc.iun. in consil. 17.nu.6.volum. 2. licet contra teneat Alex. in cons.58.viso,& perlecto prope finem,vol. 5.ad quod ibidem Socc.respondit,adde Bertrand.in suis allegationib.alleg.132.num.3. volum.2. & an contra hæreditatis petitionē præscribatur spatio triginta annorum,Bald. in consil.12.num.8.& sequen volum.1.& Bertrand.alleg.15.num.40.& sequen.vol.1. & actio pignoratitia quando nascatur, & quò tempore præscribatur, vide Negusant. in tract.de pignor.& hypoth. par. 6.memb: 2.num.26.in glos.domicilium, l.2. eodem titu. nostro. Nota sufficere citationem ad domum ad finem interrumpendi præscriptiónem,tu autem ad hanc materiā, & qualiter fiat,& infinitas quæstiones hic emergētes,vide per Tiraquell.in tract.de retrac.§.9. glos.2.vbi latissimè.

In l.si ex multis Cod.eod.tit.notant ex ea scribentes, quod libellus generalis, & incertus admittitur,si non opponatur,fallit tamen si incertitudo proueniat ex facto communi nolentis actorum certificari, l.1.§.quia autem, vbi Bar.ff.quor.legat.& l. 1. §.fin. ff.si pars hæred.petat. Nam eo casu, etiam quod apponatur,admittitur libellus. Item admittitur libellus parte opponente, & sic fallit.Secundo quando actor est incertus,& iurat se nescire, l.1.§ .si quis argentum , ff. deposit. in fin.ibi,vt si de quantitate ponderis incertum est,iuranti succurratur,& ibi glos. not. Innoc.in cap.2. de libell. oblat. & ibidem Abb.num.7. Ioan. Andr. & Innoc.cap.constitutus,nu.n.2.extra de rest.in integrum, Bar.in l.vbi autem,§.qui illud,ff.de verbor. oblig.nisi vt per prædictos Doctores in locis allegatis esset tanta incertitudo,quod Reus non possit scire, quod petatur, tunc enim non tenetur respondere, Actore licet iurante,vt supra,cuius autem expensis libellus dari debet,vide Abb.in cap. 1.num.20.extr.de libell. oblat. nec etiam libellus continens plures modos agendi ad idem , est indiuiduus, in parte autem vitiosus, non cassatur in totum , secundum Botric.& Abb.in cap. ad dissoluendum,extra de desponsal.impub. & ibi Hostiens. & Ioan.Andr. ideo vtilis est illa clausula. super quibus omnibus, & eorum singulis,peto iustitiam ministrari omni meliori modo,iure,&c. Add. ad materiam, an & quando libellus incertus, seu generalis admittatur, Bertach.in tract.de ep.sc.vol. 2.fol.229 num. 64.in fin.colum.1. & aduerte,quod dispositio huius l.non vendicat sibi locum,in eo,qui potuit remouere impedimentum,& non remouit,Roland.in consil. 79.nu.18. vol.1.

In l.consentaneum Cod. quom. & quand. Iudex.Quæro an recedens in licentiatos,dicatur verè contumax ? vltra Bald. & cæteros scribentes in hac leg. And. Alciat. in cap.1. ext.de iudic.num.13 .dicit, quod est contumax,sicut qui non compareret,& pari pœna punitur,id tamen sublimitat.Primo,quando aduersarius non compareret, nam tunc bene potest recedere,Imol.& Felin.ibi.Secundo quando recederet ex causa,Ant.de Butr. & Felin.ibi. Tertio limitat, quando citatio esset inualida,Barbat.ibi colum 21.& Bald. in l.nam ita diuus,ff.de adopt. id tamen salua eius pace,non affirmo, quia contrarium, & verius tenent ibi Moderni, & Hyppol. Marsil.præsertim in l, de vnoquoque,num. 43.ff.de re iudic.quia licet citatio sit inualida,tamen ex quo pars compareat, censetur approbasse,vt est glos.in l.1.in vers. sententia,& ibi scribentes,ff.de ferijs.Quarto limita,vt procedat dicta conclusio , quando quis recedit in licentiatos, non expedito articulo, ad quem citatus est, eo enim expedito, tantum potest recedere, Abb.in cap.prout, in primo not.extra de dol.& contum.Quinto intellige procedere dictam regulā,quando actor accusauit contumaciā , quod qualiter procedat,vide omnino Alc.in d.cap.1. num.15.& 16. extra de iudic. adde fallere dictam regulam,etiam in licentiato,& iniustè,vt tenuerunt Domini de Rota in dec. 1. in antiq.vbi iniustè licentiatus per Iudicem potest tanquam contumax excommunicari. Amplia etiam hanc cōclusionem, quod scilicet recedens in licentiatos dicatur contumax.Primo,vt dicatur manifestè contumax cap. venerabilius, §.secus de senten.excom. in 6.& notant Ant. de Butr. & Moderni in d.cap.1.extra de iud.Secundo amplia,vt dicatur namque comparuisse, quia paria sunt non venire , & sine licentia recedere , cap.si postquam §. 1. & ibi glos. in verb. mente,& cap.cu.

cap. cupientes, §. quod ſi per viginti, in ver-
bo comparere de elect. in 6. Tertio amplia
in actore, qui non ſtetit vſque ad terminum
l. & poſt edictum, ff. de iudic. Innoc. in cap.
calumniam ext. de pęn. Alexan. in conſ. 72.
colum. 4. volum. 3. Quarto amplia, etiam ſi
ſtetiſſet vſque ad terminum taxatum, ſed
non vſq; ad terminum prorogatum, vt Abb.
in cap. conſuluit, extra de offic. deleg. Quin
to amplia ſi receſsiſſet de licentia Iudicis ſi-
bi data ſine cauſa ſecundum Rot. in dec. 1.
in tit. de dolo, & contum. facit gloſ. in cap.
præſentium 7. quæſt. 1. quod tamen limita
aduerſario accuſante contrarium; alias ſe-
cus, l. properandum, §. 1. ſupra de iudic. vbi
Raph. Paul. Iaſ. & Bar. in d. l. conſentaneum,
& ex hoc iuſtificatur communis aduocato-
rum practica, dicentium, hoc pręſente, & ac-
cuſante contrarium, &c. Adde Alexan. in l.
ſi finita, §. Iulianus, ff. de damn. infect. adde
etiam Bald. in l. eaque ſupra eodem titu. no-
ſtro, & Archid. in cap. certum eſt num. 1. 11.
quæſt. 3. & pro materia contumaciarum, vid.
Caſſan. in conſuetud. Burgund. Rub. 1. §. 7.
fol. 74. num. 1. & ſequen. & not. quod ſen-
tentia in contumaciam lata, in ciuilibus va-
let, gloſ. in verſ. per contumaciam, in l. eaq;
eodem titu. noſtro, quid autem in crimina-
libus, vide eundem Caſſan. in alleg. loco nu.
10. & Arnoſ. in ſoliloq. 14. & an citatio per
edictum arctet quoad præiudicium perſo-
næ, uel rei, vide Nigr. in cap. Regn. ad Rega-
le, num. 11. & ſufficit vna denunciatio pro
tribus, vide gloſ. in cap. conſuluit, in verſ. ter-
minum, extr. de offic. deleg. adde Affl. in con
ſtit. Regn. incip inconſutilem col. pen. in glo.
in verbo commoniti.

In Auth. qui ſemel, eodem titu. noſtro, limita
eam, vt procedat, quod actor cogitur proſe-
qui contra eundem, ſed contra aliam perſo-
nam, bene admitteretur ad offerendum pe-
titionem ſuam, ita Bar. in l. 2. § fin. ff. de pręt-
tor. ſtipul. ſequitur Iacob. in l. edita num. 78.
Cod. de eden. & in l. cum non voluntatis, eo-
dem tit. noſtro. Nota, quod ſententia lata
contra abſentem, ex cauſa neceſſaria non
tenet; Tu amplia eam, vt procedat etiam in
infirmo, contra quem ſi fuerit lata ſenten-
tia Iudice id ſciente, ſententia eſt nulla, ſin
autem iudex ignorabat, valet, ſed reſtituitur
iuxta hanc leg. tu adde Bar. in l. quæſitum,
ff. de re iudic, & in l. 2. ff. de appell. & eſt Con
ſilium, quod citatus mittat excuſatorem ad
nunciandum Iudici infirmitatem, vel impe-
dimentum, vt ibi Bar. niſi fama eſſet, vel no-
torium de ipſa infirmitate, tunc enim non
requiritur nunciatio, cap. illud de cler. excō-
mini. ext. gloſ. in l. ſi tutor petitus, Cod. de
pericul. tut. & tenet Imol. in l, quæſitum.

In l. 1. Cod. de ſenten. ex breui. recit. Adde Affl.
in conſtit. ab omnibus, vbi an ſententia poſ-
ſit per alium, quam per Iudicem recitari,
idem Marant. in ſuo ſpecul. in 6. par. & vlti-
mo actu iudiciorum, num. 39. & Vant. in lo-
co infra alleg. num. 85. vbi latè, & ex l. 2. cod.
tit. nota modum concipiendi ſententiam.
adde Lanfran. in cap. quoniam contra, §. in-
terlocutoriè, verſ. ſecundo requiritur de
probat. & Vant. in tract. de nullit. ſenten. ex
defectu proceſſus, num. 70. vbi inquit, id etiā
procedere in beneficialibus, & in ſummarijs,
& ibidem num. 73. an hæc ſollemnitas de
conſenſu partium remitti poſſit, vide Affl.
in dec. 191. num. 8. Angel. in conſ. 250. domi
na libertina, & an ſententia, quando eſt ſcri-
pta, & recitata poſſit corrigi, vltra gloſ. in
verſ. corrigendi eadem l. vide Alex. in conſi.
118. omnis vis, volum. 3. & in auth. niſi bre-
uiores, eodem tit. vide multa not. per Nattā
in clem. ſæpe in princ. verſ. circa quartum,
principalem articulum, col 50. & Afflict. in
conſtit. Regn. dilationes in 5. not. Abb. in
cap. 1. extr. de reſcript. alias de libell. oblat.
& not. per Felin. in cap. nonnulli in princ.
ext. de reſcript. inquit, quod cauſæ breuiores
ſunt, in quibus plus expenderetur in ſcriptu
ris, quam ſit valor cauſæ, vide Matthesil. in
primo not. & an ſedendo debeat ferri ſen-
tentia, vide Vant. in loco ſupra citato num.
84. & an publicatio ſit de ſubſtantia proceſ-
ſus, not. aliqui ex gloſ. in l. prolatam, Cod. de
ſenten. tu vide Affl. in titu. de controuerſ. in-
ueſtit. §. item ſi vaſſallus, num. 13. & ſequen.
vbi cumulat contrarium tenentes, adde Ca-
rau. in Rit. 72. vbi multa, & Menoch. de ar-
bitr. iudic. lib. 1. quæſt. 33. fol. 28. & ex tex. in
l. cum eorum, eodem titu. nota, quod ſenten-
tia lata ſub modo valet, tu vide Vant. de nul-
lit. ſenten. ex defect. proceſſus, nu. 116. & 117.
& idem num. 72. quod poſſit proferri ſenten
tia Grece, & latinè, adde Bart. in l. decreta,
ff. de re iudic. & in l. nemo, Cod. eodem tit.
noſtro. Nota, quod non exemplis, ſed legi-
bus eſt iudicandum, quod limita, niſi exem-
pla eſſent approbata, vt voluit gloſ. in cap.
fin. in verſ. exempla, 20. diſt. Abb. in cap. af-
ferte in primo not. extra de præſumpt. Se-
cundo limita, niſi eſſent exempla veteris te-
ſtamenti approbata per nouum, vt per Abb.
in d. cap. afferte. Tertio limita, niſi eſſent exē-
pla virorum magnæ authoritatis, quia in
dubio ſunt ſequenda, ſecundum Bald. in d. l.
nemo. Quarto limita etiam quod licet exem
plis, non ſit iudicandum, in quantum inter
alios eſt iudicatum, licet in diuerſa inſtantia
vt per Butric. & Imol. in cap. cum inter vos,
extra de re iudic. Cephal. in conſ. 307. num.
15. & 16. volum. 3. & an ſententia lata ſub
conditione valeat, vide latè per Vant. in lo-
co ſupra citato, à num. 107. vſque ad numer.
114. & in num. 102. & ſequen. quando in ſen-
tentia, Iudex ſe retulit ad acta, & declara, vt
ibi, & vide Angel. in §. curare, inſtit. de
action.

In tit. de pęn iudic. qui malè iudic. vide quæ scribit Capic. in dec. 121. num. 18. & sequen. vbi multa de furtis, & baraptarijs, quæ per officiales committuntur, & de eorum pęnis, & an priuatio officij inducatur ipso iure, & qualiter dicatur quis esse conuictus de delicto, vt possit dignitate priuari, ibidem num. 22. & qualiter huiusmodi baraptariæ probentur, vide glos. in verbo ostenditur, §. necessitatem, auth. vt iudic. sine quoque suffrag. tu circa materiam horum officialiū vide Affl. in constit. officiales Reipub. & in constit. officialis, qui, vbi etiam videbis qualiter formetur libellus contra officialem, qui malè iudicauit per imperitiam, & quæ supra adidi in l. vnica, vt omn. iudic. tam ciuili, quam mili. & an sint paria corrumpere Iudicem pecunia, vel promissis, vide Affl. in constit. Capitaneorum, 16. not. & circa corruptiones, & baraptarias Iudicum, vide plenè per Parid in suo tract. sindic. in verb. corruptio, vbi etiam de pœnis corrumpentium. Et an vbi agitur de reuocatione sententiæ, sit citandus Iudex quo ad defendendum honorem suum, vide Boer. in dec. 259. nu. 11. & sequen. Et an officiali condemnato in sindicatu, deferatur iuramentum parti, pro interesse, & damno per eum passo, vide Rimin ald. in cons. 54. volum. 1. & nota, quod crimen baraptariæ est simile crimini læsæ maiestatis, vt in glos. ni verb. cōfiscatis, in auth. nouo iure, cod. tit. nostro.

In l. peremptorias, Cod. senten. rescind. non poss. adde, quod dispositio huius l. fallit, quando agitur prima actione, secus autē in actione in factum, ex ipsa sententia glos. est notabilis, & communiter approbata in l. duabus ff. de except. rei iudic. imò, & quælibet exceptio, quæ non infringit sententiam, post eam opponi potest, ita Bar. in l Nesennius §. fin. ff. de re iudic, ad idem est tex. in l. ex diuertio, § si in iudicio, ff. solu. matrim. Idem dicitur, etiam vbicumque talis exceptio habet cognitionem separatam ab eo, super quo iudicatum est, ita Bald in l. 1. Cod. de iur. & fact. ignor.

In tit. de fruct. & lit. expen. adde ad materiam expensarum in litibus factarum, videndum Hyppol. de Marsil. in l. patre, vel marito, à num. 62. vsque ad fin. ff. de quæst. vbi multas ad id format quæstiones, quarum capita hic obiter referre non pigebat. Et primo numquid valeat pactum inter partes, quod de expensis stetur dicto partis. Secūdo, quod in casu prædicto, si pars nedum expresserit, Iudex taxat. Tertia, an in casu condemnationis expensarum deducantur, quas victor alias domi fecisset. Quarta, an Iudex ex officio possit taxare expensas, solum considerata causa, & temporis prolixitate, nullis admissis super eis probationibus. Quinta, an transactio generalis extendatur ad expensas, Sexta, an Iudex possit in expensis condemnare, si à parte non fuerit petitum. Septima, an si victor habuit aduocatum, & procuratorem gratis. Octauo. an possit Iudex sibi reseruare taxationem. Nono, quod si Iudex ad quem dicit, victum victori in expensis condemnamus, an includantur factæ coram Iudice à quo. Decimo, an Iudex nullitatis possit condemnare in expensis commissis à primo. Adde multa, & singul. per Luc. de Penn. in l. vnic. Cod de sumpt. recuper. lib. 10. latissimè per Lanfranc. in cap. quoniam contra, in verbo expensæ, & Affl. in constit. diuorum principum, & quid de expensis factis in reassumptione instrumenti, vide Lanfranc. vbi supra num. 17. Ias. in §. sic itaque instit. de action. Felin. in cap. licet heli, nu. 6. de simon. & in cap. accedens lo primo nu. 3. ext. vt lite non contestata. Quid si vna pars ex priuilegio non soluit expensas litis, an altera soluere teneatur? vide Io de Amic. in cons. 92. num. 5. & quid in criminalibus, vide Franc. Marc in dec. 770. & latè Hyppol. de Marsil. in sua pract. in §. superest. Et nota, quod expensæ citationis non possunt peti, nisi præcesserit monitio extraiudicialis, Bal. in l. non ignorat, hoc eodem tit. Ias. in l. certi conditio, in princ colum. 2. ff. si certum pet. & in §. sic itaque, colum. pen. instit. de actio. Rom. in singul. 396. alio sero, & distingue vt ibi. Item qualiter petantur expensæ, & qualiter in eis fiat condemnatiō, & an licitum sit ipsas retinere, vide singulariter per Paul. de Liazar in cap. fin. in litibus, num. 5. ext. de dolo. & contum. & num. 8. in quibus plenè, tam de iudicialibus, quam de extraiudicialibus expensis. An autem hæc regula, quod victus victori condemnatur in expensis, procedat in criminalibus, vide Mandell. in cons. 5. & ibi an contra testes locum habeat. Quid autem in fisco inquirente, vide Boer. in dec. 324. num. 1. vbi quod fiscus nō condemnatur in expensis, nec eas obtinet, & limita dispositionem l. non ignorat, eodem titu. non procedere, vbicumque statuto cauetur, quod victus victori condemnetur in expensis, quia possunt eo casu post sententiā peti, conditione ex statuto, ita Marsil. qui alios quamplures citat in cons. 19. num. 3. & ideo cessabit prouisio d. l. in Regno, ob constit. Regn. incip. diuorum Principum, & not. per tex. in l. fin. eodem titu. quod in iuditijs seruanda est ęqualitas inter actorē, & Reum, vt dicam in l. si cum dies, §. si arbiter, ff. de recept. arbitr.

In l. 1. Cod. si plur. con. sent. vide quæ dicit Affl. in dec. 215. & not. eam, adde Carol. Molend. in consuetud. Parisien. §. 11. num. 25. qui limitat hanc l. nō habere locum in condemnatione, quæ non fit principaliter, sed in cōsequentiā certæ adiudicationis, quia tunc sm̄ modū, & formā adiudicationis, cui accedit

Tt

cedit regulatur,adde bona, & quid si sententia dixerit Iudex, quod creditor sit vnica solutione contentus,vel in fine poneret clausulam omni meliori modo,&c. vide Vrsill. in d.dec,Affl.vbi etiam, quod Princeps valeat suam sententiam interpetrare, & quid in alio Iudice.

In l.iudicati.Cod.si ex fals.instr.adde, & eam sane intellige,quando apparet de vehementi suspitione falsi, vel instrumenti, offertur prompta probatio falsi, & infra modicum tempus instrumenta exhiberi possunt.& falsitas liquidari,vel executio esset grauis, & irretractabilis per cap.accipimus, ext.de fid. instrum.saltim data cautione,per cap.sub citata,extra de in integr.rest. Carol. Molend. in tit.de matiere feodal.§.5.num.47.adde, quod regula, res inter alios acta limitatur singulariter multis modis, vt per Emil. in consi.115.à num.5.ad finem, vbi etiam dicit ex sententia Bar.& aliorum, quod sententia inter alios acta, facit quale, quale praeiudicium habile ad semiplenam probationem, ita vt in defectu plenè deferri possit iuramentum suppletorium, quod dictum dicit esse aureum,& vtile pro amico,& de pane quaerendo.

In l.per hanc,Cod.de temp. & repa. appell. in glos.in vers.ad nouum capitulum, eam singulariter amplia,vt istud procedat, etiam si in libello dixisset,rem ad se pertinere,ratione veri dominij, vel se esse verum dominum, & probet de praescriptione, adhuc obtinet, ita Bar.& Ias.in l.1.num.59.ff. de acquiren. poss. Item si quis in libello dicat simpliciter se dominum,& probat de dominio vtili,subalternato ad directum,puta emphyteotica, vel feudali debet obtinere, secundum Bald. in l. si mater, §. eandem,ff. de exceptio rei iudic.in l.prima,supra de vsufruct.in l. 1. in vltima colum. ff.de action.& obligat. & in l. sed & si possessori,§.item si iurauero, vbi Iason ff.de iureiuran. & Anto. de Butric. in cap.examinata,ext.de iudic.secus si in libello dixisset se verè dominum, secundum Bar. alleg. loco,Aret. tamen ibi, de hoc dubitat, & vide etiam Alexan.in consil.83.colum.1. volum.3.adde,quod lex ista etiam habet locum in appellatione ab interlocutoria, quò ad probandum causas deductas, Cin. hic, & Philip.Franc. in cap.cum in ecclesia colum. 2.de appell.& Affl.in dec.216.& Pedem. in dec.14.vbi latè,& in l.fin.§.illud etiam, eo. tit.adde,quod appellans, si non prosequatur suam appellationem, censetur non appellasse, & similiter non videtur cōsolidatio vsusfructus facta,quae non durauit, ff. de vsufr. l. dominus,quae inducuntur ad probandum, quod non videtur factum, quod non durat, ff.de diuers.& tempor.praescrip.l.intra. ff.de diuort.l.diuortia. ff. de capt. & postlim. reuers.l.nihil,ff.de ēdil.edict.l.quis sit, ff.de in integr.restit.l.diuus, ff de rit.nupt.l.palam, ff.de acquiren.possess. l. non videtur, ff. de rei vendic.l.is qui, ff. de condition. instit. l. eleganter, §.1. ff.quod quisq; vniuers.l.item eorum,§. decuriones. ff ex quibus caus. in poss.eat.l.praetor ff.de pet.haered. l.si possessor,§.in bonae fidei,ff.de leg.3 l. qui concubinam §. qui haeres, ff de in rem verso, l. si pro patre,§.versum, Cod de cur.furios. cum alijs, cap. diuortium de poenit. dist. 1. sed argum.contr. ff. quod met. caus. l. videamus, profuit ista notare, per multa, quae occurrunt.

In l.1.Cod quan.prouoc.non est necess.nota, quod sententia contra sententiam transactā in rem iudicatam, non valet, adde Sebast. Vant.in tract.nullit.senten.ex defect.process. num.125.qui allegat alios, & in l.2 eodem titu.adde an & quando valeat sententia contra expressum iuris errorem, & quid si fuit expressa alia causa non facta, ad quā etiam mens Iudicis applicari potest, ita quod valeat per eum modū,quod valere potest, vid. Bald nouell.in repet. l.1.§.si quis ita nu. 22. & sequen.ff.de verbor. oblig. & in glos. in verb.palam est vid. Angel. in §. item prodigus,in stit. quibus non est permiss. facer. testam.& DD.in l.is cui bonis, ff.de verbo.oblig.& Sebast.Vant.in tract.de nullit.senten. ex defectu process.num.118.& declara,vt ibi in num.sequen.vbi quid si lex contra quam sententia fuit prolata,habuerit varios intellectus,& vide in num.122.& 124 vbi in fin. quid si fertur contra stilum, & quid si contra factum notorium, nu.126.

In l.obseruare,Cod.quorum appell non recip. Nota, quod vt quis non possit appellare requisitus,quod sit conuictus, & sponte confessus. Quis autem propriè dicatur conuictus, & quot testes requirantur, & quis dicatur confessus vide Barbat. in cap.at si clerici,num.4 & sequen,ext de iudic.& vide in hanc l.quae latissimè Carer.in suo commento scribit,adde noua, & an indistinctè procedat dispositio huius legis, vide Foller. in sua pract crim.in 3.par. principali, in verbo & si confitebuntur num 66. vers secundo operatur,& Iul.Clar.in §.fin. quaest. 94. in princ.& Baiard. nouiter in eo, & quis dicatur confessus,& conuictus, Fulgos. in consil. 124.circa medium,& in l.1.eodem titu.vide singul.glos.in ver.manifestè, in clem. vnica, de dolo,& contum.& in l.ante, eodem titu. in glos.magna,adde Bar.in l.2. ff. de appell. recip.& Bald. in l.2.supra de episcop. aud. Quid autem de iure Canonico, vide Philip. Franc.in Rub.extra de appell.colum.4.vers. de iure Canonico in l.vnica, C. si de mom. poss.fuer.appell. adde Afflict.in dec. 269. & multa alia per Nigr. in cap.Regn. subditorū, n.106. & limita multis modis,vt ibi per eum,Neuizan.in consi.36.num.9.& sequen. ibi,

ibi, & quid si aliquis appellauerit, & dixerit etiam sententiam nullam, an nullitas dicatur bene deducta, DD. in l. 1. supra de bon. poss. secun. tabul. & in hanc l. vide Rebuff. in 1. tomo constit. Franciæ in tit. de senten. execut. articulo 5. glos. 3. fol. 348. Marant. in suo specul. in secundo actu princ. num. 239. latè Iason in consil. 187. volum. 2. Pedemon. in dec. 25.

In l.fin.Cod.de calumniat. Nota, quod calumniantes ad vindictam, poscit similitudo supplicij, tu vide Afflict. ad id, in constit.Regn. pessimam num.9. & quot modis procedi possit contra calumniatorem, & quis ordo seruandus sit in procedendo, vide Abb. in cap.fin extra de calumn. & quando calumniator, similitudine supplicii puniendus est, vide Carau. in Rit. 175. num.4. & qualiter puniatur calumnia in ciuilibus, num.5. ibidem. Et quod calumniæ sunt remouendæ, Anibal Troiss.in pragm.Regn.19.num.2. in nouis, quæ est 2.sub tit.de præscript.

In l. qui sententiam, C. de pœn. adde, quod ex hac l. notant DD. quod admittuntur testes singul.& coniunguntur, qui in vnum rei finem conueniunt, vt Bald.h.c.& in l.1. Cod. si vnus ex pluribus appell. Bald. in cons. 39. proponitur colum.2.vers. nunc est videndũ, & cons.80.principalis cura, colum. 1. in fin. lib.3.& vide Aym. in suo tract.de antiqu. tempor. & quando dicatur quis conuictus, adde Barbat.in cap.at si clerici, nu.4. & seq. extra de iudic.in l.cum reis eodem titu. nostro. Nota, quod sententia super homicidio, & alijs grauibus causis lata, statim mandatur executioni. Fallit tamen in quinque casibus. Primo, si Princeps ex iracundia tulerit sententiam, l. si vendicari, infra eodem, & cap.cum apud 11.quæst.3. Secundo, cum sententia lata est contra mulierem prægnantem, nam differtur vsque ad tempus partus, l.prægnantis, ff.de pœn. Tertio, si lata est sententia in seruum, tunc enim differtur sententiæ executio, quousque domino rationem reddiderit, l.1.infr.de bon. præscript. Quarto in deportato, cui insula asignanda est à Principe, cap.biduum, §.siquidem 2.quæst.6. Quinto differtur, cum quis est confessus de crimine, donec appareat, an velit in confessione perseuerare, l.2. Cod.de custod. Reor. Ratio, quia non statur confessioni, nisi confitens perseuerauerit, l.1.§.diuus, & §.si quis vitra, ff. de quæst. glos.in d.cap. cum apud, 11.quæst.3. Quid autem iuris sit in aliis sententiis latis super personalibus, vel realibus actionibus, vide singul.glos.in cap.quærenti, extra de offic.delegat. adde pro hac materia videndum Gulielm.de Bened. in repet. cap. Raynutius, extra de testam.in verbo mortuo itaque testatore, il primo nu.268.par.2.

In l.3.ff.de iust. & iur. adde videndum singularem glos.in cap.1.in verbo propulsandam, 24.quæst.1.& latè per Petr.à Plata in epit. crim.cap.28.vbi latissimè Alba. in cons.94. & pulchrum consil.Gramm. 18. in crim.& Affl.in constit.Regn.pacis cultum, num. 72. & 73. Et nota, quod vim illatam ab eo, cui subditi sumus, non licet vi repellere, vt in principio glos.d.l.3.tu vide Affl.in d.const. pacis cultum, num.78.& limita, vt in num. 79.vsque ad num.84.in l. Princeps, ff.de legib. Aduerte ne te decipient, quod ibi legitur, quod Princeps solutus est legibus, nam intellige de iure positiuo, quo factæ sunt leges, non autem de iure diuino, & ratione naturæ, quibus legibus lator humanæ, l.non potest contrauenire, vt notant DD. in cap. quæ in ecclesiarum, extra de constit. Secundo intellige, vt Princeps solutus sit legibus, illo vinculo, quò inferiores ligantur à lege superioris, argumento l.pen.ff de arbitr. vbi neque imperare sibi, neque prohibere potest quisquam, & cap.fin.extra de instit.sed bene tenetur ad obseruantiam legis à se promulgatæ, diuinæ legis auctoritate, de qua Paul. ad Rom.omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, & an cap.qui resistit, 11. quæst.3.tertio pro superioribus facit tex. in l. ex imperfecto de leg. 3. in fin. vbi inquit Iurisconsultus, quod Princeps legibus solutus esse videtur, ergo non est, quia aliud est esse tale, aliud haberi pro tali, l.si maritus,§. l.Iuliæ, vbi Bar.infr.de adult. Quarto id suadetur, quia Princeps est supra ius, quia potest illud statuere, & destruere, & exponere, quando expediens est, l.humanum, iuncta l. fin.Cod.de legib.non tamen ipsæ promulgatæ legi contrauenire, cum l. diuina ad eius obseruantiam teneatur, vt supra probatum est, tu plenius vide per Ioan.Bapt.Ferrett. in cap.1.ext.de constit.à num.54.vsque ad nu. 50.Bertrand.autem in consil.227. num.13. ait, his legibus Principem solutum esse, quæ notant Philipp.Corn.& Ias.in d.l.ex imperfecto.

In l.Imperator, ff.de stat.hom. Nota, quod error Notarij non præiudicat veritati, super quo vide DD.in l.si librarius, infra de regu. iur.vbi latè, & in l. cum legitime eodem tit. nostro. Nota, quod filij legitimè nati, patris conditionem sequuntur, adde Gulielm. de Bened.in repet.cap.Raynutius, extr. de testam.in principio, & num.15.& 16. & limita, vt ibi.

In l.1.ff.de his, qui sunt sui, vel alie.iur. Nota,

quod

quod propter nimiam seueritatem, cogitur quis dominium vaxallorum in alium transferre, cap. literas, extr. de restit. spol. & ex ea seueritate plerumque eximuntur in totũ à iurisditione domini, cap. vnic. qual. prop. feud. priu. l. vnic. C. de offic. com. sac. palat. & vid. quæ addita sunt in auth. ad hoc, Cod. de lat. liber. toll. in l. si qua pena eod. tit. nostro. Nota, quod d. l. solet allegari, quod in bonorum confiscatione non venit legitima filij delinquentis viuo patre, Add. Fab. de Giocchis in auth. nouissima, nu. 203. Cod. de inoffic. testam. & quid è contra, si patre damnato, filij debent priuari legitima ibidem, & in hoc consule, Affl. in const. Regn. ob filiorum culpas, in primo not. vbi etiam an pater possit exheredare filium foriudicatum? & multa alia. & Foll. in sua pract. crim. in verbo annotentur bona à num. 19. vsque ad fin. & Iul. Clar. in §. fin. q. 86. num. 3. ver. 2. quæro, & multa etiam per Baiardum nouiter addentem super. d. q. vbi num. 32. videbis, an solutum per patrem pro filij delicto, computetur in partem ipsius filij? cum numer. sequentibus.

In l. in tantum, ff. de rer. diuis. an vnus de Collegio, possit ferrè testimonium pro alio de Collegio? & an vnus de vniuersitate possit ferre testimonium in causa Vniuersitatis? vid. hic per DD. & Dec. & Bart. in l. in criminalibus, §. secus, ff. de quæst. qui omnes communiter tenent, quod sic, ea ratione, quia nemo de Vniuersitate potest dici deponere in causa propria, cum aliud sit vniuersitas, & aliud singuli de Vniuersitate, cap. qui manumictitur 11. q. 2. l. sed si hac, §. qui manumictitur, ff. de inius voc. de quò latè per Felin. qui plura allegat in cap. insuper, in 1. col. ext. de testib. vbi pluribus modis limitat hoc. Quod fallit primo in vniuersitate seculari, in qua licet admictantur illi de vniuersitate, tamen non faciunt plenam fidem. Ant. in cap. cum Nuntius, extr. de test. & Io. And. in add. ad specul. in tit. de teste, §. 1. versic. sed numquid in causa vniuersitatis, vltrà Bar. hic, alias fallentias quam plures vid. per Felin. in alleg. cap. insuper, quem sequitur Hyppol. de Marsil. in d. l. in criminalibus, vid. etiam Socc. in consil. 194. col. 2 versic. circa primam difficultatem, & seqq. & Abb. in cap. tertio loco, num. 2. & seqq. extr. de probat. Add. eundem Abb. in cap. 1. num. 4. extr. de procur. & quod ibi aditum est, & Alex. in cons. 210. & viso, col. 5. vol. 2. & Bald. in consil. 443. & consil. 445. vol. 5. & & in consil. 168. num. 1. par. 2. Alex. in cons. 99. num. 1. vol. 5. & in consil. 178. num. 23. vol. 2. latè per Cassan. in consuet. Burgund. Rub. 13. §. 5. num. 6. & seq. vid. Salyc. in l. parentes in fin. Cod. de testib. vbi multa, Curt. in tract. de test. conclus. 1. num. 11. & conclus. 3. vid. etiam Affl. in decis. 400. & Vrsill. super ea, vbi multa ad materiam, & Lanfranc. in cap. quoniam contra, de prob. in verbo testium depositiones, num. 121. & Vinc. de Franc. in dec. 197. num. 4. & 10. & Capyc. in dec. 152.

In l. 1. ff. de offic. præf. vrb. in glos. in verbo cum inimicis. Nota, quod dum glos. hinc. sumit in argumentum, quod si vassallus copulauerit amicitiam cum inimicis domini, quod priuetur feudo, hoc non est indistinctè verum, quia ad hoc, vt vassallus possit feudo priuari, requiritur, quod fecerit animo damnificandi dominum, ità dicit glos. in c. vnico, quib. mod. feud. amittantur, & glos. in verbo assalient, in cap. vnico. §. præterea, quæ fu. primæ caus. benef. amict. & ibi Isern. nu. 16. tu eum videto, & vid. etiam cap. vnic. quod testes sunt necessarij ad probandum feudi ingratitudinem. add. Dec. in cons. 544. num. 5. vol. 3. & Affl. in decis. 307. num. 28. Ruin. in consil. 23. num. 1. vol. 1. & in consil. 31. num. 12. vol. 5. Rom. in cons. 47. Barbat. in cap. cæterum, extr. de iudic. & glos. in verbo amicitias in l. liberi, Cod. de inoffic. testam. Add. quod sicut vassallus, si copulauerit amicitiam cum inimicis domini, priuatur feudo, pari ratione si copulauerit amicitiam cum amicis domini, cap. imperialem, §. illud quoq; & ibi glos. Bal. Aluarot. & DD. not. de prohib. feud. alien. per Fede. refert Euerardus in sua Centuria loco à cõtrarij, seù appositis car. 476. vid. Dec. in consil. 604. vol. 4. & in consil. 606. num. 3. & consil. 404. num. 5. eod. vol. Add. Ardiz. in summa, cap. si cum amicis domini, car. 16. in §. cura carnis, ead. l. ibi, & sanè. Nota credendum esse Nuntio, tu verò, circa hanc quæst. vid. Tiraquell. in tract. de retract, §. 8. glos. 9. vbi latè, & ad eum semper recurrere, tàm circa hanc quæst. quam, quæ circa id emergere possent. Add. Ambros. de vignitate, in tract. de vsur. num. 159. vol. 9. vbi ad quem spectet, Fab. de Monte in tract. de empt. & vendit. 5. q. princ. nu. 30.

In l. vnica, ff. de offic. quæst. Notant DD. magis communem opinionem sequendam, quod an sit indistinctè verum, & qualiter procedat, vid. per Abb. in cap. 1. ext. de constit. circa fin. cum suis addition. ibi ampla. Primò etiam si nõ haberemus legem de eo, quod determinat communis opinio, Corsect. in sing. 206. incip. vbi DD. Secundò amplia procedere dictam regulam, etiam si Papa magistraliter loquendo contra comenem opinionem teneret, Hostien. in cap. Pastoralis de decim. quem refert Felin. in d. cap. primo de constit. & Paris. de Put. in tract. de sind. in vers. iudicare; Tertiò amplia, vt procedat, etiam si contraria opinio verior videretur, Fulgos. in consil. 30. Titius in testamento. Quartò amplia, etiam si fuisset aliquid contra illam communem iudicatum,

tum,

tum, quia non debemus iudicare exemplis, l.nemo, Cod.de sent.& interloc.omn.iudic. Abb.in cap.si quando, in glos.pen. extr. de rescript. Socc.fall.225. Cepoll.in cons.8. vbi limitat, nisi essemus in casu dubio. Quintò amplia, vt procedat, etiam ad excusandum Iudicem; cum Iudex, qui non iudicat, secundum communem, tenetur in sindicatu, Felin. in cap.1.col.pen.ver.9.fallit, l.pen.vbi Bart. & alij, C.de pen.iud. qui malè iudic. Sextò amplia, etiam si esset statutum, quod quando opinio Bar. concordat cum glos. quod debeat seruari in iudicando, nam tale statutum debet intelligi, secundum ius commune, limita modo prædictam regulam, non procedere quotiescumque alia opinio esset consuetudine approbata, l.minime, & l.11 de interpetratione, ff.de legi. Secundò limita, quod quando contra comunem esset opinio vnius Sancti munita authoritate noui, vel væteris testamenti, glos.in cap. de libell. 20.dist. Ias.in l.1.col.7. ff.si cert.pet. Tertiò limita, vbi communis opinio conuinceretur per casum, l.vel rationem concludentem, Abb.in cap.Cappella, extr.de fer. Corsett.in singul.206. Quartò limita quando communis opinio esset rigorosa & alia equior. l. in omnibus quidem, vbi latè Dec.& l.ea, quæ in partes, §.1.ff. de reg. iur. Quintò limita, nisi contra communem tenentes, essent in arte peritores, Barbat.in rub.de præcar. in primis verbis est enim credendum in arte peritis, l.1.in princip. de ventr.inspic. Felin. & dec.in cap proposuisti, col.3. de probat. Socc. fall. 294. Sextò limita, nisi Iudex ex causa recederet à commune opinione, eo enim casu, vel à lege recedere licet, l. si hominem, ff. mandat. ad quam Felin.in d.cap. 1.de constit. colum. 13. Septimò limita in sententia lata contra communem, contra quam aliqui tenebant, quod eo casu sententia non dicatur nulla, de qua vid. Socc. in fall.354. Paris.de Put.in tract. sindic. in ver. iudicare. Octauò limita, vt prædicta regula procedat, quando communis opinio esset in terminis quæstionis, quæ agitatur, Præp. in cap.1.de frigid.& malefic. Nonò limita quando causa, contra, quam stat communis opinio, esset valdè fauorabilis, & priuilegiata, prout in matrimonio, dicit Hostien. in cap. si vir de cogn. spirit. Barbat. Felin. & Dec.in d.cap.1.de constit. 10.limita, vt prædicta procedant, quando apparet liquidè de magis communi opinione, puta, quia DD.dicunt, & ità se habet communis opinio, & propterea soleuat dicere Ias.quando DD.attestantur, ità esse communem opinionem, quod est bonum verbum in practica. Quæ si quis latius videre voluerit, videas Neuiz. in sylu. nupt. vbi per decem cartas diffunditur car.70.& vid.pulchrum, consil. Grani.157.in ciuilibus, & an opinio Doctorum excuset ab expensis? Abb.in cap.1.de Postul. Prælat. & ibi quid si sequatur opinionem sui Præceptoris, & in cap. omnes Principes, de maior.& obedient.

In l.nam salutem, ff.de offic.præfect vigil. Nota, quod custos alicuius rei deperditæ potest torqueri. Add. Cataldin.in tract. de sindic. num.183.& ibi vid.concordantes, & in tex. ibi, incendia plerumque fiunt culpa inhabitantium. Add.Gram.in dec.3. & Affl.in dec.57. Calcan.in consil.66 num. 12.& 13. Alex. in consil. 362. secundo volum. & in consil 116.eodem volum. Bartol. Cepoll.in consil.69.in criminalibus, Socc. in reg. 341. vbi plenè; Add Singul.consil. Gozad.63. vbi multa, & not. Cephal.in consil.362. vol. 3. & melius Menoch. de arbitr. iudic. casu 390.

In l. illicitus, ff. de offic. præsid. in §. veritas. Nota simulationem posse per testes probari, vt in glos.ibi, tu Add. Affl.in tract. de iur. prothom.in §.quarto, versic.2.dico, num.8. vbi quod testes requirantur ad probandum simulationem, etiam instrumenti, Io Fab.in §.verborum, col.4. vers. vndè, vt hoc instit. de inutil stipul. & alios, quos refert Tiraq. in tract.do retract.§.1.glos.14.num. 57. vbi qualiter probatur simulatio. Add. Affl. in cap.1.de feud. dat.in vic.leg Commiss. vbi latissimè in glos.in ver.lumine. Add. vltrà Bald.hic, & in auth.nisi breuiores, Cod. de sent. ex breuil.recit. Cepoll.in tract. de seruit.vrb præd.cap.34.col. 1. Natta in repet. clement sepè, vers. quæ autem dicatur causa breuis de verb signif. Cotta in memorial. incip.limen pro domo, Tiraquel.in tract.de nobil.cap.20.num.121.in fin.huius, l.nota, quod multa propter paupertatem remictitur, tu Add. Franc. Marc.in dec.668 num.3. & dec. 74.num.vol.2. multa, per Boer. in dec.349.num.8. Tiraquell.de pen.cap.33.in tract.de paupert.q.4.num. 37. de verbo potest, vid.multa per Molen.in suis consuetud. Parisiens. tit. 1.glos.3. nu.1. & seq. vbi pulchras, & notabiles limitationes videbis, add. Bart.in l.Gallus, infr.deliber.& posthum.vbi quod aliquando verbum potest confunditur, cum verbo debet. l.si mandauero, §.fin. infr.man. in glos. & sup. in l. obseruare, §. fin.sup. de offic. proc. & leg. vbi exponitur in glos.debet idest potest.

In l.si per errorem, ff.de iurisd.omn.iudic. Nota, quia Bald. & Paul. hic dant cautelam, quod si aliquis conuenitur coram Iudice incompetenti, reus non debet statim allegare Iudicis incompetentiam, quia hoc modo instrueretur Actor, & conueniret iterum coram iudice competenti, [illegible] quod fiat processus, nam postea de nullitate propter Iudicis incompetentiam [illegible] annullabit eum, sequitur [illegible] num.19. Add. Milleuus [illegible]

prosequendi num.12.& sequen.& an confessio facta coram incompetenti Iudice valeat, & faciat inditium ad torturam, vide Dec.in cap.at si clerici, vers.alia opinio, ext.de iud. vbi ponit limitationes, in l.si conuenerit, eodem titu. ibi mutata voluntas, intelligit hic Albericus vtroque consentiente, nec te moueat, si quis diceret, legem esse de indubitabili, iuxta legem, quod labeo, infra de carbo. edict. nam illa lex loquitur in dubio, hic autem Iurisconsultus pro claro, & indubitato habuit hunc casum, & ibi proculdubio, adde tu Dec. in cap.1.colum.9. vers. & ideo alias senis, extra de iudic. vbi multa de huius legis intellectu, & limita, vt ibi, & ibidem Alciat. num.30 adde etiam Loffred.in decis.48. Alberic. Gaieot in sua margarit. cap. 11. nu.8. an autem quis præstando cautionem de iudicio sisti, coram non suo Iudice; censetur iurisdictionem prorogasse? vide pulchrum cons. Parisij 48. vol.1.

In l.1.ff.quod quisque iur. in §.hæc autem verba. Nota, quod verba effectu sunt intelligenda, cap. hoc autem de pœn. dist.1. cap. fin. de spons. glos. in cap. super quæstionem. de offi. deleg. cap. qualiter extr de pact. & in fin. eiusdem §. not. quod hodie derogatum est consuetudini legibus punientibus conatum solum, Specul. in tit. de accus. in §.1. quem refert, & sequitur hic Alex. tu tamen circa id. vide, quæ plenè scribit Affl. in const. Regn. asperitatem, num.1.& sequen. vbi ad hoc videbis decem fallentias, vide etiam Marant. in sua disput.3.num.16.& an vassallus propter conatum veniat feudo priuandus? vide Ardiz. in sua summa, vtrum conatus habeatur pro delicto consummato, colum.2. Ratio autem, quare non puniatur conatus est, quia quasi omnia delicta puniuntur secundum statuta, vt tenet Imol. in l.1.ff.de publ. iudic. Abb. in cap. mulieres, extra de sent. excom. Innoc. in cap. inter sollicitudines, extra de purgat. can. adde Gram. uot.20.num.7.& sequen. Hyppol. de Marsil. in l. qui falsam, C. ad leg. Cornel. de fals. Felin. in tract. de conatu, Hyppol. in l.1.num. 119.ff. ad leg. Cornel. de sicar. & in l. diuus, eod. tit.

In tit. si quis ius dicend. non obtemper. Adde ad materiam videndum Emil. in cons. 110. & in cons.72. num.6.& Guid. Pap. in consil. 171. num.6. Cagnol. in reg. non potest dolo, & in reg. non videntur data, §. qui iussu nu. 6. ff. de regul. iur. & in repet. l. vt vim, ff. & istius Rub. vide Dyn. in reg. quod quis, extr. de regu. iur. num.5. 6. & 7. Zoannet. in repet. l. prædictæ. vt vim in 3. par. num.4. vsque ad num.49. Limita, & amplia, vt ibi per eum adde Hyppol. in singul.643. & 648. Alexan. & Imol. in l. filiusfamil. §. diui, ff. de legat.1. Alexan. in l. de pupillo, §. meminisse, de nou. oper. nunc. multa ad excusationem pœnæ, per Afflict. in constit. Regn. incip. eos qui scienter num.16. Ioan. de Amicis in consil. 27. num.17.& 18. Boss. in tit. de multis, & in tit. præcedenti, vbi multa, & circa materiam proclamatum, seu bannorum, adde pulchrã decis. Pedem.71. An autem per citationem ab officiali commissam, videatur præstita venia, vide Capic. in dec.56. num. 6. & Clementin. in tract. de patr. potest. num.19.& 20. fol. 76.

In l.4.ff. de in ius vocan. vide Socc. in tract. de citatio. art. 20. nu.74. vbi multa, & notab. & ibi an idem honor debeatur, siue suo, siue alieno nomine agatur. Adde an pater spiritualis possit in ius vocari sine venia, & an filius spiritualis admittatur ad vindicandam necem patris spiritualis occisi? vide Placa. in epitom. delict. lib.1. cap.40. num.10. vers. tamen si ista, fol.684. & in l. plerique eodem titu. nota, quod quis inuitus non debet extrahi de domo sua, tu limita, vt per Boer. in repet. l. consentaneum, num.152. Com. quomodo, & quan. iud. & vide Franc. Marc. in dec.590. & in dec.51. num.6. volum. 2. dicit per hunc tex. quod contradicentibus dominis pro causa ciuili, non potest fieri executio in domo, per vim, hostium aperiendo, l. is qui domum infr. de iniur. multa notabilia & quotidiana, ad materiam huius leg. vide per Socc. in tract. de citatio. art.17. num.5.& multis sequen. vbi late. & Cepoll. in cautel. 51. Regula est.

In l. vlt. eodem titu. Nota, quod qui non habet in aere, luat in corpore, tu tamen limita primo, vt non procedat in foro conscientiæ, quia, qui non potest soluere est liberatus, cap. sicut dignum, extra de homicid. Secundo limita, vt non procedat in multa, quia qui non habet in aere, debet totaliter liberari, l. illicitas, §. fin. supra de offic. præsid. Tertio limita non procedere in pœna contractus, quia qui non potest soluere pœnam contractus non liberatur, luendo in corpus etiam si velit, nec cogitur in corpus luere, ita Bald. in cap. reprehensibilis extra de appell. Quarto limita, non procedere in omni debito ex causa ciuili contracto, seu quasi, vel simili, secus si ex delicto, vel quasi, nam in debito præueniente ex quasi contractu, vel ex contractu, qui non habet in aere, non cogitur luere in corpus, glos. est notab. in cap.1.14. quæst.6. vide Præpos. in alleg. cap. apprehensibilis in fin. Quinto limita, vbi pena esset patri, & non fisco applicanda, nam tunc, qui non habet in aere, non luit in corpus, Innoc. in cap. Odoardus, extra de solut. contrarium tamen tenet Abb. in cap. finem litibus extr. de dol. & contum. colum.11. Tu vide Præpositum in allegato loco, & Afflict. in constit. Regn. intentionis nostre, num.54. & ibi etiam videbis remissiuè, qualiter probetur paupertas, latè Ias. in l. si quis id quod num.28.& sequen. supr. de iurisd. omn. iud. & in

& in tract.de paupert.quæst.4.num.32.& 39. vide Tiraquell.de pœn.temperan.cap.32. vide multa,& notab.per Boer. in dec.349.vbi num.7.ait,quò pro minima pœna pecuniaria,non debet corporalis irrogari, & Iodoc. in titu.de relaxat.car.cap.19.num.15.adde Socc.iun.in consf.85.nu 22.vol.2.

In l.1.ff ne quis eum,qui in ius voc.est vi exim. adde an eximens debitorem, teneatur pro eo soluere,vide Scribentes in l.quoties,Cod. de exact.tribut.lib.10 & in l.3. Cod.de assess. Bald.in l.fin.Cod de oper.libert.& in consf. 220. in quæst.domini Milani,vers.quæritur videre volum.3.Boss.in tit.de captura,num. 15.vide latè per Socc.in tract.de citatio. art. princ.34.num.10.& sequen.& ibi enumerat 14.casus,in quibus eximēs excusatur, Hyppol.in singul.137. & an talis eximens possit condemnari à iudice per iniuriam,Socc.ibi, num.34.vide Nell.in 3. par. secundi temporis num.29.in tract.bannit.num.15.

In l.1.§.fin.ff.de ferijs in glos.in litera M.in fin. Nota,quod si quis non ritè citatus respondeat ad edictum, omne vitium citationis purgat per eius comparitionem,vltra DD. hic,adde Tiraquell. in tract.de retractu §. 9. glos.2.num.17.& sequen.vbi late, & limita, vt in num.19.vide Affl.in decis.2.num. 7. & Vrsill.in dec.Affl. 366.in fi.& Vinc.de Frāch. in dec.514.nu.9.

In l.si vnus ex argentariis.ff de pact.Nota,quod non potest pacisci,neque transigi super delicto futuro,cum delictum futurum, nec etiā per gratiam remitti potest,vt per Salic. in l. rescripta.Cod.de prec.imper.offeren. neque etiam spe futuræ indulgentiæ, committi debet delictum,puta si quis dicat occidam talem,quia habebo gratiam; Nam nisi exprimitur in gratia nihil operatur, sed punitur Gulielm.de Bened.in repet. cap.Raynutius, extra de testam. in verbo mortuo itaque testatore,lo primo,num.115. & 166. sequitur Cassan.in consuetud.Burgund.Rub.1.num. 130.fol.56.vnde infertur,quod stante statuto, seu banno in Regno, quod qui ceperit bannitum, vel interfecerit, sit ipse indultatus,si aliquis inimicum suum post tale bannum interfecerit, spe futuræ impunitatis, scilicet quia capiat postea bannitum, non propterea erit indultandus, sed puniendus, adde etiam Roman. in l. si verum, §. de viro 23 fallen ff.sol. matrim. & Barto.in l.1. §.1.ff.si quis testam.liber.esse iussus fuer.facit.quod dicit Pet. Bellug.in suo spec. princ. in titu de præportione grauaminum, §. sed quia,vbi ait, quod in omni delicto, in quo quis insidiosè ostendit, non gaudet immunitate, sequitur Cassan. in consuetud. Burgund. Rub. 1. §.5. num. 111.fol.54.notatur etiam ex verbis dicti, quod res de facili reuertitur ad naturam suam,quod procedit in his,quæ non tolluntur ipso iure,in his enim, quæ ipso iure tolluntur, non est dare regressum ad formam antiquam cum minori sollemnitate,Bar.in auth.quas actiones, nu. 10. Cod.de sacrosan.eccles.vel vt ait Bald.ibidē, & Cyn.procedit tex.dispositio, quando primus status est tantum elisus, sed non penitus sublatus tunc enim facilè res,ad pristinum statum reuertitur,in §.fin eiusdem l.ea ratione intelligas,quod actum est,si non valet, vt agitur, valet vt valere potest, quia facilius paratur exceptio,quam actio, ita glos. in l.1. §.eum qui,ff.de con.pec. id tamen maxime verum est si apparet, quod partes voluerint valere eo modo quo possit,l.1.ff.de codicil. l.fi.§ illud Cod.eodem, & ideo vtilissimum est, quod in quocumq; actu adiiciatur clausula omni meliori modo,de qua clausula multa scripsit Felin. in cap. cum super,de offic.deleg.& Dec.in consil.14. & cons. 77. Hanc tamesi regulam amplia, & limita, vt per Rip in l.1.§.si quis ita,num. 18. infra de verb.oblig.

In l.dolus. ff. de transact. Nota ex hac l. quod hæres præsumitur scire contenta in testamento,maxime adita hæreditate, Bald. in l. quoniam sororem,Cod.de iur.delib.& in l.eius qui in prouincia infra si cert. pet. plenè Alexan.in consil.146.colum 9. volum.2. Adde pro materia huius l. videndum Guilielm.de Bened.in repet.cap.Raynutius extra de testam in 2.par. in verbo si absque liber.more,num.121.& limita,& declara, vt ibi notatur per eum, & aliis numeris sequē. vbi etiam num.132. videbis an possint huic legi transigentes renunciare, pro quo vltra eum,vide Signor.in cons. 253 in facto quis, Socc. in consil. 214. in causa Onofrij, vers. adhuc obijci potest, volum 2. Alexan.in l. qui Romæ,§.duo fratres col.34.quæst.5. infra de verb.oblig.& cons.11.viso,ac vt oportet considerato volum.2.Corn.in cons.6.per totum volum.1. clarius Socc. in consil.200. quoniam ex forma volum.2.repetitum in cons.125.volum 4. Bertrand. in cons. 18. in fin.secundi dubij volum. 2. & in cons. 103. in 3.dubio ante fin.volum.2. Aym. Ant.Bauer. in tract.de virib. iuram. vers. 35. incip. nam licet transactio in l.cum ij,quibus eod. titu.in § si prætor,nota ex hoc §.quod quando aliquid requiritur pro forma,si non obseruetur actus est nullus, ad quod vide Ias.in l.de pupillo,§.si quis forte infr.de nou.oper. nunc.& aduerte,quia forma debet specificè adimpleri,etiam in his, quæ sunt notoria, euidentia,dato,quod illud adimplere sit superfluum,Bald. Ang.Imol.& alij in l. Gallus §.& quid si tantum,de liber.& posthum.Ias. in l.diuortio,§.interdum colum.2.infr. sol. matrim.latè per Brun.in suo tract.de forma & sollemnitate, adde Bald.hic,quod Iudicis auctoritas tollit præsumptionem fraudis, & doli,l.1.Cod.de præd.decur.lib.10. per Spe-

cul.in tit.de empt.& vendit.in §. nunc dicendum.Quod amplia,vt procedat,etiam si minus integer esset,vt declarat,idem Bal. in cap. sicut de re iudic. & latius Ias. in tit. qui feud.dar.poss.col.3.

In l.seruum quoque,§. publice.ff. de procur. vers.nam,& in capitalibus.Nota,quod illud procedit,vt inquit Cepoll.in consil.suo 47. colum.4.Quando defensor vult suscipere onus probandi innocentiam rei,& apponere Iudici, quod sibi non est ius inquirendi, ex quo reus est innocens, quam innocentiam potest se offerre probare,quem sequitur Marant.in suo spec.in 4.par.princ.primę dist. nu .58.qui dicit esse notab.pro cautela comparendi absentē in Criminalibus, & faciunt,quæ scribit Alex.in suo consil.258. num.4.volum.2.Affl.tamen adnotat casum in quo, etiam in causa ciuili, quis non potest comparere per procuratorem in const. Regn.statuimus,num.43.in verbo datur in glos.d. §. ibi tria genera causarum, videas pleniorem distinctionem per Archid. in cap. 1.num.2.11.q. 1. & ibi plenissimè, in quibus possit procurator interuenire,& an de causa Criminali ciuiliter agitur, possit interuenire procurator? vid.Abb.in cap.tue num.5.& quod ibi additum est extr. de procur.& glos.in l.fin. in vers. nullus alius, C. de iniur. Add. Ant.de Canario in tract.de excusatore, vbi etiam inferuntur duo pulchra consilia, vnum Socc. alterum Dec. & ibi latè, an & quando defensor admittatur in criminalibus pro absente in l.procurator eod. tit. Nota, quod vbi exigitur speciale mandatum, cum libera tantum sufficit generale, quod speciali equiparatur, l. ius iurandum,quod ex conuentione,§.fin. ff. de iur.iuran.& secundum Bald.in l.illud, §. 1. ff.de minor.Aret. instit. per quas personas nob. acquir.circa principium, nec obstat, cap.ad agēdū de procur.in sexto,& Clem. 2.eod.tit. quia ibi non interuenit libera . Dicitur autem procurator cum libera,quando dictum est, quod possit omnia facere, quæ posset persona constituentis,per.l,creditor,§.Lucius infr.mandati, not.Bart.in l. 1.sup.de offic.procur.tamen non potest exceptionem peremptoriam remictere, ita Abb.in cap. fin. de dilat.in cap. dilecti de iudic. & in cap. petitio extr. de procur. & Alex.in consil.22.volum.1.& in consil.186. num.2.volum.2.& not.24.casus, quos ponit Specul.in tit.de procur.§.1.versic.item opponitur contra procuratorem,quod non habet,& Io.Andr.in cap.qui ad agendum de procur.in 6.in quibus casibus,requiritur speciale mandatum, vid. aliūm casum per Affl.in constit.si quando,num.3.lib.1.Nota etiam, quod cui commictuntur accessoria,& principalia commissa videntur,vndè si constituatur procurator simpliciter ad agendum,poterit etiam,& iure defendere, vid.Bart.in l.seruum quoque,§. ait prætor, num. 3. sup.eod. & Abb.in cap. constitutis extr.de procur. & Anchar. in d. cap. qui ad agendum.

In l.si procuratorem, eod. tit. Notant DD. ex hoc tex. quod mandatum procurationis cum Sigillo valet, quod qualiter procedat, vid.late Felin. in cap. post cessionem in sexta fallentia num.14.extr.de probat.Rot.in dec.162.incip.valet procuratorium, in nouis,& an,& quando Sigillum faciat fidem? Latè per Felin.vbi sup. Bald. & Cæteri in l. pacta nouissima prope finem,Cod.de pact. Affl.in constit. Regn. literas in primo not. Cassan.in consuet.Burgund. in conclus. & & approbat.consuetud. in fin. num 5. & 7. An autem procuratoris reuocatio, litę contestata fieri possit,parte contradicente, vid. Abb.in cap.auditis,num.8. extr. de procur. Circa quam reuocationem,vid.Singul.glo. in cap.mandato extr.eod.& ibi Abb.in cap. ex insinuatione,num.5.eod.tit. & ibi etiam videbis qualiter procurator potest viua voce reuocari,licet fuerit per scripturam constitutus. & an, & quando contrahens procuratorio nomine teneatur,vid.Singul.cons. Socc.Sen.in volum.2.consil.154. Paul. de Castr.in consil.20.Alex.in consil.44. col. 2. volum.2.Dec.in consil.510.num.3.& 4.vol. 3.Boer.in decis.273.& quid in negotiorum gestore,vel Nuncio, Doct.in l. ei, qui, Cod. quod cum eo,Bart.& DD.in l.a pupilli, §.1. de negot. gest. Firmianus in litera negotiorum gestor,vers.52.

In l.sicut,quod cuiusque vniuers. nom. Nota, quòd pro debito vniuersitatis, non potest fieri exequutio contra vnum de vniuersitate, id tamen limita, nisi pro rata sua, vid. Franc.Luc. in tract. de priuileg. Fisc. versic. Decimus casus, Affl.in prælud. constit. 9.q. num.3. Felin.in cap. accedentes, num. 11. extr.de præscript. Alex.in Add.ad Bart. in l.semel,Cod.de apoc publ.lib.10. & an animalia singularium possint capi pro debito vniuersitatis? vid. Bald.in l. etiam, colum. 4. Cod.de exequut.rei iudic.firm.in tract.collect.versic.133. Anan.in cap.tua nos, col.3. versic.quæritur,circa prædicta,extr.de vsur. Cardin.in Clem.præsenti,num.25. de Cens. tex.est & ib. Luc. de Penn. in l. 1.Cod. vt nullos ex vic.lib.11.Paul de Castr.in l.auus, ff.de pact.vbi plenissimè per Ias.& Bart.in l legatorum in princ.ff.de leg.2.Hyppol.in singul.551.pœna debet,vbi dicit non valere statutum in contrarium, & quid si vniuersitas,nihil habeat in communi, vt possit soluere, quod debet? Compellentur facere Collectam,vid.glos.in cap.proconsul.in l.1. eod.tit.nostro. Add. Abb. in cap. cum dilecta,num.14.extr.de rescript. cum sua Add. ibi DD.in l.4,in fin.infr.de re iudic.

In

In l. at, qui natura in §. si cum me, in versic. commiciat. ff. de neg. gest. Nota quod Alex. in consil. 4. num. 14. volum. 2. reputat hanc glos. singul. ex eo, quod fama in antiquis, plenè probat licet agatur de graui præuditio, veluti de dominio, quod in vtraq; parte disputat, Aym. in tract. de antiqu. temp. versic. fama fidem facit, in antiquis par. 1. num. 1. similis est glos. in l. proprietatis, Cod. de probat. & per hanc glos. inquit Ang. in l. Titius, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solu. sed de facto obtinuisse, sequitur Barb. in consil. 18. vers. & si dicatur, volum. 2. vbi etiam inquit, quod factum antiquum dicitur, quando factum excedit annos, quadraginta, & alia multa ibidem.

In l. 3. ff. de eo quod met. caus. colligitur ex dispositione huius, l. vt Iudicis præceptum videatur inducere metum probabilem, Add. tu Dec. in consil. 42. num. 5. & 6. vbi etiam videbis, quid debeat probare, allegās quid factum metu Iudicis, vol. 1. & Alex. in consil. 1. nu. 17. volum. 3. Add. etiam Gram. in decis. 5. in princ. num. 4. vbi si minę proferantur ab eo, qui quod minatur facere potest, allegat Alberic. in l. metum, Cod. eod. & Capyc. in dec. 159. num. 33. & 34. & 35. & in dec 95. num. 5. & Eund. Gram. in dec. 18. num. 6. & per totum, & in dec. 103. num. 56. Marant. in sua disput. 6. nu. 15. 16. & 17. vbi de contractu celebrato cum Officiali per metum, & an metus data Iudicis, vel Principis præsentia cessat? vid. Gram. in cons. 91. per totum, in Ciuilibus, & in cons. 147. num. 27. & in consil. 86. & ad materiam Tituli, vid. Bald. in consil. 47. volum. 2. & & in consil. 364. num. 5. vol. 3. & in consil. 26. numer. 2. Qualiter autem probetur metus magistratus? Alex. in consil. 16. nu. 17. vol. 3. & pulchra per Loffred. in cons. 17. & an solum per armorum terrorem, vel per violentiam, metus probatus esse dicatur, Alex. in consil. 98. num. 5. vol. 3. & plenius in consil. 99. eod. vol. per totum, & numquid armorum terror, iustus metus esse dicatur. Idem Alex. in cons. 158. num. 19. vol. 5. Et an ex pœnali præcepto iustus metus inducatur, vid. Dec. in consil. 468. num. 22. vol. 3. vbi etiam videbis, an ex interuallo purgetur? & in consil. 498. num. 16. & ad tollendum præsumptionem metus, vid. Cautel. Bart. in l. fin. ff. si quis aliq. test. prohib. quem sequitur Gulielm. de Benend. in cap. Raynutius, in verbo condidit, il secundo, num. 5. Add. etiam ad materiam huius Tituli, multa singul. & notabil. per Vitalem in tract. clausularum in clausula non vi, non metu, & in clausula, an reductioni ad arbitrium, & ibi ex quibus causis excluditur metus, & an sit necessaria absolutio à iuramento? in tali contractu metu inito? in l. isti quidem eod. tit. in fin. ibi pro effectu magis in liberis parentes, quam in seipsis tenentur super hoc ponit, etiam pulchrum exemplum, Hern. in cap. 1. §. publici Latrones, de pac. ten. quod cum pater, & filius essent incriminati de vno delicto, Rex Carolus iussit ambos duci ad furcam, & cum pater videret filium propè furcam, statim confessus fuit, quod ipse pater commiserat delictum, & sic fuit laqueo suspensus, liberato filio, & tenet Gand. in tract. malefic. in tit. de quæst. & tort. Quinimo magis præsumitur diligere nepotes, quam proprios filios, vid. pulchr. consil. Cassan. 14. num. 16. & consil. 67. num. 29. & 30. & 31. Hinc refert Alciat. in tr. præsumpt. regul. 1. præsumpt. primæ. Labeonem I.C. cum aperte damnaret Aug. Imper. ab eo interrogatum, vndè tantum audaciæ assumeret, respondisse, quod naturæ beneficio esset senex, & liberos non haberet. Vndè non dicitur, quem relaxatum à carceribus, si cogitur, ibi filium relinquere. Dec. in consil. 219. num. 9. vol. 2. in l. extat eod. tit. Add. Affl. in constit. Regn. violentias, nu. 3. vbi etiam videbis, an hodiè sit correcta lex ista, per dict. constit. & num. seq. an procedat de iure diuino? & an, & quando possit, quis propria authoritate, sibi ius dicere? latissimè de pac. iur. firm. in princ. 9. not. num. 43. & seq. & in glos. in verbo potestatem, num. 15. & seq. & vid. Cap. Regn. contra affrenaias, & ibi Gram. nu. 4. & Hern. in repertor. suo, in ver. capere? Add. Boer. in dec. sua 55. vbi multa contra Barones, propria authoritate contra vassa. los exequentes, & Menoch. in 5. remed. recuper poss. num. 25. & seq. & in remed. 10. num. 47. & remed. 9. num. 193. & 189. & seq. & ad quod dicit, glos. in verbo volui, in l. si mulier, §. si metu, eod. tit, quod coacta voluntas est, Add. Archid. in cap. iniustum, num. 4. 11. q. 3. qui intelligit hanc glos. vt habeat locum in vi compulsiua, non autem in vi ablatiua, vel in alijs violentijs, in quibus violentiam, passi voluntas numquam accedit, 45. cap. de Iudæis, & cap. præsbiteros 50. dist.

In l. qui in carcerem, eod. tit. Nota glos. quod confessio facta in carcerem, non valet, quid autem de contractu? vid. Affl. in dec. 149. & ibi Vrsill. ad saturitatē more suo, & Dec. in consil. 691. num. 5. vol. 4. tamen Abb. in cap. accedens, num. 2. extr. de procur. dicit non satis tutam esse illam practicam, quam adhibere solent in contractu faciendo cum carcerato, dùm carceratum à uinculis, & carceribus extrahunt, & custodiri faciunt per familiam, nam ille non potest dici liberatus, tu eum videto, quia non est meæ intentionis transcribere, sed Doctorum dicta tantum allegare, & Bart. hic, num. 1. & circa testamenti factionem, vid. eund. Abb. ibid. num. 3. Add. quod si fit promissio ab incarcerato, ei, qui ipsum in debitæ incarce-

carcerauit, non valet contractus exinde factus, secus si debitè esset carceratus, Bar. in l. qui neque, §. solutum, infra de verb. signif. sequitur Cassan. in consi. 27. num. 2. vide Dec. in cons. 219. nu. 9. volum. 2. & in l. non est verisimile, eodem titu. adde, & nota, quod asserenti non verisimile, non est credendum tu circa hanc verisimilitudinis materiam, vide quæ scribit Tiraquell. in l. si vnquam, C. de reuoc don. in princ. à nu. 37. vbi multa, & quotidiana.

In l. quod venditor, ff. de do. ma. Nota, quod dicta animo comendandi non obligant, tu pro materia vide Bart. in l. eleganter, §. fin. eod. tit. in l. cum ostendimus, §. fin. ff. de fideiuss. & Barbat. in consi. 8. volum. 2. & Alexan. in l. si vero, §. qui pro rei qualitate, supra qui satisd. cogant. per cuius doctrinam Affl. in const. post mundi machinam, num. 8. inquit, se consanguineum liberasse, qui fuerat accusatus, eo quod extra iuditium laudasset quēdam, qui debebat recipi in fideiussorem. super facultatibus, adde Amod. in tract. sindic. fol. 14. Firm. in suo repert. in verbo approbare, vers. si iudex, & vide tex. in l. cum ostendimus, ff. de fideiuss. tut. adde etiam Cassan. in consuetud. Burgun. Rub. 5. num. 1. multa Cephal. in consi. 437. in princ. & num. 41. & sequen. vol. 3.

In titu. de minorib. vigintiquinque annis, adde quod remedium huius tituli non habet locum, quando minor prius se maiorem esse iurauit, nam ratione mendacij iurati, si contrahendo ledatur, non potest postulare restitutionem in integrum, l. si alterius, & toto tit. si min. se maior. dix. tempera tamen istud nam licet excludatur à beneficio restitutionis, nihilominus non excluditur à iure petendi rescissionem contractus ratione sollemnitatis omissæ, requisitæ in contractu minoris, ita singulariter Io. Andr. quē refert Rom. in consi. 12. nisi facto præsupposito, quod nota pro limitatione illius tituli, si minor se maior. dix. Sublimita tamen istud, si non probatur maiorem se sciuisse minorem quo tempore iurauit, tunc enim non præsumitur dolus, & bene potest restitutionem petere, Abb. in cons. 71. num. 1. par. 1. An autem minor possit petere absolutionem à iuramento, vide Paul. de Castr. in cons. 205. adde etiam, quod dicit Bar. in l. 2. ff. rem rat. hab. vbi si minor sub pęna promittat, compromittendo, parere sententiæ arbitri, si petat restitutionem in integrum, vel reductionem ad arbitrium boni viri, non cadit in pęnam, quod etiam tenet Federic. de Sen. in cons. 199. quæritur an domina Margarita, vide plenius per Georgium Nattam in repet. cap. quamuis de pact. in 6. num. 32. in l. 3. eodem tit. in §. si quis, in vers. idem tamen. Nota non esse condemnandum aliquem ex leui suspitione, tu vidē Affl. in const. Regn. inconsutilem, in fin. in glos. in verbo etiam, vbi etiam videbis de gradibus suspitionis, & credulitatis, adde Abb. in cap. quanto, ext. de præsumpt. Natt. in clem. sæpe, §. quæ omnia, de verb. signif. & eundem Abb. in cap. tertio loco, extra de probàt. & de gradibus probationum, vide Alberic. de Rosat. in suo dictionario, in verbo probationes, cum additis ibi, Rip. in l. admonendi nu. 81. & sequ. infr. de iureiuran.

In l. in causæ la seconda, eodem tit. in §. idem Pompon. Amplia hunc §. vt non solum procedat in foro ciuili, sed etiam canonico. cap. cum dilecti, extr. de emptio. & vendit. tamen non habet locum, vbi deceptio est citra, vel vltra dimidiam iusti pretij, vt per Socc. in cons. 48. viso instrumento volum. 4. & latius per Canouistas in allegato cap. cum dilecti, & an, & quando licitum sit contrahentibus inuicem, se decipere, vide Gomes. in cap. 2. num. 5. & sequen. de constit. in 6. & qualiter istud procedat in foro conscientiæ, ibi pulchra videbis, adde Bertran. in cons. 34. nu. 5. volum. 3. & in consil. 219. num. 8. volum. 2. Franc. Marc. in dec. 698. volu. 2. vbi multa, & an minor restituatur aduersus alienationē rei, quæ fuit maiorum suorū, vide Tiraquel. in tract. de retract. in præfatione num. 34. vbi allegat concordantes, & ibidem nu. 35. quod nostra interest res maiorum emere, & num. 37. & sequen. adde Barbat. in cons. 18. nu. 2. volum. 2. & quod miseratio ætatis perducit interdum Iudicem ad mediocrem pęnam; latissimè Placa in epit. delict. lib. 1. cap. 32. per totum, & ei qui dum leges inuocat, aduersus legum præcepta committit, non fit ætatis miseratio, & excusatio. In l. Emilius eodem titu. Nota, quod hæc lex solet allegari, quod priuilegiatus succedens non priuilegiato, non vtitur priuilegio suo, quod non est indistinctè verum, ideo videas Cyn. in auth. quas actiones, Cod. de sacrosan. eccles. & distingue, vt ibi per eum, quem omnes communiter sequuntur præter Salic. sequitur etiam Bar. in l. cum filiusfamil. §. in hac, infr. de verb obligat. num. 2. & Bald. in Rub. Cod. de priuileg. fisc. adde Affl. in dec. 211. & sequen. & Curt. sen. in cons. 58. vbi dicit, quod licet quando nihil gestum sit cum minore, ei non competat restitutio, si agatur de obligatione contracta cum defuncto, tamen dabitur virtute illius clausulæ, si qua mihi, quod dicit Imol. in d. §. in hac aureis literis scribi debere, Grat. in responso lib. 1. respons. 119. num. 50. Socc. iun. in cons. 115. volum. 2. & cui incumbat onus probandi ætatem, & multa circa materiam ætatis, vide Apostill. ad Abb. in cap. in præsentia de probat. in litera B. & T. nu. 31.

In l. sed & si in seruum, ff. de recept. arbitr. §. si quis iudex. Nota de iure ciuili, non posse in iudicem compromitti, tāquam in arbitrum,

sed

sed tanquam in arbitratorem, secus de iure canonico, per tex. cum glos. in cap. cum tempore extr. de arbitr. & ibi Abb. & communiter Canon. Innoc. in cap. ex parte in glos. ordinarius, eodem tit. Specul. in tit. de arbitr. & arbitrat. §. potest. vers. in iudicem, Angel. in l. 1. §. & post operis. ff. de nou. oper. nunc. Tamen cum inter Canonistas reperiantur variæ, & contrariæ opiniones in locis prælegatis, & sic clara decisio de iure ciuili in hoc §. huic opinioni videtur standum in vtroque foro, iuxta theoricam Canonicorum in cap. 1. extr. de nou. oper. nunc. & legistarum, in l. per hanc, Cod. de temp. appell. Nota etiam, quod in iudicijs seruanda est æqualitas, tamen fallit in casu, l. Iulianus. §. si quis à pupillo, infra de action. empt. Item in Ecclesia, & Principe, vt notat Ant. in cap. 5. de probat. & ibi Dec. in primo not. Item fallit ratione doli, vt per Angel. in l. iurisgentium, §. prætor, supra de pact. in l. diem proferre, eodem tit. Nota interlocutoriam non requirere partis præsentiam neque citationem. Fallit quando lederet ius partis, vt quando iudex vult prorogare terminum, sic intelligitur dictum Innoc. in cap. querelam, de procur. & ibi Abb in fin. & quæ dicetur in glos. consenserunt in §. si plures d. l. quod magis creditur duobus affirmantibus. Limita, nisi in negantes verisimiliora deponerent, vt sentit glos. in cap. clerici, 81. dist. quam sic intelligit Barbat. in cons. 29. illud afferam, col. 13. lib. 1. Feli. in cap. auditis, de præscrip. Curt. iun. in cons. 17. col. 2. Barbat. in consil. 7. colum. 4. volum. 2. adde vlterius, quod hæc regula procedit, quando negat. ita cum difficultate cadit in notitiam testis, Boss. in tit. de defens. reor. num. 31. & sequen. & vide omnino Bertrand. in cons. 189. num. 8. volum. 1. Bal. in l. data opera num. 44. Cod. de his qui accus. non poss. Socc. in reg. 426. in fin vbi, quod in criminalibus in fauorem rei, plus creditur negantibus, quam affirmantibus, quod tamen limita, vt per Nicol. de Neap. in l. 1. infr. de ventr. inspic. vt procedat quando negatiua illa nō est probabilis, alias secus, ita refert, & sequitur Corset. in singul. suis in vers. testis, incip. duo testes, quod maximè videtur procedere, vbi duo testes deponentes affirmatiuè, deponerent super actu probabili, sensu corporeo, cæteri verò, de actu imperceptibili, & quia consistebat in extrinsecis corde, tunc enim magis creditur duobus affirmantibus, quam mille negantibus, ita Abb. in cap. 1. num. 10. extr. de his, quæ vi, met. caus. fiunt, alias rationes, quare credatur magis duobus affirmantibus, vide per Bald. in l. 1. quæst. 5. Cod. de testamen. & in l. actor colum. 3. vers. item ex dictis Nicolai, C. de probat. & in §. 1. vbi etiam Bart. ff. de ventr. inspic. Bald. in auth. omnes, Cod. commun. de legat. Innoc. in cap. quod per nouale, extr. de verb. signif. & in cap. super hoc, de renunc. & Paul. de Castr. in cons. 52. in causa quæ vertitur, & limita prædicta, quando negatiua non esset restricta, & coarctata, cap. bene, lo primo, extr. de elect. Abb. in cap. in nostra, in fin. extr. de test. & Calcan. in consil. 42. num. 6. Emil. in cons. 58. nu. 20. & cons. 22. num. 5. Franc. Marc. in decis. 266. & 747. nu. 4. & vbi dicit, quod maiori summa inest minor, adde multa singul. & notabilia posita per Molend. in consuetud. Paris. in tit. de feud. §. 33. num. 9. 10. & sequen. Tu verò ad elucidationem huius regulæ, adde Galeat. in repet. l. 1. §. si stipulanti, ff. de verb. oblig.

In l. 3. ff. naut. caup. & stabul. vers. ex hoc edicto. Nota ex hoc tex. quod si bona aliqua tua commisisti, & eius negligentia factum est, vt amitterentur ciuili actione, contra eum agere poteris, vt l. si merces, §. fullo, infra locat. & conduct. facit etiam tex. in l. 1. ff. furt. aduers. naut. cau. vel stab. §. nauigandi, & an furtum connumeretur inter casus fortuitos? vltra glos. hic, in verbo etiam sine culpa, vide Ias. in §. sed istæ, num. 45. instit. de action. & distingue, vt ibi per eum in l. licet, eodem tit. in §. in factum, in vers. possumus. Notat Bald. ex hoc tex. quod non potest formari inquisitio, nisi constet de corpore mortuo, adde Hyppol. in sua pract. crim. nu. 17. Ang. in tract. mal. fic. in verbo Gaium Sempronij, & in verbo ne sæpius, de eiusdem hominis, & c. & vide Boer. in dec. 289. & an, & quando accusatus de eodem crimine, possit accusari? vide latè per Bar. in l. si cui, §. isdem, de accusat. Abb. & alios DD. in cap. de his, extr. de accusat. Alexan. in consil. 10. colum. penult. volum. 1. Marant. in suo specu. par. 6. de inquisitione num. 94. & 95. fol. 286. in nouis, & limita vt ibi per eum, & an vno desistente ab accusatione, cæteri admittuntur, vide Brun. in suo tract. statutorum in verbo pax, vers. item quærit, an sufficiat.

In l. si quis ex aliena, ff. de iudic. Nota citatus à non suo Iudice, debere coram eo comparere, allegaturum priuilegia sua, adde, quod tex. iste procedit quādo quis citatur coram Iudice ordinario generali, sed quādo est singularis, non tenetur citatus comparere, vt per Barbat. in cap. cæteri, num. 13. extr. de iudic. adde pro materia videndum Mill. in sua pract. crim. per sequen. fol. 65. num. 12. & sequen. & quæ supra dixi in l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iudic. in l. si quis postea, eodem titu. Nota, quod lex ista allegatur, quod iuditium incipit à citatione, & per solam citationem dicitur lis pendere, & quod per citationem dicitur facta præuentio iurisdictionis, tu de his, vide plene per Bald. in Rub. Cod. de in ius vocan. & DD. in cap. proposuisti, ext. de for. compet. & quid si aliquis

quis coram Iudice seculari conueniatur, & lite pendente efficiatur clericus, an eximatur à iurisdictione Iudicis secularis? vide plenè per Archid. in cap. nemo vnquam, 20. quæst. 3. & in l. cum prætor eodem tit. quod qui vnum prohibet, alterum censetur remittere, vide eundem Archid. in cap. peruenit, 11. quæst. 1. num. 2. & Afflict. in const. Regn. incip. eaque ad decus num. 29. not. 7. & Dec. in Rub. ff. de offic. eius cui num. 10. & quod quis per decennium habitando in aliquo loco, acquirit domicilium, vide Gallan. in consuet. Burg. Rub. 9. § 5. nu. 3. fol. 318.

In l. si longius, §. si filiusfam. ff. de iudic. Nota, quod ita demum filio agendi facultas conceditur, si pater sit absens. Adde Scribentes in l. vlt. §. necessitate, Cod. de bon. quæ libe. Bat. in l. 1. Cod. de decur. lib. 10. Bal. in consi. 285. casus coram R. Domino Episcopo col. 2. versic. sed ad hoc respondetur cum alijs, quos ad hoc allegat Tiraquell. de legib. connub. in glos. 6. num. 9. vbi videbis, an & quando sit expectandus ille, cuius consensus in agendo, vel contrahendo requiritur, si sit absens? in l. vbi captum eodem titu. Limita regulam huius l. si controuersia non posset habere finem, vbi capta est. Item limita, vt non habeat locum, vbi agitur de præiudicio alterius iurisdictionis, de quo per Bal. in cap. imperialem, §. præterea, de prohib. feud. alien. Tertio limita, vt per Bar. in l. sepulchri infra de sepul. viol. Alijs etiam modis limita, de quibus per DD. in cap. postulasti, extra de homicid. & per Corsett. in repert. Abb. in vers. iuditium, Bar. in l. quamuis, num. 8. & 9. ff. de damn. infect. in l. tam ex contractib. eodem titu. Nota filiumfamil. ex contractu obligari, & si non habet vnde soluat, poterit incarcerari. l. penul. iuncta l. 1. Cod. qui bon. ced. poss. attamen si à patre fuerit emancipatus, non tenebitur, nisi in quantum facere potest, l. 2. ff. quod cum eo, l. si ex alio, Cod. eodem, vbi Bald. & Ioan. de Platea in §. sunt præterea, instit. de action. id tamen limita, vt per Cepoll. in suis cautelis cautel. 4. adde tamen vnum, quando filius sua culpa desijt esse soluendo, Crot. in l. frater à fratre in fine commenti.

